**NL-HtSA Archiefnummer 0014 Schepenbank van ’s-Hertogenbosch, 1366-1811**
**inventarisnummer 1271 (gedeeltelijk)**

R1271

*Dit schepenprotocol is geschreven door de stadssecretarissen Hendrik Pelgrom, Nicolaas Kuyst, Petrus van Os senior en Simon van der Coudenborch. In dit bestand staan de transcripties van de akten op fol. 226r tot en met 452r, geschreven door Petrus van Os senior. Deze akten zijn door hem opgetekend van 6 oktober 1502 tot en met 30 september 1503.*

*De transcripties zijn tot stand gekomen binnen het project ‘Ontsluiting van de schepenregisters van ’s-Hertogenbosch 1500-1811’, onder leiding van dr. Geertrui Van Synghel, senior-onderzoeker van het Huygens Instituut te Amsterdam (KNAW). Hierbij is automatische handschriftherkenning van het platform Transkribus ingezet.*

*Ten behoeve van de automatische transcripties is op basis van 25 folia een model gemaakt van de schrijfhand van stadssecretaris Van Os senior. Dit model is vervaardigd door Monika Buck en Geertrui Van Synghel. Het heeft een foutscore van 4,11 %. De door Transkribus automatisch gegenereerde transcripties van de akten zijn daarna gecorrigeerd en van metadata (protocol en folionummer, datum en naam van de schepenen) voorzien door Theo Ebben (2020-2021).*

R1271, fol. 226r

Assit beata Virgo Maria

Remigii anno Mº CCCCCº secundo fuerunt scabini in Buscoducis sequentes:
dominus Johannes Back, miles
Johannes Heym
Goeswinus de Brecht
magister Raso Raessen
Lambertus Millinc
Gerardus de Berkel, filius Gerardi
Petrus die Borchgreve
Videlicet ordinati V^ta^ octobri

R1271, fol. 226r
6 oktober 1502
Jan Heym en Raas Raassen

Henricus dictus Laren, filius quondam Henrici dicti Laren, peciam terre paludialis undecim hont terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Os, ad locum dictum opten Brant, inter hereditatem Coenrardi, filii quondam Robberti Claeszoen, ex uno inter hereditatem Heilwigis, filie quondam Symonis van der After, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, ex alio, tendentem cum finibus utrisque ad communes stegas, dictas die Brantsche Stegen ibidem, item adhuc duo hont terre vel circiter, sita in parochia et loco predictis inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Os ex utroque latere, tendentia a quadam communi stega ad quoddam fossatum ibidem, dictum den Brantschen Grave, ut dicebat,

hereditarie vendidit Arnoldo, filio quondam Henrici Arntssoen, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus dictis zegedijcken, sluijsis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis atque circumspectionibus dictis scouwen, ad premissa e iure spectantia, ut dicebat.
Testes Heym et Raessen, datum VI$^{ta}$ octobri.

R1271, fol. 226r-226v
6 oktober 1502
Jan Heym en Raas Raassen

Katherina, filia quondam Iohannis dicti de Houthem, promisit super omnia et habenda Johanni, filio quondam Petri dicti Schoevers, quod ipsa dabit et solvet eidem Johanni ad spacium trium annorum Purificationis ultimo preteritum sine medio sequente, quolibet dictorum annorum unum modium siliginis mensure de Buscoducis Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Rode Sancte Ode tradet et deliberabit et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante, et adhuc in ultimo termino dictorum annorum triginta unum peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecuniam pronunc valuatam pro quolibet computando.
Testes Heym et Raessen, datum VI$^{ta}$ octobri.

R1271, fol. 226v
6 oktober 1502
Jan Heym en Gozewijn van Brecht

Johanna, relicta quondam Henrici dicti van der Heyden, filia quondam Johannis dicti van den Venne, promisit super omnia et habenda Aleidi, relicte quondam Johannis dicti die Haze, quod ipsa dabit et solvet eidem Aleidi ad spacium duodecim annorum Nativitatis Baptiste ultimo preteritum sine medio sequente, videlicet primo anno dictorum annorum unum florenum Renensem XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia currenti pro quolibet computando, atque quolibet proximiorum reliquorum decem annorum unum et dimidium consimiles florenos Renenses, necnon duodecimo anno unum consimilem florenum Renensem Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis Nativitatis Baptiste proxime futuro, et sic deinceps modo predicto anno quolibet dicto annorum spacio durante.
Testes Heym et Brecht, datum supra.

R1271, fol. 226v
6 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Lambertus, Cornelius et Aelbertus, fratres, liberi quondam Arnoldi Appels, hereditarie vendiderunt Gerardo, filio Mathie dicti Feytmans, hereditariam pactionem quatuordecim lopinorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Remigii confessoris et in Buscoducis tradendam de et ex tribus quintis partibus ad ipsos, ut dicebant, spectantibus in quodam prato, unum iuger vel circiter continente, sito in parochia de Haren, ad locum dictum Belver, in palude dicta dat Oirtbroeck, inter hereditatem Petri Venmans ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti Bailjuws ex alio, tendente a quodam communi aqueductu, dicto ‘t Gemeyn Ley, ad quendam communem aggerem ibidem, ut dicebant, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi prius ex dicto prato annuatim et iure solvendo, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 226v
6 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Et possunt redimere perpetue cum et mediante triginta peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente secundum modernam valuationem pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 226v
6 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Dictus Cornelius promisit super omnia et habenda dictis Lamberto et Aelberto, suis fratribus, quod ipse exnunc deinceps perpetue dictam pactionem dabit et solvet necnon redimet et acquitabit dareque et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod dictis Lamberto et Aelberto ad et supra se et suas partes prati predicti ac reliqua sua bona dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 226v-227r
7 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Dominus Johannes, presbiter, Petrus et Willelmus, fratres, liberi quondam Zegeri de Geldrop, hereditarie vendiderunt Johanni dicto Crabbout, filio quondam Henrici, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Remigii confessoris et in Buscoducis absque omni precaria domini nostri ducis ceterisque oneribus et incommodis libere tradendam de et ex manso dicti domini Johannis, sito in parochia de Rode Sancte Ode, dicto die hoeve te Donredonck, videlicet ex domibus, areis, ortis, terris, pratis ceterisque attinentibus dicti mansi singulis et universis ibidem infra communitatem circumquaque adiacentem situatis atque de et ex domo, area et orto ac quadam pascua sibi contigue adiacenti dumtaxat supradicti Petri de Geldrop, sitis in parochia de Geldrop iuxta plateam, dictam die Langestraet, inter hereditatem Iacobi dicti Beelen ex uno et inter hereditatem Philipi dicti Abdts ex alio, tendentibus a dicta platea ad hereditatem Everardi dicti Daems, item ex omnibus bonis dicti Willelmi, habitis et habendis, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis certis censibus ad sex florenos Renenses ascendentes atque pactionibus quinque modiorum et unius lopini siliginis mensure de Rode ex dicto manso atque hereditaria pactione dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis ex domo, area, orto ac pascua predictis prius annuatim et iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum septima octobri.

R1271, fol. 227r
7 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Et possunt redimere perpetue simul unapariter cum trigintasex peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia et moneta pronunc valuata et secundum modernam valuationem pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis vendoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 227r
7 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Dictus Petrus promisit super omnia et habenda dictis domino Johanni et Willelmo, suis fratribus, quod ipse exnunc deinceps perpetuis temporibus dictam pactionem dabit et solvet necnon redimet et acquitabit dareque et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod dictis domino Johanni et Willelmo, suis fratribus, ad et supra se et bona sua pretacta ac reliqua sua bona dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 227r-227v
7 oktober 1502
Raas Raasen en Peter de Borchgreve

Johannes dictus die Leeuwe, filius Arnoldi, aurifaber, potens ad infrascripta vigore potestatis sibi a domicella Johanna, filia quondam Wolteri van der Stappen, sorore conventuale conventus Sancte Clare in Wamel, concesse in quodam instrumento publico desuper, ut apparebat, confecto, cuius vero data continet anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo secundo, indictione quinta, duodecima die mensis aprilis etc., hereditarium censum sex librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis de et ex pecia terre, dicta die Brake, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Scijnle, ad locum dictum dElschot, inter hereditatem Yde, filie quondam Henrici van den Acker, ex uno et inter communitatem ibidem ex alio et fine utroque; item ex pecia terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, dicta dat Hoefken, sita in dicta parochia, ad locum dictum aen den Borne, inter communitatem ibidem undique adiacentem; insuper ex agro terre, quinque lopinatas terre vel circiter continente, sito ibidem inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Leonardi die Smijt et Yde van den Acker ex alio, quem censum predictum dominus Ghiselbertus, filius quondam Ghiselberti Rycoutszoen, presbiter, et Lambertus de Scijnle, filius quondam Henrici, tamquam mamburni et rectores Henrici et dicte Johanne, eius soronis, puerorum impuberum quondam Wolteri van der Stappen Henricxs., ad opus eorundem puerorum erga Lambertum, filium quondam Henrici van den Acker, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Willelmo dicto de Zittart, filio quondam Marcelii, simul cum dictis litteris, instrumento et iuribus occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem existentes et eventuras deponere similiter.
Testes Raessen et Borchgreve, datum VII[a] octobri.

R1271, fol. 227v
10 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Raso Raassen

Wy Brecht et Raso, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum des briefs voir ons gestanden zijn geweest susteren Katherijn van den Bosch, procuraetster, ende Margriet van Meeuwen, conventuael inne des convents der susteren van Sinte Barbarendael, gelegen in der vrijheit der voirs. stadt ter plaetsen geheiten die Eyckendonck, seggende hoe dat tvoirs. convent tot Brecht jairlix vergeldende heeft seker quantiteyt van rogge, den welken voirtyts pleech toe te behoeren Willemen die Beer, bourger tot Antwerpen, dien gegeven heeft den voirs. convent met suster Margrieten, zijnre dochter nu aldair conventuaelinne, welken rogge zij in hoeren properen persoene nyet wael opgeboeren noch vervolgen en cunnen ende hebben dairomme die voirs. susteren als gemechticht ende in den name ende vanwegen desselfs convents, in presentien ende met consente van brueder Henricken Aleiten, confessoir der voirs. susteren, geset ende geconstitueert ende myts desen setten ende constitueren Jannen die Leest Janss., coster tot Brecht, hoeren procuratoir, gevende ende verlenende denselven Jannen vrij ende volcomen macht in hoeren name ende vanwegen des voirs. convents den voirs. rogge te manen, te heffen, op te boeren ende met wegen van recht oft nootweer te vervolgen ende allet dair inne te doen ende voirt te keren dat die voirs. susteren selver zouden moigen doen oft zij present, jegenwoirdich ende voir oigen weren ende dese voirs. macht nae den wederroepen der voirs. susteren oft procuraetster nyet langer duerende, sonder argelist.
In kennessen der wairheit soe hebben wij scepenen voirs. onse zegelen aen desen brief doen hangen.
Gegeven X$^{a}$ octobris.

R1271, fol. 227v-228r
10 oktober 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Maria, relicta quondam Henrici dicti Heymanss., cum tutore usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area, horreo, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sex virgatas terre vel circiter in latitudine continentibus, sitis in parochia de Druenen inter hereditatem Bartoldi Corstiaens ex uno et inter hereditatem Marie, relicte quondam Jacobi Lemmens, et eius liberorum, ex alio, tendentibus a communi platea usque ad villam de Loen, item adhuc in pecia terre, sita in dicta parochia, inter hereditatem Johannis dicti die Smyt ex uno et inter hereditatem Wolteri Geldens ex altero, tendente a quodam aqueductu, dicto den Auden Dwerch, usque ad dictam villam de Loen, atque adhuc in quibuscumque aliis bonis hereditariis in quibus dictus quondam Henricus Heymans decessit et dicta Maria suum hereditarium usufructum quocumque locorum consistentium sive situm, legitime supportavit Heymanno, Marie et quondam Henrici predictorum, simul cum toto iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum X$^{a}$ octobri.

R1271, fol. 228r
10 oktober 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Heymannus hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Godefridi de Donckersvoirt, ad opus sui quo ad eius usufructum et ad opus Johanne, sue filie, uxoris legitime Ghiselberti de Hulst, quo ad ius hereditarium hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX$^{ti}$

stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Remigii confessoris et in Buscoducis libere absque omni onere precarie ceterisque oneribus et incommodis tradendum de et ex premissis, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus modiis et tribus vasis siliginis, hereditario censu sex librarum monete atque diversis censibus ad duos florenos Renenses, minus dimidio stufero ascendenti prius annuatim ex premissis e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 228r
10 oktober 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue simul et semel quemlibet videlicet huiusmodi florenum Renensem cum et mediante quindecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus nomine sui ac dicte Johanne, sue filie, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefati preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 228r
11 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Heilwigis, filia naturalis quondam Godefridi de Mulheze, cum tutore promisit ut debitrix principalis Willelmo de Zittart, filio quondam Marcelii, quod ipsa dabit et solvet eidem Willelmo hereditarium censum trium librarum monete anno quolibet hereditarie Dyonisii martiris de et domo et area dicte Heilwigis, sita in Buscoducis, iuxta puteum tinctorum, inter communem vicum ex uno et inter vicum quendam seu reliquam hereditatem Johannis Bogart, filii quondam Godefridi Loeymens, ex alio, tendente a communi vico retrorsum ad hereditatem Yde, filie quondam Henrici Harnaschinckers; promisit insuper cum tutore super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto hereditario censu trium librarum monete prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XI[a] octobri.

R1271, fol. 228r
11 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue simul et semel cum et mediante decem et octo peters, XVIII stuvers vel valore in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Willelmus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicte Heilwigi repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 228r-228v
12 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Henricus, filius quondam Gerardi Emontss., hereditarie vendidit domino Huberto Hospitis alias dicto Bottell, presbitero, hereditarium censum unius floreni Renensis, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro eodem computando, solvendum hereditarie Dyonisii martiris et in Buscoducis absque omni onere precarie ac ceteris incommodis libere tradendum ex domo, area, aliis edificiis desuper stantibus, orto ac hereditate sibi adiacentibus, unam sextariatam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Hezewijck, inter hereditatem fabrice ecclesie de Hezewych ex utroque latere et fine, tendentibus cum reliquo fine ad hereditatem Delijane Cocx, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duabus libris cere dicte fabrice, duobus pullis censualibus domino de Hezewijc et hereditaria paccione dimidii modii siliginis Arnoldo Roever Boest prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere cum conditione consueta.
Testes Brecht et Berkel, datum XII$^{a}$ octobris.

R1271, fol 228v-229r
12 oktober 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Engelbertus, filius quondam Johannis dicti Luedinx de Uden, pellificis, et Godefridus dictus Mostart, maritus et tutor legitimus Delyane, sue uxoris, filie dicti Johannis Luedinx, medietatem cuiusdam domus, aree, orti ac domus posterioris, sitorum in Buscoducis in vico Ecclesie inter hereditatem heredum quondam Egidii dicti Dunnecops, pellificis, ex uno et inter hereditatem olim Ludovici dicti Luedinx, fratris dum vixit dicti Johannis, ex alio, hereditarie vendidissent Goeswino dicto Wolfs, pellifici, cumque Johannes dictus Pels, quondam Petri dicti Pels, et Mechteldis, eius uxor legitima, filia quondam Arnoldi dicti de Lyemde alias Cleynael, ab eodem et quondam Luytgarde, sua dum vixit uxore, filia quondam Engberti Luedinx, pariter genita, reliquam medietatem domus, aree, orti ac domus posterioris predictorum hereditarie vendidissent Goeswino dicto die Wolff, pellifici, predicto, prout in diversis litteris, et cum dictus Godefridus die Cromme, canonicus in Buscoducis, domum, aream et ortum, sitos in Buscoducis, in vico Gruellatorum, inter quoddam domistadium ex uno et inter hereditatem Henrici Leydecker ex alio; item annuos et hereditarios census viginti viginti et quatuordecim solidorum monete, solvendos hereditarie ex domo, area et orto predictis hereditarie supportasset domino Sijmoni Geritss., canonico in Buscoducis, et qui domus, area, ortus unacum quadam domo posteriori in fine eiusdem orti consistentes et ad premissa spectantes siti sunt ibidem, inter hereditatem Wolteri de Hall, Godefridi Cuyper, filii Godefridi Laurentii de Ouden, filii quondam Hermanni, Jutte, relicte quondam Danielis Croeck, Ide, relicte quondam Goeswini die Wolff, et eius heredum et Engberti de Uden ex uno et inter hereditatem Johannis Keerberch alias die Coster, interiacente quodam muro lapideo, Heym muer vocato, ad primissa integraliter spectante ex alio, tendente a communi platea, nunc die Putstraet vocata, retrorsum usque ad hereditatem Johannis Keelbreker et Danielis Geritss., et deinde dictus dominus Sijmon condentem suum testamentum inter cetera inibi contentam dictos domum, aream, ortum ac domum posteriorem cum suis iuribus et attinentibus legasset Maiori Hospitali in Buscoducis ad opus pauperum ibidem, atque depost Theodericus van der Elst, magister et rector dictorum pauperum, dumtaxat iam ultimam dictam domum posteriorem cum suis fundo iuribusque et attinentibus, necnon posteriorem partem iamdicti orti illam, scilicet partem dicti orti que sita est ibidem et magis contigue eidem domui posteriori et est tercia pars eiusdem orti in ordine capientem ordinem ad et iuxta domum et aream Godefridi Cuyper, filii Godefridi, et sita est ibidem inter quandam viam ibidem ordinatam ex uno et inter hereditatem dicti Johannis Keerberch quodam muro lapideo, Heymmuer vocato, supradicto interiacente ex alio, et tendit a media

parte seu particula dicti orti Laurencii de Ouden, retrorsum usque ad domum posteriorem predictam, et continet in sua longitudine videlicet ad et iuxta dictam viam ibidem orticulam, XX$^{ti}$ tres predatas *(sic)* et ad latus iuxta dictum murum XXX$^{ta}$ unam pedatas et unum pollicem, simul cum iure utendi unacum Godefrido Cuyper et Laurencio de Ouden predictis supradicta via necnon porta, dicta die Bynnenste Poirte, et porta anteriori, dicta die Vorste Porte, que sita est ibidem ad et contigue iuxta dictum communem vicum, atque quodam transitu aut quadam via unacum quodam puteo inter dictas duas portas inibi consistentibus et situatis, legitime et hereditarie supportasset Jacobo de Driel Henricxs., relicto quondam Christine, sue uxoris, filie quondam Goeswini die Wolff, ad opus sui quo ad eius usufructum et ad opus Henrici et Goeswini, fratrum, ac Mathie, eorum sororis, liberorum Jacobi et quondam Christine predictorum, quo ad ius hereditarium prout in diversis aliis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Henricus et Mathia, eius soror, cum tutore pro se ipsis et pro dicto Goeswino, eorum fratre, primodictos domum, aream et ortum ac domum posteriorem atque adhuc ultimodictam domum posteriorem cum suis fundo iuribusque et attinentiis necnon dictam posteriorem partem dicti orti, simul cum iure utendi supradicta via ac portis predictis, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iure occasione iam premissorum dederunt ad hereditarium censum magistro Johanni Sampson, filio quondam Johannis, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro hereditario censu decem librarum et quindecim solidorum monete, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendo, dando et solvendo ab alio terminis solutionis ad hoc debitis et consuetis atque pro hereditario censu quadraginta quatuor librarum et quinque solidorum monete, dando et solvendo dictis Henrico et Mathie ab alio anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex premissis, sibi ad censum, ut premittitur, datis, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti Goeswini, eorum fratris, pronunc conventualis conventus Cruciferorum in Buscoducis, ac eiusdem conventus necnon ex parte dictorum quondam Goeswini die Wolf ac Jacobi de Dryel ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, salvis tamen conventionibus, contractibus et ordinationibus inter dictos Godefridum Cuyper, Laurencium et Jacobum de Dryel dudum initis eisdemque iuxta continentiam quarundam aliarum litterarum scabinorum de Buscoducis desuper confectarum in suis vi et robore illesis permansuris. Quo facto dictus magister Johannes Sampson promisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dictis Henrico et Mathie dictum censum quadraginta quatuor librarum et quinque solidorum anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto de et ex iam premissis. Promisit insuper sub obligatione cuiusdam mansi ad ipsum spectantis, siti in parochia de Vucht Sancti Petri ad locum dictum Enode, atque iurium et attinenciarum eiusdem mansi singularum et universarum quocumque locorum consistentium, situm ac reperiendum atque adhuc super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XII$^{a}$ octobris.

R1271, fol. 229r
27 november 1502
Raes Raessen en Gerard van Berkel

Willelmus dictus Pijckevet in absentia dicti magistri Johannis Sampson promisit premissa dicto magistro Johanni ad censum data ad redimendum e iure proximitatis et obligationem.
Testes Raessen et Berkel, datum XXVII$^{ta}$ novembris.

R1271, fol. 229r
27 november 1502

Raes Raessen en Gerard van Berkel

Dictus Willelmus Pijckevet promisit super omnia et habenda michi ad opus dicti magistri Johannis quod ipse Willelmus eundem magistrum Johannem et eius bona de promissionibus et obligationibus in acquisitionem ad censum iam premissorum per ipsum factis, atque quibuscumque aliis promissionibus veris et non fictis, per ipsum magistrum Johannem, ea occasione factis, atque ab omnibus dampnis indempnem servare.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 229v
12 oktober 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit dictus magister Johannes supradictum censum quadraginta quatuor librarum et quinque solidorum redimere et acquitare simul unapariter aut vicissim videlicet non minus quam simul et semel quatuor libras sed bene plures, scilicet quamlibet libram cum et mediante septem peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia secundum modernam valuationem pro quolibet computando, dandum videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden pro XX$^{ti}$ octo stuferis, et denarios dictos dobbel vuerijseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Henricus et Mathia cum tutore hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda dicto magistro Johanni repromiserunt.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XII$^{a}$ octobris.[1]

R1271, fol. 229v
12 oktober 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu donationis A signato, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Henricus et Mathia palam recognoverunt et dicto magistro Johanni publice consentierunt quod postquam idem magister Johannes de supradicto censu quadraginta quatuor librarum et quinque solidorum ad manus dictorum Henrici et Mathie seu proprietarii eiusdem census redemerit et acquitaverit, octo libras hereditarii census cum pecunia in littera redemptionis comprehensa, quod extunc in antea et non prius supradictus mansus dicti magistri Johannis et eiusdem mansi attinentie a dicta promissione warandia et satisfactione eiusdem saltem quo ad alias libras de dicto censu nondum redemptas erunt et perpetuo permanebunt quiti et penitus exonerati.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 229v

[1] *R1271, fol. 229r, d.d. 6 augustus 1504:* Dictus Henricus et Mathia recognoverunt Engbertum de Uden, proprietarium pro tempore premissorum, acquitasse et redimisse decem libras hereditarii census de dicto hereditario censu quadraginta quatuor librarum et quinque solidorum atque ipsos huiusmodi denarios ea occasione solvendos, provenientes ab eodem Engberto, recepisse, clamantes inde quitum promittentesque eundem ac domum, aream cum suis attinentibus predictis de dictis acquitatis decem libris atque ab ulteriori solutione earundem decem librarum atque dampnis indempnem servare. Testes Boert et Brugman, datum sexta augusti.

13 oktober 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Zegerus dictus Cuper, filius quondam Johannis Zegers, et Petrus de Zontvelt Dircxs. promiserunt indivisi super omnia et habenda Johanni Colet triginta octo aureos florenos Renenses vel valorem mediatim Nativitatis Domini et mediatim Pentecostes proxime futuro persolvendos occasione impactonis certe quote decime in Scijnle ad locum dictum Aent Lutteleynde, ut dicebant.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XIII[a] octobris.

R1271, fol. 229v
13 oktober 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Godefridus, filius quondam Ghiselberti dicti Huysmans, hereditarie vendidit Weyndelmoedi, filie quondam Gerardi Claess., hereditarium censum sex librarum monete, solvendum hereditarie Remigii confessoris de et ex tribus iugeribus terre, ad dictum venditorem spectante, in quodam campo terre paludialis, sito in parochia de Littoyen, in loco dicto in sBruynen Hoeve, inter quasdam hereditates dictas die Breede Tweven ex uno et inter quasdam alias hereditates dictas Hillen Hoeve ex alio, tendente ab hereditate Henrici, filii quondam Reymboldi Spornyers, ad hereditatem reliquam dicti venditoris ac hereditatem quorundam aliorum ibidem, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto hereditario censu sex librarum monete dicte emptrici adhuc prius annuatim e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 230r
13 oktober 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta florenis Renensibus, XX[ti] stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix hoc palam recognovit et super omnia et habenda cum tutore dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 230r
13 oktober 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Adrianus, filius quondam Johannis dicti Loen, hereditarie vendidit Baudewino, filio quondam Gerardi Rutgerss., ad opus Margarete, sue matris, relicte dicti quondam Gerardi, hereditarium censum trium et dimidii florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie Dyonisii martiris et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area ac aliis edificiis desuper stantibus, orto ac hereditate sibi adiacente dicti venditoris, sitis in parochia de Druenen, inter hereditatem Adriani Adriaenss. ex uno et inter hereditatem Marie, relicte quondam Theoderici Mertens, et eius liberorum ex alio, tendente a communi platea usque ad villam de Loen, item adhuc ex pecia terre arabilis dicti venditoris, sita in dicta parochia, inter hereditatem Hermanni dicti

Ghijbensoen ex uno et inter hereditatem Henrici dicti die Bye Geritss. ex uno, tendente a communi platea quousque hereditates de Druenen ibidem situate se extendunt, item adhuc ex pecia terre eiusdem venditoris, sita in eadem parochia, inter hereditatem Henrici Vendijcx ex uno et inter hereditatem Hermanni dicti Block ex alio, tendente a communi platea ad quandam methadum dictum den Grooten Patt, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus et dimidio modiis siliginis ex domo, area, orto ac hereditate predictis, decem et octo lopinis siliginis ex secundodicta pecia terre arabilis atque dimidio modio siliginis ex ultimodicta pecia terre diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 230r
13 oktober 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quinquaginta consimilibus florenis Renensibus in moneta superius specificata, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Boudewinus nomine dicte Margarete, sue matris, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Margarete legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 230r
13 oktober 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Egidius, filius quondam Nycolai Scoemekers, et Lucas Jan Thijss. promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus Johannis Colet viginti novem aureos florenos Renenses vel valorem, mediatim Nativitatis Domini et mediatim Pentecostes proxime futuro persolvendos occasione impactionis certe quote decime in Scijnle, ad locum dictum aen dElschot, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 230r
13 oktober 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Johannes, filius quondam Petri van der Hautart, et Petrus van den Weteringen Peterss. promiserunt indivisi super omnia et habenda mihi ad opus dicti Johannis Colet quadraginta quinque consimiles aureos florenos Renenses, mediatim Nativitatis Domini et mediatim Pentecostes proxime futuro persolvendos occasione impactionis certe quote decime in Scijnle, ad locum dictum Aen den Borne, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 230v
13 oktober 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Nycolaus, filius Ambrosii Roelofss., promisit super omnia et habenda domicelle Elsbene, relicte quondam Rutgeri Berwouts, quatuor modios et septem lopinos siliginis, mensure de Buscoducis, Purificationis proxime futuro persolvendos, in Geffen tradendos.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XIII[a] octobris.

R1271, fol. 230v
13 oktober 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Johannes, filius quondam Rutgeri van Tangeren, unum iuger terre vel circiter, situm in parochia de Maren in loco dicto In den Ham, inter hereditatem Petri Hellinck ende Martini van Bakelaer ex uno et inter hereditatem Theoderici Lu et Katarine, relicte quondam Rodolphi die Bever, ex alio, simul cum medietate fossati, siti ibidem, inter hereditatem dictorum Petri Hellinck et Martini ex uno et inter dictum iuger terre ex alio, et cum medietate fossati, siti contigue iuxta hereditatem Rutgeri, filii quondam Rutgeri Janss., quod iuger terre simul cum medietatibus predictis dictus Johannes erga Johannem, filium quondam Theoderici Spijker, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Godefrido, filio Rutgeri Janss., simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 230v
13 oktober 1502
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Johannes, filius quondam Rutgeri van Tangeren, duo hont terre que ad Yewanum de Dommelen, filium quondam Godefridi, olim spectabant in quodam campo terre, octo hont terre vel circiter continente, sito in parochia de Maren ad locum dictum Opten Ham, inter hereditatem heredum quondam Rodolphi die Bever ex uno et inter hereditatem Martini van Bakelaer ex alio, que duo hont terre predicta dictus Johannes erga Johannem, filium quondam Theoderici Spijker, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Godefrido simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 230v
13 oktober 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dictus Godefridus promisit super omnia et habenda dicto Johanni, filio quondam Rutgeri van Tangeren, quadraginta octo et dimidium florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Letare Iherusalem proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 230v
13 oktober 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Wolterus dictus Willemss., Mathias dictus Struyff, Marcelius Ghysbertss. et Johannes dictus Roelofss. promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus magistri Gerardi Jannes. et Geerlaci de Rijcstel quadraginta duo scuta antiqua, XXX$^{ta}$ stuvers vel valorem in pecunia valuata terminis solutionis infrascriptis currente pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Domini et mediatim Pentecostes proxime futuro persolvenda occasione impactionis decime de Kessel ad dominos Sancti Lamberti Leodiensis spectantis, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 230v
13 oktober 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dictus Wolterus promisit super omnia et habenda michi ad opus ut iam supra duo et dimidium scuta antiqua consimilia ad eosdem terminos persolvenda occasione impactionis decime minute, dicte smaelthiende, in Kessel, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 231r
13 oktober 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Willelmus, filius quondam Arnoldi Beytels, et Henricus, filius quondam Rutgeri de Goirle, promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus capituli in Buscoducis tredecim modios siliginis mensure de Buscoducis, mediatim Andree apostoli et mediatim Purificationis proxime futuro persolvendos et in Buscoducis in domo dominorum dicti capituli tradendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 231r
15 oktober 1502
Lambert Millinck en Gerit van Berkel

Macharius, filius quondam Ghijsberti Janss., calcifex, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Arnolde, sue uxoris, filie Johannis Haeck, medietatem ad ipsum et dictam suam uxorem, ut dicebat, spectantem in hereditario censu quatuor librarum monete, solvendo hereditarie Nativitatis Baptiste ex tribus iugeribus terre, sitis in loco dicto die Dungen, inter hereditatem Hade Aarnts ex uno et inter hereditatem Gerit Roelensoen ex alio, quem censum predictum Franco de Langel ad opus dicte Arnolde et Johanne, sororum, filiarum Johannis Haeck, pistoris, erga Henricum de Uden et magistrum Johannem Alardi de Helmont tamquam prepositos Fraternitatis Beate Marie Virginis in ecclesia Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Godefrido, filio quondam magistri Mercelii de Os, cirurgici, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Arnolde, sue uxoris, deponere.
Testes Millinc et Berkel, datum XV$^{ta}$ octobris.

R1271, fol. 231r
19 oktober 1502
Jan Back en Jan Heym

Johannes Heym promisit super omnia et habenda michi ad opus magistri Henrici Pelgrom ducentos et viginti quinque florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia iam currenti pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes Back et Heym predictus, datum XIX$^{a}$ octobris.

R1271, fol. 231r
19 oktober 1502
Jan Heym en Gozewijn van Brecht

Dominus Theodericus de Hall, presbiter, dedit michi ad opus domini Nycolai Langsmyt ac Luce van der Meer, presbyterorum, Barneri, filii quondam Luce Barnyerss., et Gerardi, filii Nicolai Meliss., ac ad opus alterius eorundem potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Heym et Brecht, datum supra.

R1271, fol. 231r-231v
20 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Raes Raessens

Godefridus dictus Zweders, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete sue uxoris, filie quondam Henrici, filii quondam Johannis dicti Moel Houbraken, hereditariam pactionem septem modiorum siliginis, mensure de Asten, quam pactionem Hilla, filia quondam Petri Janssoen de Helmont, et Petrus, filius naturalis dicti quondam Petri Janssoen, promiserant se daturos et solvendos Willelmo Oerleman et Aleidi, sue uxori, filie naturali quondam Johannis, filii quondam Petri Janssoen de Helmont, anno quolibet hereditarie Purificationis ex quibusdam bonis mobilibus et immobilibus, hereditariis et paratis, dictis Willelmo et Aleidi aut eorum alteri per dictum quondam Johannem, filium quondam Petri predicti, legatis, quocumque locorum consistentibus, sitis aut reperiendis atque ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Asten, in loco dicto Roesvenne, inter hereditatem Gerardi, filii Henrici dicti de Berkel, ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Gijbens. ex alio, item ex una sextariata terre vel circiter, sita in dicta parochia; item ex pecia terre, sex lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia; item ex agro terre, duas modiatas terre vel circiter continente, sito in dicta parochia, in loco dicto Groot Braessel; item ex agro terre, dicto die Myssenstrepe, sito in dicta parochia; item ex dicta lopinata terre, sita in dicta parochia; item ex pecia terre decem lopinatas terre vel circiter continente, sita ibidem; item ex uno bonario prati vel circiter, sito in dicta parochia, in loco dicto In die Beke; item ex septem mensuris, dictis Zillen Beempts, sitis in dicta parochia; item ex quinque mensuris, dictis Zillen prati, siti in dicta parochia, inter aquam die Aa ex uno et inter hereditatem Henrici dicti van der Donschoet ex alio, quam pactionem predictam Rutgerus de Arkel ad opus dicti Henrici, filii quondam Johannis Moel Houbraken, erga dictos Willelmum dictum Oerleman, filium quondam Petri dicti Oerlemans, tamquam maritum et tutorem legitimum dicte Aleidis, sue uxoris, filie naturalis quondam Johannis, filii quondam Petri Janss. de Helmont, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Gerardo dicto de Berkel, filio quondam Gerardi, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Margarete, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Henrici, filii quondam Johannis Moel Houbraken, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Brecht et Raso, datum XX$^{a}$ octobris.

R1271, fol. 231v
20 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Raes Raessens

Godefridus dictus Zweders hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Asten, solvendam hereditarie Purificationis et in Asten tradendam ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, tria et dimidium bonaria terre vel circiter continente, Rodolphi dicti Roeff, filii quondam Henrici Goyartss. de Leende, sitis in parochia de Asten, ad locum dictum Ter Stegen, inter hereditatem magistri Thome, investiti ecclesie de Asten, ex uno et inter hereditatem Willelmi die Wagemeker ex alio; insuper ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus quinque lopinatas terre vel circiter continente, Henrici van den Veldacker alias de Lyessel, sitis in dicta parochia, ad locum dictum Aen den Dijck, inter hereditatem Willelmi, filii quondam Wolteri van der Meer, ex uno et inter communem plateam alias undique adiacentem, quam pactionem predictam dictus Godefridus erga dictos Rodolphum dictum Roeff ende Henricum van den Veldacker emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Gerardo de Berkel ad opus domicelle Heilwigis, sue matris, relicte dicti quondam Gerardi, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes, datum supra.

R1271, fol. 231v-232r
20 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Dominus Henricus Corten, presbiter, rector pro tempore capelle Sancti Anthonii confessoris in parochia de Lytt, et eo nomine potens ad infrascripta vigore certarum litterarum, sibi a domino archidiacono Campinie in ecclesia Leodiensi desuper concessarum, ut apparebat, peciam terre seu orti, sitam infra dictam parochia de Lytt, apud hereditates Petri de Couwen ex uno et hereditates Johannis Bertwini ex alio, tendentem ab hereditate Margarete, relicte quondam Udonis Mathijss., ad communem plateam, die Vrouwenstraet vocatam, ut dicebat, simul cum toto sibi ac rectori dicte capelle quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, dedit ad hereditarium censum Henrico dicto Loyen, filio quondam Henrici, ab eodem iure hereditario habendam et possidendam pro hereditario censu quatuor librarum monete, dando et solvendo magistro Alardo Brants tamquam rectori pro tempore capelle Sancti Jacobi in Dungen ab alio termino solutionis ad hoc debito et consueto, atque pro hereditario censu trium librarum dicte monete, dando et solvendo primodicto rectori capelle Sancti Anthonii in Lytt atque pro hereditario censu duarum librarum eiusdem monete, dando et solvendo secundodicto rectori capelle Sancti Jacobi in Dungen, ab alio hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex pecia terre seu orti predicta, promittens primodictus dominus Henricus, tamquam rector dicte capelle Sancti Anthonii, sub obligatione omnium bonorum eiusdem capelle habitorum et habendorum huiusmodi donationem ratam, alias obligationem et impetitionem ex parte sui, ex parte iamdicte capelle ac quorumcumque rectorum eiusdem, presentium et futurorum, deponere. Quo facto dictus Henricus Loyen repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto domino Henrico, tamquam rectori dicte capelle in Lyt, dictum hereditarium censum trium librarum, et dicto magistro Alardo, tamquam rectori dicte capelle in Dungen, hereditarium censum duarum librarum predictum anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto de et ex pecia terre seu orti predicta, sibi ad censum, ut premittitur, data atque ex domo in eadem pecia terre pronunc consistente et per ipsum Henricum Loyen desuper constructa.

Testes Brecht et Millinck, datum supra.

R1271, fol. 232r
21 oktober 1502
Jan Back en Jan Heym

Egidius, filius quondam Henrici, filii quondam Henrici dicti Ausemssoen, et Gerardus, filius quondam Johannis de Thieven, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie primodicti quondam Henrici, filii quondam Henrici dicti Ausemss., quecumque bona immobilia et hereditaria que ipsis seu eorum alteri per et post mortem secundodicti quondam Henrici Ausemss., eorum avi, iure successionis hereditarie seu alias quovismodo advoluta sunt, quocumque locorum infra parochia de Gemart consistentes, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, hereditarie supportavit Michaeli, filio quondam Everardi de Vaerlaer, ad opus sui et ad opus Henrici et Anselmi, eius fratrum, necnon Luytgardis, Hillegondis et Margarete, suarum sororum, simul cum toto iure sibi seu eorum alteri quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Heilwigis deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa omnes obligationem et impetitionem ex parte de secundodicti quondam Henrici Ausems, eorum avi, ac suorum heredum in sexta parte premissorum deponere.
Testes Back et Heym, datum XXI[a] octobris.

R1271, fol. 232r
20 oktober 1502
Jan Back en Gozewijn van Brecht

Thomas dictus Vilten et Daniel dictus Bollens promiserunt indivisi super omnia et habenda Johanni Heym viginti quinque aureos florenos Renenses vel viginti octo stuvers vel valorem eorundem in alia bona pecunia pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Domini et mediatim Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes Back et Brecht, datum XX[a] octobris.

R1271, fol. 232r
*Deze akte is onvolledig en niet gepasseerd*

Maria, filia quondam Arnoldi dicti Janss., Wolterus, filius quondam Jacobi Gieliss., Elisabeth, relicta quondam Egidii dicti Helvoerts, Katherina, relicta quondam Yewani de Rode, Maria, filia quondam Petri Claessen, begina Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, et Henrica, relicta quondam Sanderi Colvers, cum tutore, peciam terre, dictam die Stelt, sitam in parochia de Geffen, ad locum dictum Opten Ham, inter hereditatem olim cuiusdam dicti Hacken, des molners zwager, nunc vero Petri dicti Gielens ex uno et inter communem viam ex alio; item adhuc peciam terre, sitam in dicta parochia, ad dictum locum Opten Ham vocatum, inter hereditatem Johannis Ghezens. olim, nunc vero Petri dicti Goessenss. cum pluribus aliis ex uno.

R1271, fol. 232r-232v
22oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Mechteldis, filia quondam Arnoldi dicti de Vucht, cum tutore, particulam terre dimidiam lopinatam terre vel circiter continente, sitam in parochia de Bucstel, in tribunali de Lyemde, inter hereditatem reliquam eiusdem Mechtildis ex uno et inter hereditatem Ghiselberti dicti Willemss. ex alio, tendentem ab hereditate Willelmi, filii quondam Willelmi de Meyensvoirt, ad hereditatem Johannis de Hulst cum pluribus aliis in ea qualitate qua dicta particula terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Willelmo, filio quondam Willelmi de Meyensvoirt, ab eodem, promittens, cum tutore super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetionem eiusdem, exceptis oneribus viarum per dictam particulam terre e iure transeuncium, ut dicebat.
Testes Brecht et Berkel, datum XXII$^{da}$ octobris.

R1271, fol. 232v
22oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum Katherina, relicta quondam Johannis Peymans, huiusmodi usufructum seu ius usufructuarium, quem seu quod ipsa possedebat in huiusmodi bonis immobilibus in quibus dictus quondam Johannis Peymans decessit, quocumque locorum, in duro et molli, in humido et sicco consistentibus, legitime supportasset Johanni, filio quondam Johannis Peymans predicti, Anthonio Zebrechssoen, tamquam marito et tutori legitimo Adriane, sue uxoris, Johanni Adriaenss., tamquam marito et tutori legitimo Elisabeth, sue uxoris, Willelmo van der Schueren, tamquam marito et tutori legitimo Heilwigis, sue uxoris, atque Godestodi, filiarum dicti quondam Johannis Peymans, prout in litteris de Tilborch et Goerle videtur contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis secundodictus Johannes, filius quondam Johannis Peymans, pronunc commorans in Hospitali quodam pauperum virorum, sito in Buscoducis in vico dicto Arnt Berwoutsstraet, novam partem *(sic)* totam partem et omne ius sibi quovismodo competentes at imposterum competituras in bonis pretactis hereditarie supportavit Ghiselberto Toelinc, magistro pro tempore dicti Hospitalis, ad opus eiusdem Hospitalis, ab eodem Hospitali post obitum dicti Johannis et non prius habendas et possidendas, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salva tamen et dicto Johanni reservata sua potestate quamdiu in humanis vixerit partem suam ad se spectantem in bonis pretactis vendendi, alienandi seu transportandi inquantum sibi necesse fuerit et tunc de consensu magistri pro tempore dicti Hospitalis et alias non.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 232v-233r
24 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Yda, relicta quondam Arnoldi, filii quondam Petri Knoeden, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quatuor quintis partibus domus, aree et orti ac hereditatum sibi adiacentium, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sitorum in parochia de Vucht Sancti Petri, ad locum dictum Op Sceenkens Eyndt, inter hereditatem Henrici dicti die Cuyper ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Roveri, filii quondam Theoderici de Bakel, in illis scilicet quatuor quintis partibus premissorum, que Adriano, Johanni, fratribus, Katharine et Margarete, suarum sororum, liberorum dictorum Yde et quondam Arnoldi, per et post mortem eiusdem quondam Arnoldi, eorum patris, iure successionis hereditarie advoluta est necnon per et post mortem

dicte Yde, eorum matris, adhuc advolvendum est, ut dicebat, legitime supportavit dictis Adriano et Johanni, fratribus, ac Katharine, eorum sorori, ad opus eorum et ad opus dicte Margarete, eorum sororem, et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum XXIIII[a] octobris.

R1271, fol. 233r
24 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infradictis dicti Adrianus et Johannes, fratres, atque Katharina, eorum soror, necnon Wynricus, filius quondam Willelmi dicti de Well, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Margarete, sue uxoris, legitime et hereditarie vendiderunt Petro, filio Nycolai Heesters, et Mathie Janss., tamquam magistris pro tempore Mense Sancti Spiritus in Vucht, ad opus eiusdem Mense hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Remigii confessoris de et ex dictis quatuor quintis partibus premissorum, ab eodem, promittentes indivisi cum tutore super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione unius modii siliginis Johanni, filio quondam Henrici Peterss., hereditario censu dimidie libre dicte monete Mense predicte atque censu fundi domino duci prius ex premissis annuatim et iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 233r
24 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum duodecim peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuatam  pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis prout dicti magistri, nomine dicte Mense, hoc palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum dicte Mense prefate venditoribus repromiserunt.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 233r
24 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Reynerus Gielis Colvensoen et Wolterus, eius filius, promiserunt indivisi super omnia et habenda Arnoldo, filio quondam Johannis Arntss., triginta quatuor florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia termino solutionis infrascripto communiter currente pro quolibet computando, atque septem consimiles stuvers, Jacobi apostoli proxime futuro persolvendos.
Testes Brecht et Berkel, datum XXIIII[ta] octobris.

R1271, fol. 233r-233v
24 oktober 1502
Lambert Millinck en Peter de Borchgreve

Maria, filia quondam Arnoldi dicti Ianss., Wolterus, filius quondam Jacobi Gielissoen, Elisabeth, relicta quondam Egidii dicti Helvoirts, Katherina, relicta quondam Yewani de Rode, Maria, filia quondam Petri Claess., begina Maioris Curie beginarum in Buscoducis, et Henrica, relicta quondam Sanderi dicti Colneers, peciam terre, dictam die Stelt, sitam in parochia de Geffen, ad locum dictum Opten Ham, inter hereditatem cuiusdam dicti Hacken, des molners zwager, ex uno et inter communem viam ex alio; item adhuc peciam terre, sitam in dicta parochia, ad locum predictum Opten Ham vocatum, inter hereditatem Johannis Ghezens. ex uno et inter hereditatem Willelmi Venmans ex alio, quas duas pecias terre predictas Christina, filia quondam Gerardi Trapparts, ab eodem quondam Gerardo et quondam Christina, sua uxore, filia quondam Henrici Colen et quondam Christine, filie quondam Petri Emontss., pariter genita, prefatis Marie, Woltero, Elisabeth, Katherine et Marie, begine, ad opus eorum et ad opus dicte Henrice hereditarie supportaverunt, prout in litteris, et que due pecie terre predicte pronunc site sunt ibidem, videlicet prima pecia die Stelt vocata inter hereditatem Petri Michielssoen ex uno et inter communem viam ex alio atque secundodicta pecia terre, inter hereditatem Goeswini Goessenss. ex uno et inter hereditatem Delyane, relicte quondam Henrici, matricularii dum vixit in Geffen, ex alio; insuper adhuc campulum terre, situm in dicta parochia, in loco dicto Int Geffensche Velt, inter hereditatem Engele dicte Melis et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Nycolai Geritss. et Petri dicti Michielss. ex alio, tendentem ab hereditate Weyndelmoedis, filie quondam Gerardi Claess., ad communem viam super quo campulo terre predicto supradicta Christina, filia quondam Gerardi Trapparts, atque super quibuscumque aliis suis bonis ad opus suorum creditorum videlicet supradictorum supportancium hereditarie renunciaverat, prout in aliis litteris, legitime et hereditarie supportavit Gerardo, filio quondam Herberti, filii quondam Gerardi Meliss., simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittentes divisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa in casu quo due pecie terre ac campulus predicti imposterum via iuris prefato Gerardo evincerentur, quod tunc adstatim huiusmodi evictione facta, dicti supportantes eidem Gerardo refundent et refundere tenebuntur ac refundere tenebitur eorum alter, videlicet primodicta Maria quatuor et dimidium florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, atque duos consimiles stuvers, dictus Wolterus duos consimiles florenos unum stuferum et quartam partem unius stuferi, dicta Elisabeth triginta novem consimiles stuferos, Katherina unum consimilem Renensem et tres quartas partes unius stuferi, secundodicta Maria begina quindecim consimiles stuferos, dicta Henrica viginti duos consimiles stuferos, quibus omnibus sic refusis dictus Gerardus supradictos duas pecias et campulum terre prefatos supportantibus eiusverso resupportabit, simul cum dictis litteris ac omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet.
Testes Millinc et Borchgreve, datum XXIIII$^{ta}$ octobris.

R1271, fol. 233v
24 oktober 1502
Lambert Millinck en Peter de Borchgreve

Dictus Gerardus promisit super omnia et habenda dictis supportantibus undecim et dimidium consimiles florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, mediatim Purificationis et mediatim Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 233v

*deze akte is onvolledig*

Laurencius filius quondam Lamberti Laureynss.

R1271, fol. 233v-234r
24 oktober 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dominus Johannes, filius quondam Willelmi van den Heze alias Hogarts, presbiter, Laurencius, filius quondam Lamberti Laureynss., et Arnoldus, filius quondam Johannis Roymans, hereditarie vendiderunt Gerardo de Eyck, filio quondam Rutgeri de Eyck, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX$^{ti}$ novos stuvers per archiducem Philippum pronunc monetatos aut valorem eorundem in moneta aurea et argentea, quemadmodum iam valuata est pro quolibet huiusmodi florenis computando, solvendum hereditarie Omnium Sanctorum et pro primo solutionis termino ab Omnium Sanctorum proxime futuro ultra annum, et in opido de Buscoducis absque omnibus exactionibus et precariis domini nostri ducis, ceterisque oneribus et incommodis, si que fuerint, libere tradendum de et ex domo, area, orto ac campo terre sibi adiacente, quatuor lopinos terre vel circiter continente, dicti domini Johannis, sitis in parochia de Doernen, ad locum dictum Velthoevel, inter hereditatem Willelmi, filii Arnoldi dicti Colen, ex uno, tendente alias ad communem plateam adiacentem; item ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, septem lopinos terre vel circiter continente, dicti Laurencii, sitis in parochia predicta, ad locum dictum Aent Heydeeynde, inter hereditatem Arnoldi dicti Reyners ex uno et inter hereditatem eiusdem Arnoldi et quorundam aliorum ibidem ex alio, tendentibus a communi platea ad communem mericam ibidem; item ex tercia parte ad dictum Arnoldum Roymans spectante in quodam prato, unum et dimidium bonaria terre vel circiter continente, sito in parochia predicta, in loco dicto In de Strijp, inter hereditatem heredum quondam magistri Henrici de Herssel ex uno et inter hereditatem Petri dicti van den Water et Henrici, eius fratris, ex alio, tendente a communitate de Doernen ad hereditatem heredum quondam Theoderici Snoecx cum pluribus aliis, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ac duobus maldris siliginis ex domo, area, orto ac campo dicti domini Iohannis, censu fundi atque uno et dimidio lopinis siliginis ex domo, area, orto et hereditatibus dicti Laurencii, necnon uno modio siliginis ex dicta tercia parte dicti Arnoldi et pluribus aliis hereditatibus eiusdem diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVI octobris.

R1271, fol. 234r
24 oktober 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Et poterunt redimere perpetue simul unapariter cum centum consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt et preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 234r

24 oktober 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Fratres Johannes Bem, prior, Ghiselbertus Toelinc, procurator, et Lucas Monix, filius quondam magistri Johannis Monix iunioris, conventualis conventus fratrum Cruciferorum in Buscoducis, nomine eorum et dicti conventus ac quorumcumque conventualium eiusdem conventus, presentium et futurorum, super quibuscumque bonis mobilibus et immobilius, hereditariis atque paratis dicto fratri Luce seu conventui predicto per et post mortem parentum, videlicet patris et matris dicti fratris Luce, iure successionis hereditarie seu via testamenti ac alias quovismodo advolutis usque ad diem hodiernum, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat, atque super toto iure ipsius seu eorum alteri aut dicto conventui quovismodo competentibus in quibuscum litteris seu instrumentis mentionem inde facientibus, ad opus Johannis et Arnoldi, fratrum, et domicelle Adriane, eorum sororis, liberorum dicti quondam magistri Johannis Monix iunioris, hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicti conventus habitorum et habendorum ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum, dicti conventus ac quorumcumque conventualium eiusdem conventus, presencium et futurorum, deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 234r-234v
24 oktober 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Wy Brecht ende Berkel, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelijcken dat opten dach van huyden datum van desen voir ons gestanden zijn geweest bruederen Jan Bem, prior, Ghijsbert Toelinc, procurateur, ende Lucas, zoen wilneer meester Jan Monix des jongen, van denselven wilneer wilneer meester Jannen ende jouffrouwe Margrieten van Berkel, zijnre huysvrouwen, tsamen gewonnen, conventuael des convents van den Cruysbruederen oirdene bynnen der voirs. stat, voir henselven ende in den name des voirs. convents ende allen den conventualen desselfs, nu zijnde ende naemaels comende, ende hebben gegeven ende verleent  ende mits desen geven ende verlenen Jannen ende Arden, gebruederen ende jouffrouwe Adrianen, hoeren suster, kijndere wilneer meester Jans ende jouffrouwe Margrieten voirs., vrij ende volcomen macht ende sunderlinge bevele te heffen, te manen ende te boeren ende met wegen van recht ofs noot weer te vervolgen alsulkene achterstellen als den voirs. brueder Lucas oft den voirs. convent in zijnen name tachter ende onbetaelt staen ende bijsundere verschenen voir den jaer dat men screeff een lestleden ende een vorder, dats te wetene van eenre lijfrente van twentich Rijnsgulden, twentich stuvers voir elcken Rijnsgulden, ende drie groot Brabants oft die werde dair voir in anderen paymente voir elcken stuver te rekenen,  te betalen alle iair half opten iersten dach van junio ende half opten iersten dach van decembri, welke lyfrente voirs. die voirs. brueder Lucas tegen die stad van Den Bosch voirs. in coep vercregen hadde nae inhoude van den brieve, besegelt metten grooten zegel der voirs. stad dair op gemaect, et cum premissis faciendis absque revocatione ut in forma.
Datum XXVI$^{ta}$ octobris.

R1271, fol. 234v
26 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Johannes et Arnoldus, fratres, et domicella Adriana predicti promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus dicti conventus Crucifrorum quinquaginta florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes brecht et berkel, datum supra.

R1271, fol. 234v
27 oktober 1502
Jan Back en Peter de Bochgreve

Nycolaus dictus de Beeck dedit Petro dicto Janss., sartori, potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Back et Borchgreve, datum XXVII$^{a}$ octobris.

R1271, fol. 234v
27 oktober 1502
Jan Back en Peter de Bochgreve

Notum sit universis quod cum Petrus Bardeyn medietatem cuiusdam mansi, siti in parochia de Os, ad locum dictum op Amstel aut in locis ibidem circum vicineis, simul cum iuribus et attinentiis dicte medietatis mansi predicti, singulis et universis quocumque locorum consistente sive sitis, depositis, tamen de dicta medietate premissorum et dicto Petro reservatis novem hont terre, sitis ibidem ad locum dictum die Velthoven, hereditarie supportasset Arnoldo, filio Petri Arntss. prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Hermannus, filius quondam Rodolphi dicti Arntss., tamquam pro se ipso et pro Margareta, relicta quondam Alardi dicti van den Berge, super dicta dicta *(sic)* medietate mansi et eius attinentium predictorum atque super quibuscumque bonis, mobilibus et immobilibus, hereditariis atque paratis, in quibus dictus quondam Arnoldus et Ermgardis, eius uxor, filia dicti Rodolphi, decesserunt et que dictis Hermanno et Margarete, eius sorori, per et post mortem eorundem quondam Arnoldi et Ermgardis, eius uxoris, sororisque dum vixit dictorum Hermanni et Margarete, iure successionis seu alias quovismodo advoluta sunt, quocumque locorum consistentes, sita ac reperienda, dumtaxat vero super illis bonis que iidem quondam Arnoldus et Ermgardis constante eorum matrimonio pariter acquisierant, ut dicebat, atque super toto iure ad opus Hermanni, filii dicti quondam Petri Arntss., ac fratris dicti Arnoldi, hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Margarete, sue sororis, ac suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 234v-235r
27 oktober 1502
Jan Back en Peter de Bochgreve

Notum sit universis quod cum Petrus Bardeyn de Os medietatem cuiusdam mansi, siti in parochia de Os, ad locum dictum op Amstel aut in locis ibidem circumvicineis, simul cum iuribus et attinentibus dicte medietatis mansi predicti, singulis et universis quocumque locorum consistentibus sive sitis, hereditarie supportasset Arnoldo, filio Petri Arntss., et deinde dictus Arnoldus promisisset ut debitor principalis dicto Petro quod ipse daret et solveret eidem Petro hereditariam pactionem unius et dimidii modiorum siliginis, mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis traderet et deliberaret de

et ex quodam domistadio ac hereditatibus sibi adiacentibus, tredecim vasatas terre vel circiter continente, sitis in parochia et loco predictis, op Amstel vocatis, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Hermannus, filius dicti quondam Petri Arntss., palam recognovit et super omnia et habenda Hermanno, filio quondam Rodolphi Arntss., ad opus sui et ad opus dicte Margarete, sue sororis, promisit quod ipse primodictus Hermannus dictam pactionem necnon quecumque alia onera per dictum Arnoldum, suum fratrem, constante matrimonio inter eundem Arnoldum et Ermgardem, suam uxorem, filia dicti quondam Rodolphi Arntss., facta seu promissa perpetuis temporibus dabit et solvet necnon dare et solvere tenebitur, sic et taliter primodicto Hermanno, filio quondam Rodolphi, et Margarete, eius sorori, ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuris.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 235r
27 oktober 1502
Jan Back en Peter de Bochgreve

Geldolphus dictus Gelden, filius quondam Bartholomei dicti Geldens, promisit ut debitor principalis domino Johanni Borchmans Janss., presbitero, quod ipse dabit et solvet eidem domino Johanni hereditariam pactionem quatuor lopinorum siliginis mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Dyonisii martiris et in Buscoducis tradet de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacentibus, lopinatam terre vel circiter continente, dicti promittentis, sitis in parochia de Helvoirt, ad locum dictum Aen den Dystelberch, inter hereditatem Ghibonis dicti Geritss. van Grevenbroick ex utroque latere, tendente a communitate ad hereditatem Johannis, filii Johannis Peterss., ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi et quatuor lopinis siliginis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere cum conditione consueta.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 235r
27 oktober 1502
Jan Back en Jan Heym

Arnoldus Pels, filius quondam Petri Pels, hereditarium redditum quinquaginta aureorum florenorum bonorum et legalium, communiter coervorster gulden appellatorum, vel iusti valoris eorundem in alia bona aurea moneta equalenti, solvendum anno quolibet hereditarie mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Nativitatis Domini, et in cambio opidi de Buscoducis aut civitatis de Huesden levantem, quem redditum predictum dictus Arnoldus erga dominum Jacobum van Apelteren, canonicum Trajectensem, filium quondam Henrici van Apelteren, ab eodem quondam Henrico et domicella Henrica van der Leck, filia quondam Ostonis van der Leck, pariter genitum, et Theodericum de Blitterswyck, maritum et tutorem legitimum domicelle Jutte, sue uxoris, filie dictorum Henrici van der Leck et domicelle Henrice, acquiserat, prout in litteris, hereditarie supportavit Goeswino de Brecht, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Back et Heym, datum supra.

R1271, fol. 235r
27 oktober 1502
Jan Back en Jan Heym

Dictus Goeswinus promisit super omnia et habenda dicto Arnoldo Pels tricentos et viginti duos florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 235r-235v
27 oktober 1502
Jan Back en Peter de Borchgreve

Magister Henricus, filius quondam Ghiselberti dicti Ghijsel, vinitoris, ab eodem et quondam Katherina, sua uxore, pariter genitus, hereditarium censum duodecim librarum monete, solvendum hereditarie Jacobi apostoli ex domo, area et orto Petri, filii quondam Petri dicti Peterss. van den Steenwech, pellificis, sitis in Buscoducis, in vico Ecclesie, inter hereditatem Johannis Andrieszoen, pellificis, ex uno et inter hereditatem Johannis van der Aa, carpentatoris, ex alio, quem censum predictum dictus Ghiselbertus dictus Ghisel erga dictum Petrum, filium quondam Petri Peterss. van den Steenwech, pellificem, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Petro, filio dicti quondam Petri, filii quondam Petri Peterss., pellifici, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui ac dictorum quondam Ghiselberti dicti Ghisel, sui patris, ac Katharine, sue matris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Back et Borchgreve, datum XXVII$^{a}$ octobris.

R1271, fol. 235v
29 oktober 1502
Jan Heym en Raas Raassen

Goeswinus, filius quondam Henrici Goebels, sexaginta tres peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon novem libras monete, promissos dicto Goeswino a Theoderico de Spoerdonck ad certum terminum persolvendos, prout in litteris, legitime supportavit Margarete, filie quondam Willelmi dicti Willegemans, relicte quondam Gerardi Rutgerss., pannicide, simul cum dictis litteris et iuribus.
Testes Heym et Raess., datum XXIX$^{a}$ octobris.

R1271, fol. 235v
29 oktober 1502
Jan Heym en Raas Raassen

Dictus Goeswinus hereditarie vendidit dicte Margarete hereditarium censum octo librarum monete, solvendum hereditarie Remigii confessoris ex domo, area et orto ac domo posteriori dicti venditoris, sitis in Buscoducis, in vico Tinctorum, inter hereditatem magistri Christiani dicti van den Loeken ex uno et inter hereditatem heredum quondam Henrici Stoock ex alio, tendentibus a dicto vico ad hereditatem Johannis de Os cum quibusdam aliis ibidem, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis viginti quatuor libris communis paratis necnon quatuor et dimido stuferis diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 235v
29 oktober 1502
Jan Heym en Raas Raassen

Et poterit redimere perpetue cum et mediante septuaginta florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in moneta pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Margareta cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 235v
29 oktober 1502
Jan Heym en Raas Raassen

Hadewigis, relicta quondam Gerardi Keymp, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quodam manso dicto communiter Gerit Keymps hoeve, sito in parochia de Nuenen, atque in quodam alio manso, dicto die Hoeve opt Overscot, sito in parochia de Baekel, ad locum dictum Aen de Leemputten, videlicet in domibus, areis, ortis, terris, partim pascuis, mericis ac lignicrescentibus, ceterisque iuribus et attinentibus eorundem mansorum, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat, legitime supportavit Arnoldo et Willelmo, fratribus, liberis Hadewigis et quondam Gerardi predictorum, ad opus eorum et ad opus Hadewigis, eorum sororis, filie eorundem Hadewigis et quondam Gerardi Keymp, et effestucando resignavit, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 235v
29 oktober 1502
Jan Heym en Raas Raassen

Nota quod ista supportatio usufructus sortietur effectum dumtaxat quoad venditionem census infrascripti et non amplius, de quo dicta Hadewigis coram scabinis eisdem infrascriptis solempniter protestatum est et protestatur.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 236r
29 oktober 1502
Jan Heym en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Arnoldus et Willelmus, fratres, necnon Henricus de Hedel Arntss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, secundodicte Hadewigis, sue uxoris, legitime et hereditarie vendiderunt magistro Johanni van der Stegen, filio quondam Nycolai, hereditarium censum viginti quatuor florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Omnium Sanctorum et pro primo solutionis termino ab Omnium Sanctorum proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omni onere libere tradendum de et ex dictis duobus mansis ac eorundem iuiribus et attinentibus predictis, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi ex dictis duobus mansis atque adhuc decem et novem vasis siliginis, minus uno cumulo,

dicto cop, siliginis ex dicto manso in Bakel situato, prius annuatim e iure solvendum, ut dicebant, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 236r
29 oktober 1502
Jan Heym en Raas Raassen

Et poterunt redimere perpetuis temporibus simul unapariter cum et mediante quadringentis consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium duorum mensium prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 236r
29 oktober 1502
Jan Heym en Raas Raassen

Willelmus predictus promisit super omnia et habenda Hadewigi, sue matri, Arnoldo, suo fratri, et Henrico de Hedel, eius sororio, predictis quod ipse Willelmus supradictus censum exnunc deinceps perpetue dabit et solvet necnon redimet ac acquitabit dareque et solvere ac redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod dictis Hadewigi, Arnoldo et Henrico ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniunt in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 236r-236v
31 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Notum sit universis quod cum Rodolfus, filius quondam Gerardi dicti Gheroy, triginta novem solidos hereditarii census, quos idem Rodolfus se infra parochiam de Empele habere et de quibus antedictus Rodolfus Danielem dictum Nauta de Empele viginti tres solidos hereditarii census anno quolibet hereditarie Nativitis Domini de domo et area eiusdem Danielis, sitis in Empele, prope hereditatem Henrici dicti die Ruver, in qua videlicet domo et area predicta dictus Daniel commorabatur, necnon Trudam, filiam Griete dicte Margriete, sex solidos annui et perpetui census singulis annis hereditarie termino predicto de domo et area prefate Trude in qua ipsa eotunc maerebat in Empele similiter iuxta prescriptam hereditatem Henrici prenominati situata, atque Wellinum dictum Wel de Empele decem solidos annui et hereditarii census annuatim et hereditarie in festo beati Martini hyemalis de quadam pecia terre eiusdem Wellini, generaliter vocata die Ganseweyde, quatuor hont terre continente, etiam infra parochia de Empele iacente supradictarum soluturos esse asserebat, hereditarie vendidisset Johanni dicto de Rode, grumellatori, prout in litteris, cumque vero deinde Reynerus Crekelmans, tamquam maritus et tutor legitimus Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Johannis Pels, tinctoris, supradictos solidos hereditarie supportasset Huberto dicto Hamers ad opus Johannis de Baecx, filii quondam Johannis de Baecx, ut videtur in cedula papirea, sigillo secreto opidi de Sittart impresso, desuper confecta, lacius contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes de Baecx supradictos viginti tres solidos et sex solidos hereditarii census de dictis triginta novem solidos hereditarii census hereditarie supportavit Ottoni Bolcx, filio quondam Johannis Bolcx, simul cum dictis litteris

aliis et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda ratam, servare obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis de Rode ac ex parte dicti Reyneri et Elisabeth, eius uxoris, ac suorum heredum deponere.
Testes Brecht et Millinc, datum ultima octobris.

R1271, fol. 236v
12 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dictus Otto dictos viginti tres et sex solidos hereditarii census hereditarie supportavit domino Johanni van den Wijer, presbitero, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, cum conditione consueta.
Testes Berkel et Borchghreve, datum XII$^{da}$ decembris.

R1271, fol. 236v
31 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Dictus Otto promisit super omnia et habenda dicto Johanni novem peters, XIX stuvers vel valorem monete nunc currente pro quolibet computando, et decem consimiles stuvers, Remigii confessoris proxime fututuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 236v
31 oktober 1502
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu A signato et fuit relatio ex eodem usque ibi constitutus et tunc sit constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes palam recognovit se recepisse a Johanne, filio quondam Adriani dicti Bernts, quinque peters, XVIII stuvers vel valorem monete iam currente pro quolibet computando, et hoc in acquitatione et redemptione dictorum decem solidorum hereditarii census de dictis triginta novem solidis hereditarii census, clamans igitur idem Johannes de Baecx dictum Johannem Adriaens et eius bona ac dictam peciam die Gansweyde vocatam, de dictis decem solidis quitis, promittens quod super omnia et habenda eundem Johannem Adriaens, eius bona ac dictam peciam terre de eisdem decem solidis atque ab ulteriori solutione eorundem atque dampna indempnem servare.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 236v
2 november 1502
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum Petrus Bitter, filius quondam Johannis Bitter, promisisset super omnia et habenda Petro, filio quondam Willelmi Arntss., textori laneorum, undecim libras monete necnon quadraginta duos peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, ad certum terminum persolvendos, promisissetque adhuc idem Petrus Bitter sub obligatione premissa eidem Petro, filio quondam Willelmi Arntss., quinque libras monete predicte ac triginta quinque consimiles peters etiam ad certum

terminum persolvendos, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Petrus, filius quondam Willelmi Arntss., premissa legitime supportavit domino Petro Ghysen, presbitero, simul cum dictis litteris et iuribus.
Testes Brecht et Raso, datum secunda novembris.

R1271, fol. 236v-237r
2 november 1502
Raas Raassen en Lambert Millinck

Henricus, filius quondam Arnoldi Heyn Arntss., promisit ut debitor principalis Willelmo, filio quondam Tyelmanni Reynerss., ad opus Tyelmanni et Henrici, fratrum, suorum liberorum, ab ipso Willelmo et Katarina, eius uxore, pariter genitorum, quod ipse dabit et solvet eisdem Tyelmanno et Henrico, fratribus, ac diucius ex ipsis viventi in humanis, annuam et vitalem pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, anno quolibet ad vitam eorundem Tyelmanni et Henrici, fratrum, ac diucius ex ipsis viventis et non ultra, mediatim Philippi et Jacobi apostolorum et mediatim Omnium Sanctorum et pro primo solutionis termino Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro et in Buscoducis libere tradet ex domo, area, horreo et orto ac hereditate sibi adiacentibus, sextariatam terre vel circiter continente dicti promittentis, sitis in parochia de Oirschot, in pastoria de Vorstenbest, inter hereditatem Thome, filii quondam Geerlaci van den Melcrode, ex uno latere et fine uno, tendente alias ad communitatem de Oirscot, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, ex sex stuferis unius nonenario prius exinde annuatim e iure solvendam, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dicti Willelmus et Katarina, eius uxor, ac diucius ex ipsis vivens in humanis dictarum vitalem pactionem percipient et levabunt seu percipiet et levabit eorum alter dictis Tyelmanno et Henrico ambobus seu altero eorundem in humanis persevaranti, omni condictione postposita.
Testes Raess. et Millinc, datum supra.

R1271, fol. 237r
2 november 1502
Raas Raassen en Lambert Millinck

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quindecim peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptione et arrestadiis, prout dictus Willelmus, nomine dictorum Tyelmanni et Henrici, fratrum, suorum liberorum, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto promittenti repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 237r
4 november 1502
Jan Back en Peter de Borchgreve

Yda et Heilwigis, sorores, liberi quondam Cornelii, filii quondam Johannis dicti Wissche, filii quondam Ghiselberti dicti Wissche, et Henricus, filius quondam Nycolai dicti Vendycx, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie dicti quondam Cornelii, cum tutore, domum, aream et ortum ac hereditates eis adiacentes, dimidiam modiatam terre vel circiter continente, sitos in parochia de Venloen, ad locum dictum Craenven, inter hereditatem Johannis, filii Nycolai dicti Baelyu ex uno et fine uno et inter hereditatem Elye, filii quondam Willelmi dicti Storyman, ex alio, quos domum, aream, ortum

et hereditates predictos dictus Johannes Wissche, filius quondam Ghiselberti dicti Wis, erga Gerardum, filium quondam Johannis dicti Oerlemans, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Theoderico, filio quondam Amelii dicti die Laet, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes cum tutore super omnia et habenda indivisi ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Johannis Wissche ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, exceptis tamen et dictis supportantibus reservatis suis quatuor vasis siliginis hereditarie pactionis, que ex premissis annuatim e iure solvendum haberent iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum. Promiserunt insuper indivisi sub obligatione premissa in casu quo imposterum dictus Theodericus via iuris compelleretur pro censu fundi domino de Venloen plus solvere quam duas blaccas Busciducenses, quod ipsi hoc plus eidem Theoderico deponent ac deponere poterunt et tenebuntur, dandum videlicet eidem pro illo plus reperito tantum quantum dandum est secundum communem cursum consimilis emptionis, vulgariter dicente nae gemeynen coep van gelijcken chijns, ut dicebat.
Testes Back et Borchgreve, datum quarta novembris.

R1271, fol. 237r
4 november 1502
Jan Back en Peter de Borchgreve

Dictus Theodericus promisit super omnia et habenda dicte Yde, Heilwigi et Henrico quadraginta duos florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 237v
5 november 1502
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Hermannus, filius quondam Johannis Hessels, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, area, orto ac pecia terre sibi adiacentibus, pariter novem lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Haren, ad locum dictum Belver, inter hereditatem Willelmi Appels ex unoet inter hereditatem Willelmi Vos Henricxs. ex alio; insuper ex duobus bonariis prati, sitis ibidem in loco, dicto Hoenisse, inter hereditatem Jacobi van den Merendonck ex uno et inter hereditatem Willelmi Appels et hereditatem Johannis de Haren, filii quondam Johannis, filii naturalis quondam Johannis de Haren, ex alio, quam pactionem dictus Hermannus, filius quondam Johannis, erga dictum Johannem, filium quondam Johannis, filii naturalis quondam Johannis de Haren, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Willelmo de Zittart Merceliss., simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum quinta novembris.

R1271, fol. 237v
5 november 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Zebertus, filius quondam Yngrami Janss., promisit super omnia et habenda michi ad opus Rodolphi Claes Broess. centum et quadraginta florenos Reneneses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Pasche proxime futuro persolvendos.

Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 237v
5 november 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Iohannes Moels, filius Iohannis, domum, aream et ortum, sitos in Buscoducis, in loco dicto den Oudenhuls, inter hereditatem magistri Godefridi de Eyck, filii quondam Gerardi, ex uno et inter hereditatem Stephani die Becker ex alio, quos domum, aream et ortum predictos dictus Johannes Moels erga Arnoldum, filium quondam Johannis van den Broeck, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Woltero, filio Anthonii dicti Stoops, simul cum dictis litteris et quibuscumque aliis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Quo facto Symon, filius quondam Johannis Willemss., tamquam maritus et tutor legitimus Johanne, sue uxoris, filie quondam Gerardi Bitter, relicte dicti quondam Johannis van den Broeck, et Johannes Bitter, filius dicti quondam Gerardi Bitter, promiserunt indivisi super omnia et habenda dicto Woltero in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris ex premissis plus fore solvendum quam censu fundi ac novem et dimidia libre communis parati hereditariorum censuum, quod iidem Symon et Johannes Bitter hoc plus quoad summam viginti octo peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando et non amplius, prefato Woltero deponent et portabunt ac deponere et portare tenebuntur absque condictione.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 237v
5 november 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dictus Wolterus promisit super omnia et habenda dictis Symoni et Johanni Bitter sex et dimidiam libras monete atque decem et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro, item adhuc quinque libras eiusdem monete et septem peters consimiles a Nativitatis Baptiste proxime fututuro ultra annum.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 238r
5 november 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dictus Wolterus promisit super omnia et habenda dictis Symoni et Johanni Bitter quatuor libras eiusdem monete et septem consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos, item tres libras dicte monete et septem peters consimiles a Baptiste proxime futuro ultra tres annos, item duas libras eiusdem monete et septem consimiles peters a Baptiste proxime futuro ultra quatuor annos atque unam libram dicte monete et septem consimiles peters a Baptiste proxime futuro ultra quinque annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 238r
7 november 1502
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Nycolaus, filius quondam Arnoldi de Goch, filii quondam Nycolai de Goch, relictus legitimus quondam Petre, sue uxoris, filie Petri, filii quondam Wolteri sHeren, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area et orto olim Arnoldi van den Putte, sitos in Buscoducis, ad vicum dictum Peperstraet, contigue iuxta hereditatem quondam Theoderici de Esch, postea Arnoldi van den Putte, ex uno et inter hereditatem Theoderici van Esch ex uno atque medietatem muri lapidei cum fundo consistente inter iamdictam domum et aream ex uno, et inter reliquam hereditatem quondam Theoderici de Esch ex alio, quos domum, aream et ortum ac medietatem muri predictos dictus Arnoldus de Goch, filius quondam quondam *(sic)* Nycolai de Goch, erga Aelbertum de Berse, filium quondam Theoderici Snellardum Wouterss. et Johannem Willemss., executores testamenti ac ultime voluntatis quondam Aleidis, filie quondam Henrici van der Locht, relicte quondam Johannis Jacopss., Symonem de Gheel et Christianum van den Meeracker, filium quondam Gerardi, tamquam magistros fabrice ecclesie collegiate et parochialis Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, acquisierat, prout in litteris, et qui domus, area, ortus et medietas muri predicti dicto Nycolao, quo ad eius usufructum et suis liberis ab ipso Nycolao et dicta quondam Petra, pariter geniti et procreati, quo ad ius hereditarium mediante quadam divisione hereditaria inter ipsos et Elisabeth, filiam Theoderici, filii dicti Petri Wouter sHerens., dudum habita, unacum certis aliis bonis in partem cesserant, prout in litteris divisionum, legitime supportavit Ghiselberte, filie dictorum Nycolai et quondam Petre, ad opus sui et ad opus Marie, filie impubere eorundem Nycolai et quondam Petre, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum VII[a] novembris.

R1271, fol. 238r-238v
7 november 1502
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Ghiselberta, cum sua tutore, pro se ipsa et dicta Maria impubere, sua sorore, in presentia et de consensu dicti Petri, eius avi, et Theoderici, filii eiusdem Petri, eius avunculi, supradictos domum, aream, ortum ac medietatem muri lapidei cum eius fundo, hereditarie supportavit domino Luce van der Meer, presbitero, filio quondam Luce, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iure occasione, promittens dicta Ghiselberta, cum tutore, et cum ea dictus Nycolaus, eius pater, indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere. Promiserunt insuper iidem Ghiselberta, Nycolaus et cum eis dictus Petrus, avus dicte Ghiselberte, indivisi super omnia et habenda obligationem et impetitionem ex parte dicte Marie, adhuc impubere, deponere atque. Promiserunt adhuc dicta Ghiselberta et dumtaxat cum ea dictus Nycolaus, eorum pater, indivisi sub obligatione premissa obligationem et impetitionem ex parte dicti quondam Arnoldi de Goch ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, exceptis conditione, recognitione et promissione in dictis litteris contentis atque quatuor et quinque libris hereditariorum censuum communis parati, quos census dictus Arnoldus de Goch per prius ex premissis vendiderat aut solvere promiserat, quas conditionem, recognitionem et promissionem necnon census predictos dictus dominus Lucas elapso Nativitatis Domini proxime futuro extunc deinceps adimplebit ac dabit et solvet necnon adimplere ac dare et solvere tenebitur, sic et taliter quod dictis Nycolao, Ghiselberte et Marie, suis filiabus, et ad et supra se ac reliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuris, prout idem dominus Lucas hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Nycolao et Ghiselberte ad opus sui et dicte Marie sue filie, repromisit cum conditione consueta.

Testes Raess. et Berkel, datum VII[a] novembris.

R1271, fol. 238v
8 november 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Daniel dictus van der Heyden, filius quondam Johannis dicti van der Heyden, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Woltere, sue uxoris, filie quondam Johannis dicti van den Loe, terciam partem ad ipsum et dictam suam uxorem, ut dicebat, spectantem in decem lopinis siliginis annue et hereditarie pactionis, solvende annuatim hereditarie Purificationis, quos decem lopinos siliginis predictos Laurencius, filius Johannis Melis Walravenss., promiserat ut debitor principalis se daturos et soluturos Godefrido, filio quondam Arnoldi Vendycx, ad opus sui et ad opus Iudoci, filii eiusdem Godefridi et quondam Katharine, filie quondam Johannis van den Loo, videlicet dicto Godefrido quo ad eius usufructum, et dicto Iudoco quo ad ius hereditarium annuatim hereditarie termino solutionis predicto ex domo et orto ac eius fundo et attinentiis necnon hereditatibus sibi adiacentibus et ad premissa pertinentibus, sitis in parochia de Oisterwijck in loco dicto Udenhout, inter hereditatem dicti Laurencii ex unoque latere; item adhuc ex pecia terre, unam lopinatam et quindecim virgatas vel circiter continente, sitas ibidem, inter hereditatem Johannis Huyben ex uno et cum uno fine et inter hereditatem dicti Laurencii ex alio, item adhuc ex pecia terre, septem lopinatas vel circiter continente, sita ibidem inter hereditatem dicti Laurencii ex uno et inter hereditatem Marie de Beeck et Katarine de Durne ex alio, ut videbatur in litteris de Oisterwijck contineri, hereditarie supportavit Gerardo, filio Huberti de Creyelt, institori, simul cum dictis litteris et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Woltere, sue uxoris, atque ex parte quondam Godefridi et Katharine, sue uxoris, sororis dum vixit dicte Woltere, atque ex parte dicti quondam Judoci ac suorum heredum in dicta tercia parte deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum VIII[a] novembris.

R1271, fol. 238v-239r
9 november 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Godefridus, filius quondam Godefridi dicti Snabben, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Lamberto Millinc ad spacium octo annorum Purificationis ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum viginti unum florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem in alio pagamento pro quolibet computando, novem modios siliginis et octo modios ordei mensure de Helmont Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et siliginem et ordeum predictos supra magnum mansum dictum die Grote Hoeve, situm ad locum dictum op Cleyn Bruheze, parochie de Doernen, traditurum et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante occasione impactionis supradicti mansi, hoc tamen salvo quod dicta impactio ad medium tempus ad voluntatem alterius partium exspirabit et hec omnia iuxta tenorem certarum cedullarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Brecht et Berkel, datum IX[a] novembris.

R1271, fol. 239r
10 november 1502
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Johannes et Petrus, fratres, et Jutta, eorum sorores, liberi quondam Henrici, filii quondam Johannis, filii quondam Danielis, filii quondam Henrici dicti Danielss., atque Bartholomeus, filii quondam Luce Janss. de Meyel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie dicti quondam Henrici, filii quondam Johannis, filii quondam Danielis, cum tutore, hereditariam pactionem quatuor modiorum siliginis mensure de Helmont, quam pactionem Henricus et Gerardus, fratres, pueri naturales Johannis van den Nuwenhuys, promiserant ut debitores principales indivisi se daturos et soluturos secundodicto Johanni, filio quondam Danielis, filii quondam Henrici Danielss., anno quolibet hereditarie Purificationis et in parochia de Doerne tradituros de et ex pecia terre cum horeo in eadem pecia terre consistente, sita in parochia de Doerne, iuxta locum dictum die Wasberch, inter hereditatem Henrici, filii dicti quondam Danielis ex uno et inter hereditatem dictorum Henrici et Gerardi, fratrum, puerorum naturalium, ex alio, pridem ad hereditarium pactum, datum dictis Henrico et Gerardo, fratribus, a secundodicto Johanne, filio quondam Danielis, pro dicta pactione et quibusdam aliis oneribus, prout in litteris, hereditarie supportavit domino Johanni, filio quondam Willelmi dicti van den Heze alias Hogarts, presbitero, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere cum conditione consueta.
Testes Raess. et Borchgreve, datum X$^{a}$ novembris.

R1271, fol. 239r-240r
10 november 1502
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Petrus et Jutta, eius soror, liberi quondam Henrici, filii quondam Johannis, filii quondam Danielis, filii quondam Henrici Danielss., atque Bartholomeus, filius quondam Luce Janss. de Meyel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie dicti quondam Henrici, filii quondam Johannis, filii quondam Danielis, cum tutore, tres quartas partes ad ipsos, ut dicebat, spectantes, een *(sic)* uno maldro siliginis hereditarie pactionis mensure de Helmont, solvendo hereditarie annuatim Purificationis ex pecia hereditatis, sita in parochia de Doeren, ad locum dictum By die Cuylen, prope hereditatem Mabelie Neesen et eius liberorum cum uno et cum uno fine et inter communitatem ibidem ex alio, dudum supportato Johanni, filio Danielis Heynen, a Lamberto de Loen, filio legitimo quondam Lamberti de Loen, ut videtur in litteris de Doerren contineri; item in medietate trium lopinorum siliginis annue et hereditarie pactionis mensure de Helmont annuatim Purificationis persolvende de et ex hereditatibus infrascriptis, in primis ex integra lopinata terre in parochia de Doerren situata, ad locum dictum Op geen Emmelheze, iuxta hereditatem Johannis van den Emmelheze cum uno latere et Mercelii van den Emmelheze cum alio latere; item adhuc ex tercia parte unius lopinate terre ad locum dictum op Emmelheze Opt dWaterlaet, site iuxta hereditatem dicti Mercelii cum uno latere et iuxta communem aqueductum ex alio; item ex tribus et dimidia nonis partibus domus, orti ac hereditatum sibi adiacentium, sitorum Op geen Emmelheze; item adhuc ex tribus et dimidia nonis partibus pecie hereditatis Opten Schonenbosch situate; insuper adhuc ex pecia terre et domo desuper stante, in loco dicto in die Steymers Hoeve situata, quos tres lopinos siliginis predictos Arnoldus, filius naturalis Johannis Hacken, dudum Johanni, filio legitimo quondam Danielis Heynen, vendiderat, ut videtur in aliis litteris de Doerren contineri; item in quodam campo terre arabilis, sito in dicta parochia de Doerren, in loco dicto Vreeckwyck Aen de Cuylen, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Gerardi Raectken et Petri Heilwigen cum pluribus aliis ex alio, tendente ab hereditate Johannis Heylwigen ad hereditatem Johannis Goyarts Snabbens.; item adhuc tres quartas partes ad ipsos spectantibus in pecia terre, sita in parochia et loco iamdicto, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem

ad mansum, dictum die Hoeve op Espe, spectantem ex alio, tendente ab hereditate Jutte, filie quondam Rutgeri Danielss., ad hereditatem Johannis Heilwigen; item in quadam pascua, dicta Reussel, sita in dicta parochia, ad locum dictum Donschot, inter hereditatem Henrici van der Weyen ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Johannis Mauwarts ex alio, tendente a communitate de Doerne ad hereditatem dicti Petri, filii quondam Henrici Jan Danielss.; item adhuc in quodam prato, sito in dicta parochia, in tribunali de Vlierden, inter hereditatem Bruystini van den Heze ex uno et inter hereditatem Margarete, relicte quondam Henrici Berckers, quod pratum annuatim dividitur, quod exponitur rijdt, erga pratum dicti Bruystini ibidem situm; item adhuc in quodam alio prato, sito in parochia et tribunali iamdictis, inter hereditatem eiusdem Bruystini ex uno et inter hereditatem Mercelii dicti van der Beerdonck ex alio, quod pratum eciam dividitur, quod exponitur rydt, erga quoddam aliud pratum eiusdem Bruystini; item adhuc in pecia terre, sita in dicta parochia de Doernen, ad dictum locum Vreeckwijck vocatum, inter hereditatem spectantem ad dictum mansum Op Espe vocatum ex uno et inter hereditatem Servacii dicti Mauwarts ex alio, tendente ab hereditate dictorum Petri et Jutte, liberorum dicti quondam Henrici Jan Danielss., cum uno fine; item adhuc in pecia terre, sita in parochia et loco iamdictis, inter hereditatem Servatii Mauwarts ex uno et inter hereditatem dicti Bartholomei, filii quondam Luce Janss., ex alio, tendente ab hereditate iamdicte Jutte ad communem plateam; item adhuc tres quartas partes ad ipsos, ut dicebant, spectantes in tribus lopinis siliginis mensure de Helmont, quos tres lopinos siliginis predictos Johannes dictus van den Beeck quo ad eius usufructum annuatim solvendum habet ex bonis Reynere, relicte quondam Johannis Mauwarts, et eius liberorum, situm in parochia de Doerren predicta, in dicto loco Vreeckwijck vocato, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Johanni, eorum fratri, filio quondam Henrici, filii quondam Johannis Danielss. predicti, simul cum dictis litteris et quibuscumque aliis litteris mentionem inde facientibus et iure, promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Margarete deponere, talibus annexis conditionibus quod dictus Johannes unum maldrum siliginis mensure de Helmont Elisabeth, filie quondam Willelmi Hagarts van der Heze, unum et dimidium lopinos siliginis ac novem denarios, stuvers communiter vocatos, fabrice ecclesie de Doerren, duos et dimidium lopinos siliginis Danieli Smeets atque census fundi ex predictis hereditatibus dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur, sic et taliter quod dictis Petro, Jutte et Bartholomeo dampna exinde non eveniant in futuris, aut si ex premissis hereditatibus imposterum inventum fuerit via iuris plus fore solvendum quam iam dictum est vel si premissa eidem Johanni in toto vel in parte iuridice evincerentur aut si contrapignora dictarum pactionum iuridice inventa fuerint insufficientia et non satis secura, quod dicti Johannes, Petrus, Jutta et Bartholomeus hoc plus huiusmodi dampna et insufficientia equaliter portabunt et solvent, videlicet eorum quis pro una quarta parte, prout dicti Johannes et Petrus, fratres, et Jutta, eorum soror, et Bartholomeus, eorum sororius, hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt.
Testes Raess. et Borchgreve, datum X$^{a}$ novembris.

R1271, fol. 240r-240v
10 november 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicti Johannes et Jutta, eius soror, et Bartholomeus, eorum sororius, unacum tutore, tres quartas partes ad ipsos, ut dicebant, spectantes in decem lopinis siliginis hereditarie pactionis de quatuordecim lopinis siliginis hereditarie pactionis mensure de Helmont, quos quatuordecim lopinos siliginis Gerardus, filius legitimus quondam Reyneri dicti Haengreefs de Busco, promiserat ut debitor principalis super se et bona sua omnia Rutgero, filio

quondam magistri Arnoldi de Doerne, anno quolibet hereditarie Purificationis ex hereditatibus Geertrudi, uxori dicti Gerardi ad tempus de morte suorum parentum videlicet patris et matris, sita in parochia de Doernen et Asten, ad locum dictum Leensel; item adhuc in tribus lopinis siliginis mensure de Helmont, quos Johannes dictus van der Beeck quo ad eius usufructum annuatim solvendum habet ex bonis Reynere, relicte quondam Johannis Mauwarts, et eius liberorum, sita in parochia de Doerren predicta, in loco dicto Vreeckwijck, iuxta continentiam diversarum litterarum scabinalium de Doernen desuper confectarum; item adhuc tres quartas partes ad ipsos spectantes in quodam horreo et eius fundo ac hereditatibus sibi adiacentibus in parochia et loco iamdictis, situatis inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Jutte predicte ex alio, tendente ab hereditate primodicti Johannis ad communem plateam; item in medietate pecie terre, site ibidem, inter hereditatem Danielis Smeets ex uno et inter quandam strepam ibidem ex alio, tendente ab hereditate primodicti Johannis ad communem plateam; item in medietate agri terre, dicti die Bogartsacker, siti ibidem inter hereditatem Petri Loyen ex uno et inter hereditatem Henrici Godeloofs ex alio, tendente ab hereditate Henrici van der Weyen ad communem plateam; item in medietate pecie terre, dicte den Kercacker, site ibidem, inter hereditatem spectantem ad mansum, dictum die Hoeve op Espe, ex uno et inter communem viam ex alio, tendente ab hereditate Jutte, filie quondam Rutgeri Daniels, ad hereditatem Johannis dicti Heilwigen; item in medietate cuiusdam hereditatis dicte Groesvelts, site ibidem, inter hereditatem Johannis Bruystens ex uno et inter communitatem alias undique adiacente; item in quadam hereditate dicta Eeussel, sita in parochia de Doernen, ad locum dictum Donschot, inter hereditatem primodicti Johannis ex uno et inter hereditatem Johannis Moelendycx ex alio, tendente ab hereditate Henrici van den Weyen ad hereditatem Johannis, filii quondam Rutgeri Danelss.; item in quodam prato, sito in dicta parochia, in loco dicto Int Arenbroeck, inter hereditatem dicti Danielis Smeets ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Hermanni van den Bogart ex alio, tendente ab hereditate Engberti Danielss. ad communitatem, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Petro, eorum fratri, filio dicti quondam Henrici, filii quondam Johannis Danielss., simul cum dictis litteris et quibuscumque aliis litteris mentionem inde facientibus atque iure, promittentes cum tutore,super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Margarete deponere, talibus annexis condicionibus quod dictus Petrus duos lopinos minus dimidio cumulo dicto min enen halven cop siliginis et novem denarios, stuvers communiter vocatos, fabrice ecclesie de Doerne, unum maldrum siliginis mensure de Helmont Elisabeth, filie quondam Willelmi van den Heze alias dicti Hogarts, item duos lopinos siliginis Michaeli die Bruyn, duos lopinos et dimidium cumulum, dictum cop, siliginis quatuor ordinibus mendicantium, item unum et dimidium lopinos siliginis cuidam altari in Helmont atque census fundi ex premissis hereditatibus dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur, sic et taliter quod dictis Johanni, Jutte et Bartholomeo ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuris, prout dictus Petrus hoc recognovit et super omnia et habenda dictis Johanni, suo fratri, Jutte, eius sorori, et Bartholomeo, eius sororio, repromisit. Etiam condicionatum est in casu quo ex premissis hereditatibus imposterum via iuris inventum fuerit plus fore solvendum quam dictum est vel si promissa eidem Petro in toto vel in parte iuridice evincerentur, aut si contrapignora dictarum pactionum imposterum iuridice insufficientia inventa fuerint et non satis secura, quod dicti Johannes et Petrus, fratres, Jutta, eorum soror, et Bartholomeus, eorum sororius, hoc plus huiusmodi dampna et insufficientiam equaliter portabunt et solvent ac portare et solvere tenebuntur, videlicet quivis eorum pro una quarta parte, prout dicti Johannes, Petrus, Jutta et Bartholomeus hoe palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt.

Testes Berkel et Borchgreve, datum X$^{a}$ novembris.

R1271, fol. 240v-241r
10 november 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicti Johannes et Petrus, fratres, et Bartholomeus, tamquam maritus ut supra tres quartas partes ad ipsos, ut dicebant, spectantes, in decem lopinis siliginis mensure de Helmont annuatim et hereditarie solvendis Purificationis ex domibus, ortis ac hereditatibus sibi adiacentibus, sitis ad locum dictum Aent Vloyeynde, parochie de Doerne, inter hereditatem Petri van Merevoirt ex uno et cum uno fine et inter hereditatem Johannis Heynen et Aelberti Weylarts ex alio, quos decem lopinos siliginis predictos Johannes, filius quondam Johanni Oedensoenss., dudum Johanni Danelss. hereditarie vendiderat et supportaverat, ut videtur litteris de Doerne contineri, item in domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, sitis in Doerne, ad locum dictum Vreeckwyck, inter hereditatem dicti Petri ex uno et inter hereditatem Bartholomei predicti ex alio, tendente ab hereditate predicti Johannis ad communem plateam; item in medietate pecie terre, dicte den Eventhuyn, site ibidem inter hereditatem Danielis Smeets ex uno et inter quandam strepam ibidem ex alio, tendente ab hereditate primodicti Johannis ad communem plateam; item in medietate agri, dicti den Bogartsacker, siti ibidem inter hereditatem Petri Loyen ex uno et inter hereditatem Henrici Godeloofs ex alio, tendente ab hereditate Henrici van der Weyen ad communem plateam; item in pecia terre, sita in parochia predicta, in loco dicto In den Rull, inter hereditatem dicti Bartholomei ex uno et inter hereditatem Johannis Goyart Snabbens. cum quibusdam aliis ex alio, tendente cum fine utroque ad hereditatem primodicti Johannis; item in medietate cuiusdam campi terrre pascualis, siti in parochia et loco iamdicto, inter hereditatem Johannis Bruystens ex uno et inter communitatem alias undique adiacentem; item in quadam pascua, dicta eeussel, sita in dicta parrochia, ad locum dictum die Donschot, inter hereditatem Anthonii Maess. ex uno et inter hereditatem Johannis Janss. van der Beeckt ex alio, tendente ab hereditate Johannis Rutt Danelss. ad communitatem,;item in quodam prato, sito in dicta parochia, in loco dicto In de Blaect, inter hereditatem Mercelii dicti Coecx ex uno et inter hereditatem Henrici Godeloofs ex alio, tendente ab hereditate Willelmi dicti Heilwigen ad communitatem, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Jutte, eorum sorori, filie dicti quondam Henrici, filii quondam Johannis Danelss., simul cum dictis litteris et quibuscumque aliis litteris, mentionem inde facientibus, et iure, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Margarete deponere, talibus annexis conditionibus quod dicta Jutta hereditariam pactionem novem lopinorum siliginis, quam ipsa dudum vendiderat Laurencio de Hulsberch, item duos lopinos minus dimidio cumulo, dicto cop, siliginis et novem stuvers fabrice ecclesie in Doerne, item unum maldrum siliginis mensure de Helmont Elisabeth, filie quondam Willelmi Hogarts alias dicti van den Heze, item duos lopinos siliginis Michaeli die Bruyn, item duos lopinos et dimidium cumulum, dictum cop, siliginis quatuor ordinibus mendicantium, unum et dimidium lopinos siliginis cuidam altari in Helmont atque census fundi ex premissis hereditatibus dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur, sic et taliter quod dictis Johanni et Petro, fratribus, et Bartholomeo, eorum sororio, ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro, prout dicta Jutta, cum tutore, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Johanni et Petro, suis fratribus, et Bartholomeo, eius sororio, repromisit,; insuper conditionatum est, in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris ex premissis hereditatibus plus fore solvendum quam supradictum est, aut si premissa dicte Jutte in toto vel in parte iuridice evincerentur aut si contrapignora dicte pactionis imposterum iuridice insufficientia inventa fuerint et non satis secura, quod dicti Johannes et Petrus, fratres, Jutta, eorum soror, et Bartholomeus, eorum sororius, hoc plus huiusmodi dampna et insufficienciam equaliter portabunt et solvent ac portare et solvere tenebuntur, videlicet

quivis eorum pro una quarta parte, prout iidem Iohannes, Petrus, Jutta et Bartholomeus, cum tutore, hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt. Testes, datum supra.

R1271, fol. 241r-v
10 november 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicti Johannes et Petrus, fratres, et Jutta, eorum soror, cum tutore, tres quartas partes ad ipsos, ut dicebant, spectantes in uno maldro siliginis hereditarie pactionis mensure de Helmont, solvende annuatim et hereditarie Purificatione ex pecia terre cum domibus desuper stantibus, sita in parochia de Doernen, ad locum dictum Liessel, inter hereditatem Heilwigis Tyelens cum uno latere et iuxta hereditatem Thome, sororii Willelmi Lobbens, cum alio, item ex dimidia lopinata terre, sita ibidem, iuxta hereditatem Theoderici Willem sKoninxs., quod maldrum siliginis predictum Petrus, filius quondam Johannis Snyders tot Liessel, dudum Henrico, filio quondam Johannis Danels zoen, hereditarie vendiderat et supportaverat, ut videtur in litteris de Doernen contineri, item in medietate trium lopinorum siliginis hereditarie pactionis mensure de Helmont, annuatim Purificationis persolvende ex hereditatibus infrascriptis, in primis ex integra lopinata terre in parochia de Doerren, situata ad locum, dictum Op geen Emmelheze, iuxta hereditatem Johannis van den Emmelheze cum uno et Marcelii van den Emmelheze cum alio, item ex tercia parte unius lopinate terre ad dictum locum, Op Emmelheze vocatum, opt waterlaet ibidem site, iuxta hereditatem dicti Marcelii cum uno et iuxta communem aqueductum cum alio, item ex tribus et dimidia nonis partibus domus, orti ac hereditatum sibi adiacentium, sitorum Op geen Emmelheze, item ex tribus et dimidia nonis partibus pecie hereditatis, Opten Schonenbosch situate, item adhuc ex pecia terre et domo desuper stante in loco dicto in de Steymers situata, quos tres lopinos siliginis predictos Arnoldus, filius naturalis Johannis Hacken, dudum Johanni, filio quondam Danielis Heynen, vendiderat ut videtur in aliis litteris de Doerne contineri, item adhuc tres quartas partes ad ipsos spectantes in medietate cuiusdam horrei absque eius fundo, siti in parochia de Doerren, in loco dicto Vreeckwijck, inter hereditatem supradicti Petri ad quem reliqua medietas eiusdem horrei cum eius fundo spectat, item in pecia terre, sita in dicta parochia de Doernen, dicta communiter Rul, inter hereditatem Gerardi Racken ex uno et inter hereditatem primodicti Johannis et Jutte, eius sororis, ex alio, tendente ab hereditate eiusdem Johannis ad communem plateam, item in una et dimidia lopinate terre vel circiter, sita ibidem, iuxta communem plateam, in quadam pecia terre ad dictam Juttam spectante inter eandem plateam ex uno et cum uno fine ad hereditatem Petri Heilwigen atque alias ad hereditatem eiusdem Jutte, item in medietate pecie terre, dicte die Kercacker, site in dicta parochia, inter hereditatem ad mansum, dictum die Hoeve op Espe, spectantem ex uno et inter communem plateam ex alio, tendente ab hereditate Johannis Heilwigen ad hereditatem Jutte, filie quondam Rutgeri Danelss., item in quadam pascua, dicta dat beeckeeussel, sita ibidem, inter communem aqueductum ex uno et inter hereditatem Danielis Smeets ex alio, tendente ab hereditate Johannis Goyartss. ad communitatem, item in quodam prato, sito ibidem, in loco dicto die Boesen, inter hereditatem heredum quondam Theoderici Overlants cum quibusdam aliis ex uno et inter communem viam ex alio et fine uno, tendente cum alio fine ad hereditatem heredum Margarete Vrancken, quod pratum annuatim dividitur, quod exponetur rydt, erga quoddam aliud pratum ad Johannem, filium Godefridi Snabben, spectans, item adhuc in quodam pratulo, sito in dicta parochia, in loco dicto in de Voscuylen, inter hereditatem Laurencii van Hulsberch ex uno et inter hereditatem Petri Heilwigen ex alio, tendente cum uno fine ad communitatem, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Bartholomeo, filio quondam Luce Janss., tamquam marito et tutori legitimo Margarete, sue

uxoris, filie dicti quondam Henrici, filii quondam Johannis Danels, simul cum dictis litteris et quibuscumque aliis litteris, mentionem inde facientibus, et iure, promittentes super omnia et habenda, cum tutore, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere, talibus annexis conditionibus quod idem Bartholomeus unum maldrum siliginis quod ipse ex premissis vendiderat Johanni Goyart Snabbens., item unum maldrum siliginis quod ipse vendiderat Nycolao Janss. van Nuwelant, item hereditarium censum duorum et dimidii florenorum, quem ipse vendiderat Laurencio de Hulsberch, atque unum maldrum siliginis Elisabeth, filie quondam Willelmi van den Heze alias Hogarts, necnon census fundi de ex premissis hereditatibus dabit et solvet necnon dare et solvere tenebitur, sic et taliter quod dictis Johanni et Petro, fratribus, ac Jutte, eorum sorori, ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro, prout idem Bartholomeus hoc palam recognovit et super omnia et habenda eisdem Johanni et Petro ac Jutte repromisit; insuper conditionatum est in casu quo imposterum inventum fuerit ex premissis hereditatibus plus fore solvendum quam iam dictum est, aut si premissa in toto vel in parte dicto Bartholomei iuridice evincerentur, aut si contrapignora dictarum pactionum imposterum iuridice insufficientia inventa fuerunt et non satis secura, quod dicti Johannes et Petrus, fratres, Jutta, eorum soror, et Bartholomeus, eorum sororius, hoc plus huiusmodi dampna et insufficientiam equaliter portabunt et solvent ac portare et solvere tenebuntur, videlicet eorum quivis pro una quarta parte, prout iidem Johannes, Petrus, Jutta et Bartholomeus hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt.
Testes Berkel et Borchgreve, datum X$^{a}$ novembris.

R1271, fol. 241v-242r
10 november 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dictus Johannes, filius quondam Henrici, filii quondam Johannis Danelss., promisit super omnia et habenda domino Johanni Hogarts alias van den Heze, presbitero, viginti quinque peters, XVIII stuvers vel valorem in moneta iam currenti pro quolibet computando, ac decem lopinos siliginis mensure de Helmont Purificationis proxime futuro persolvendos et dictam siliginem in Doerne tradendam.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 242r
10 november 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Supradicta Jutta, filia quondam Henrici, filii quondam Johannis Danels, promisit super omnia et habenda dicto domino Johanni quatuordecim consimiles peters et unum maldrum siliginis dicte mensure Purificationis proxime futuro persolvendos et dictam siliginem in Doerne tradendam.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 242r
12 november 1592
Jan Heym en Lambert Millinc

Nos Heym et Millinc, scabini in Buscoducis, notum facimus universis quod coram nobis hodierna die constitutus Henricus, filius quondam Johannis Dircxs., incola de Nuenen, qui in suis causis, motis seu adhuc monendis contra et adversus Henricum Dicbier, scultetum

superiorem dicti opidi de Buscoducis, coram egregiis et spectabilibus viris et dominis domino cancellario ac ceteris dominis de nobili consilio Brabantie, occasione reformationis quarundam sententiarum per scabinos seu legislatores eiusdem opidi, pro dicto Henrico, filio quondam Johannis Dircxs., et ad eius profectum et contra dictum scultetum superiorem dudum pronunciatarum, necnon occasione quarumcumque aliarum causarum de et ex premissis emergendarum honestos et discretos viros Yewanum de Dommelen, castellanum in Herlair, et Petrum van den Berge, ibidem presentes, necnon Nycolaum de Heyst et Petrum de Voerendael, procuratores in curia Brabantie, licet absentes attamen tamquam presentes in suos veros et legitimos procuratores et factores elegit, constituit et ordinavit ad ius causam seu causas dicti constituentis coram dictis dominis cancellario et aliis de consilio Brabantie, defendendum, prosequendum et pro eo agendum atque in eisdem omnibus et singulis et eorundem occasione dicendum et procurandum totum id et quidquid in hiis neccessarium fuerit aut quodlibet oportunum, queque vero idemmet constituens dicere et procurare posset et valeret, si enim et inquantum ipse premissis presens et personaliter interesset, simul eciam cum potestate substituendi unum vel plures procuratorem seu procuratores qui in premissis consimilem habebit ac habebunt potestatem, promittens dictus constituens sub obligatione omnium suorum bonorum habitorum et habendorum se ratum, gratum atque firmum perpetuo habiturum totum id et quidquam per dictos suos procuratores constitutos vel ab eis substituendos et eorum quemlibet insolidum actum et factum fuerit seu quodlibet procuratum, quos etiam per presentes ab omni onere satis dandi relevat.
In eius rei testimonium nos, scabini predicti, has presentes litteras appensione sigillorum nostrorum propriorum communiri fecimus pariter et roborari.
Datum XII[a] novembris.

R1271, fol. 242r-242v
14 november 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Gerardus dictus de Mechelen potens ad infrascripta, ut apparebat, vigore certarum litterarum procuratorialium sibi a priorissa, suppriorissa, procuratrice ac communibus monialibus reclusis conventus, dicti des Goidshuys van Faucons Beate Marie in valle de Valkenbroeck, siti in opido Antwerpiensi, sub sigillo ad causas eiusdem opidi concessarum, de data vero decime quarte diei mensis iulii anni Domini millesimi quingentesimi secundi, hereditariam pactionem quatuor modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis ex duobus molendinis aquatilibus Johannis de Erpe, sitis in parochia de Rode, et ex domo, area et orto, ad dicta molendina spectante, et ex molendino venti ad dictum Johannem spectante, sito in dicta parochia, ad locum dictum Koeveringe, et ex iure molendi et aliis attinentiis eorundem molendinorum singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis aut solvendis, quam pactionem predictam magister Arnoldus de Weilhusen ad opus conventus monialium reclusarum Beate Marie in valle de Valkenbroeck, siti in opido Antwerpiensi, erga Elisabeth, relictam quondam Petri, filii quondam Udemanni de Bruheze, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Theoderici de Herssel, simul cum dictis litteris et aliis et iure, promittens sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, ab eodem ad prius habitorum ac imposterum ab eo habendorum et acquirendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti conventus et quarumcumque monialium eiusdem conventus presentium et futurarum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XIIII[ta] novembris.

R1271, fol. 242v-243r

14 november 1502
Lambert Millinck en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum Arnoldus, filius quondam Andree Berntss., duas cameras sub uno tecto sibi mutuo contigue coadiacentes cum earum fundis, sitas in Buscoducis retro seu circiter finem cuiusdam viculi dicti Dries Bernts Straetken, protensi ibidem a vico dicto die Corte Colperstraet usque ad quandam vacuam hereditatem seu plaetsam dicti Arnoldi, consistentem ante dictas cameras, et reliquas duas cameras eiusdem Arnoldi ibidem primodictis cameris contigue coadiacentes inter hereditatem Johannis de Weert, carpentarii, et Judoci Reynerss., sator *(sic)*, ex uno et inter dictas reliquas duas cameras dicti Arnoldi ac hereditatem Katharine, filie quondam Wolteri sByen, ex alio, simul cum medietate muri intersticialis consistentis inter predictas duas cameras et dictas reliquas duas cameras dicti Arnoldi atque cum iure utendi quadam cloaca seu latrina consistente ibidem ad finem primodictarum duarum camerarum versus vicum, dictum die Ridderstraet, ante contigue ad et iuxta dictas reliquas duas cameras dicti Arnoldi, simul etiam cum iure utendi dicta plaetsa seu vacua hereditate atque viculo predicto et omnibus hiis omnino, similiter dicto Arnoldo, eisdem reliquis suis duabus cameris et possessoribus seu proprietariis pro tempore earundem hereditarie vendidisset Theoderico Geritssoen, pistori, et Willelmo, filio quondam Willelmi de Gerwen, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Theodericus Geritss., pistor, totam partem et omne ius ad ipsos spectantes in una camera ac eius fundo de primodictis duabus cameris, in illa scilicet camera ac eius fundo que sita est contigue et proxime iuxta dictam hereditatem dictorum Johannis de Weert, carpentarii, et Judoci Reynerss., sartoris, atque in medietate cuiusdam muri intersticialis, situati inter iamdictam cameram et reliquam cameram de primodictis duabus cameris ad dictum Theodericum Geritss. spectantem, necnon in ceteris iuribus eiusdem camere iuxta dictarum litterarum continentiam, dividendam scilicet dictam cameram per iam dictum murum intersticialem, a terra sursum usque ad summum et a summo deorsum, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Willelmo de Gerwen, filio quondam Willelmi de Gerwen, simul cum dictis litteris et iure occasione dicte camere et eiusdem iurium, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis tamen onere census ex premissis e iure solvendo, videlicet medietate census novem florenorum Renensium atque recognitionibus et promissionibus in supradictis litteris scabinorum de Buscoducis contentis, quas medietatem novem florenorum necnon recognitiones et promissiones pretactas dictus Willelmus ex nunc deinceps dabit et solvet, acquitabit necnon adimplebit dareque et solvere, acquitare ac adimplere tenebitur sic et taliter quod dicto Theoderico ad et supra se et dictam suam cameram ac reliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuro, prout dictus Willelmus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Theoderico repromisit. Testes Millinc et Berkel, datum XIIII[ta] novembris.

R1271, fol. 243r
14 november 1502
Lambert Millinck en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra in contractu inmediate precedente et fiat relato ex eodem usque ibi constitutus et tunc sic constitutus igitur coram scabinis infrascriptis, dictus Willelmus de Gerwen, filius quondam Willelmi de Gerwen, totam partem et omne ius ad ipsum spectantes in una camera ac eius fundo de primodictis duabus cameris, in illa scilicet camera ac eius fundo que sita est contigue et proxime iuxta dictas reliquas duas cameras dicti Arnoldi ac iuxta hereditatem Katherine, filie quondam Wolteri sByen, atque in medietate dicti muri intersticialis necnon in medietate cuiusdam alterius muri intersticialis,

situati inter iamdictam cameram, et reliquam cameram ad dictum Willelmum de Gerwen spectantem atque in ceteris iuribus eiusdem iamdicte camere iuxta continentiam dictarum litterarum, dividendam scilicet dictam cameram per ultimodictum murum intersticialem a terra sursum usque ad summum, et a summo deorsum, ut dicebat, hereditarie supportavit Theoderico Geritssoen, pistori, simul cum dictis litteris et iure occasione camere et iurium eiusdem, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis tamen onere census ex premissis e iure solvendo, videlicet medietate census novem florenorum Renensium atque recognitionibus et promissionibus in dictis litteris contentis, quas medietatem census novem florenorum necnon recognitiones et promissiones pretactas dictus Theodericus exnunc deinceps dabit, solvet et acquitabit necnon adimplebit dareque et solvere et acquitare necnon adimplere tenebitur sic et taliter quod dicto Willelmo ad et supra se et dictam suam cameram ac reliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuro, prout dictus Theodericus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Willelmi repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 243r-243v
14 november 1502
Lambert Millinck en Gerit van Berkel

Willelmus dictus de Gerwen, filius quondam Willelmi de Gerwen, sartor, hereditarie vendidit Johanni dicto Crabbe, filio quondam Henrici, et Johanni dicto Keympe Henricxs., tamquam executoribus testamenti ac ultime voluntatis quondam domini Goeswini Keymp, presbiteri, ad opus Bernardi Danielis et Goeswini, fratrum, liberorum naturalium dicti quondam domini Goeswini Keymp, hereditarium censum trium et dimidii florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dandum videlicet in annali solutione dicti census aureos florenos Renensis iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, pro XX$^{ti}$ octo stuferos, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios quoscumque nae advenande, solvendum hereditarie Katharine virginis et martiris, et pro primo solutionis termino a Katharine viginis et martiris proxime futuro ultra annum de et ex domo, area ac vacua hereditate dicti venditoris, sitis in Buscoducis in vico dicto die Colperstraet, inter hereditatem Judoci Reynerss., sartoris, ex uno et inter hereditatem Ghiselberti Henricxs. de Brakel ex alio, tendente a dicto vico retrorsum ad quandam cameram eiusdem venditoris necnon ad hereditatem Arnoldi Heys, item adhuc ex eadem camera, sita ibidem inter hereditatem Johannis de Weert, carpentarii, et Judoci Reynerss. ex uno et inter quandam aliam cameram spectantem ad Theodericum Geritssoen, pistorem, ut dicebat, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ac hereditario censu duarum librarum ex dictis domo, area et vacua hereditate, necnon medietate hereditarii census novem florenorum Renensium ex dicta camera prius annuatim e iure solvendi, ut dicebat, et satisfacere,
Testes Millinc et Berkel, datum XVI$^{ta}$ novembris.

R1271, fol. 243v
16 november 1502
Lambert Millinck en Gerit van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum et mediante sexaginta tribus consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti executores nomine dictorum liberorum naturalium hoc palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum

ad eorum executionem spectante dicto venditori repromiserunt, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptione semper per spacium quarte partis unius anni prefatis executoribus legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 243v
16 november 1502
Lambert Millinck en Gerit van Berkel

Theodericus, filius quondam Gerardi, filii quondam Rodolphi dicti Roefs Steenbecker, pistor, hereditarie vendidit dictis Johanni Crabbe et Johanni Keymp, tamquam executoribus ut supra, ad opus dictorum Bernardi Danielis et Goeswini, liberorum naturalium, hereditarium censum trium et dimidii consimilium florenorum Renensium, solvendum hereditarie Katharine virginis et martiris et pro primo solutionis termino a Katharine viginis et martiris de et ex medietate ad dictum venditorem spectante in domo, area, sita in Buscoducis in vico Tinctorum ad istum finem, inter hereditatem Arnoldi Heys ex uno et inter hereditatem Lamberti dicti die Wolf ex alio, tendente a dicto vico ad quandam cameram ibidem dicti venditoris et ad hereditatem Katharine, filie quondam Wolteri sByen, item adhuc ex eadem camera et eius fundo, sita inter quandam cameram Arnoldi Bernts ex uno et inter quandam aliam cameram Willelmi de Gerwen ex alio, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis decem liberis hereditarii census monete ex dicta medietate domus et aree predicte, atque medietate hereditarii census novem florenorum Renensium ex primodicta camera, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 243v
16 november 1502
Lambert Millinck en Gerit van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum et mediante sexiginta tribus consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti executores nomine dictorum liberorum naturalium hoc palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum ad eorum executionem spectantium dicto venditori repromiserunt, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium quarte partis unius anni prefatis executoribus semper legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 243v-245r
16 november 1502
Raas Raassen en Lambert Millinck

Notum sit universis quod cum Nycolaus dictus van Megen, pistor, domum, aream ac totam hereditatem quondam Johannis dicti Stempel, sitam in Buscoducis, prope pontem dictum Aufoirtsbrugge, inter hereditatem Mechtildis, relicte quondam Bartholdi dicti Stempel, ex utroque latere, tendente cum fine anteriori ad plateam ibidem tendentem et cum posteriori fine ad aquam ibidem fluentem, erga Rodolphum dictum Delft, filium quondam Johannis Stempels, et Jacobum, filium Jacobi, filii quondam Jacobi, filii Ane *(sic, lees* Anne*)*, acquisierat, et deinde dictus Nycolaus dictos domum, aream et totam hereditatem hereditarie supportasset domino Johanni, canonico regularis, preposito monasterii in Berna, ordinis

Premonstratensis, ad opus domini abbatis et monasterii predicti, cumque Arnoldus de Andel domistadium quoddam, quod fuerat quondam Bartholdi dicti Stempel, situm in Buscoducis, in viculo tendente a vico dicto Colperstraet ante domum inhabitationis quondam Jacobi dicti Coptijt, inter aquam ibidem fluentem ex uno et inter hereditatem, spectantem ad dictum monsterium de Berna ex alio, erga Johannem et Thomam, fratres, filios quondam Johannis dicti Cortrock de Bucstel, et Johannem dictum Micke ac Johannem dictum Cortrock, filium quondam Willelmi dicti Cortrock, acquisivisset, atque dictus Arnoldus hereditarium censum trium librarum et decem solidorum monete, solvendum hereditarie mediatim Nativitatis Domini et mediatim Nativitatis Baptiste ex domistadio predicto erga Johannem, Mechteldem et Engelbertinam, liberos quondam Bartoldi dicti Stempel, atque Ghijsbertum dictum Lobbeken acquisivisset, cumque vero depost dictus Arnoldus de Andel domistadium et censum predictos hereditarie supportasset domino Johanni de Wouderichem, canonico monasterii Bernensis predicti, ad opus eiusdem monsterii, que quidem domus, area, hereditas et domistadium predicte sunt una hereditas ad dictum monasterium spectans et sita ibidem inter communem aquam ibidem fluentem ex uno et inter hereditatem Gerardi Scilder, quadam via interiacente, ex alio, tendens a communi vico ad alium quendam viculum, tendentem a vico dicto Zijle ad aquam predictam, atque deinde dominus Godescalcus van Veen, abbas monasterii Bernensis, in presentia domini Johannis dicti die Vrieze, prepositi monasterii predicti, ac domini Ricoldi, investiti de Heeswijck, concanonici eiusdem monasterii, mediam terciam partem tocius integre hereditatis predicte, que media tercia pars sita est ibidem inter communem aquam ibidem iuxta pontem predictum ex uno et inter hereditatem quondam Willelmi Scilder, quadam via tamen pro eius parte interiacente, ex alio, tendente ab anteriori tercia parte tocius hereditatis predicte ad posteriorem terciam partem tocius integre hereditatis, que postrema tercia pars sita est iuxta viculum tendentem a vico dicto Zijle versus dictam aquam, et que media tercia pars in latere versus hereditatem quondam Willelmi Scilder septuaginta septem pedatas vel circiter in longitudine, et in latere versus dictam aquam septuaginta quatuor et dimidiam pedatas in longitudine vel circiter continet, simul cum edificiis supra dictam mediam terciam partem consistentibus, necnon cum iure viandi a dicta media tercia parte, per quandam viam ibidem supportatam et ordinatam de primodicta tercia parte tocius hereditatis predicte, novem predatas infra murum iuxta hereditatem quondam Willelmi Scilder, situm versus dictam aquam mensurandam continentem usque ad vicum primodictum, et que via undique a dicto vico per longitudine primodicte tercie partis, in altitudine undecim pedatas continere tenebitur, iuxta conditiones et ordinationes desuper inter dictum abbatem, predictum Henricum de Geffen et Hermannum dictum Sticker, filium Theoderici Sticker, confectas, simulque cum parte muri lapidei in iamdicta media tercia parte, iuxta hereditatem quondam Willelmi Scilder consistente, insuper terciam partem hereditarii census trium librarum et decem solidorum dicte monete dedisset ad hereditarium censum Willelmo de Loen, pistori, filio quondam Johannis dicti de Loen, ab eodem Willelmo hereditario iure habendi et possidendi pro tercia parte census domini ducis necnon pro tercia parte hereditarii census sex solidorum Mense Sancti Spiritus ex dicta integra hereditate e iure prius solvendi, atque pro hereditario censu octo librarum dicte monete, dando et solvendo a dicto Willelmo de Loen, anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste ex premissis eidem Willelmo ad censum, ut prefertur, datum, prout in litteris diversis, et cum Henricus dictus de Geffen totam partem et omne ius ad ipsum spectantem in quadam via, novem pedatas undique in latitudine continente, sitas in Buscoducis in hereditate que fuerat quondam monasterii de Berna, que hereditas sita est ibidem inter communem aquam ibidem fluentem ex uno et inter hereditatem olim Gerardi Scilder, de post Godefridi dicti de Myddegael et Ludekini dicti Buck ex alio, que via tendit a dicto vico communi usque ad hereditatem Willelmi dicti de Loen, pistoris, sumptam de hereditate primodicta, insuper totam partem et omne ius ad ipsum spectantem in muro laterali eiusdem vie, qui murus proxime situs est in

latere iuxta hereditatem quondam Gerardi Scilder predicti, hereditarie vendidisset Willelmo de Loen, pistori, predicto, sub conditione tali quod dictus Willelmus tenetur expensis et custibus suis propriis situare unum murum lapideum ad longitudinem dicte vie, mediatim supra viam predictam aut hereditatem eiusdem Willelmi et mediatim supra hereditatem dicti Henrici proxime sitam dicte vie, et ad altitudinem octo coctorum lapidum, dictorum gebacken steen, supra terram, et decenter subtus terram fundare eundem murum, et ad spissitudinem unius cocti lapidis supra terra, quo muro sic situato, et ad spissitudinem, longitudinem et altitudinem erecto, idem Henricus et succesores poterunt perpetuis temporibus uti muro predicto ab uno fine usque ad alium finem sua edificia in eodem muro, in eodem muro firmando per anchoras aut alias, prout sibi expediens videtur expedire eidem, dicta edificia iniungendo seu situando poterit, etiam dictus Henricus dictum murum sic situandum si velit suis perpetuis expensis absque custibus dicti Willelmi, altare et in sic altato muro quantum sibi placeret sua edificia ponere et alte edificare, ita tamen quod edificia talia dicti Henrici de Geffen non habebunt aliquam stillicidium versus viam predictam, item quod Willelmus de Loen non poterit unquam supra viam predictam aliqua edificia situare per que introitus aeris vel luminis impediatur in edificiis Henrici de Geffen ibidem edificandis iuxta et supra partem vie predicte, hoc tamen proviso et Willelmo de Loen salvo quod ipse portam quandam situare poterit ad finem vie predicte iuxta vicum communem, que porta interius versus viam et versus domum Willelmi de Loen mensuranda ab anteriori muro eiusdem vie habebit longitudinem sex pedatarum, prout in aliis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Wellinus Last, filius quondam Arnoldi Last, Johannes, filius quondam Reyneri Willemss. alias Sadelmekers, Petrus, filius quondam Martini Peterss. die Cuper, Johannes, filius quondam Godefridi de Lytt, pellifex, Willelmus, filius quondam Bartholomei Quattels, Willelmus, filius quondam Johannis Meeuszoen, Henricus, filius Johannis Everits, Godefridus et Jacobus, fratres, liberi quondam Egidii de Bladel, Johannes et Laurencius, fratres, liberi quondam Johannis de Bladel, et Godefridus Strick, pro se et suis coheredibus supradictam mediam terriam partem tocius integre hereditatis predicte, sitam inter communem aquam ibidem fluentem ex uno et inter hereditatem olim Willelmi Scilder, nunc vero Hadewigis, relicte quondam Gerardi Keymp, et eius liberorum, quadam via interiacente ex alio, tendentem tendentem *(sic)*, ab anteriori tercia parte tocius hereditatis predicte, nunc ad Paulum Wynans spectante, ad posteriorem terciam partem tocius integre hereditatis, nunc ad Fissiam, relictam quondam Johannis Hamers, et eius liberorum spectantem, simul cum edificiis supra dictam mediam terciam partem consistentibus, necnon cum iure viandi, a dicta media tercia parte per dictam viam ibidem sumptam et ordinatam de primodicta tercia parte tocius hereditatis, novem pedatas in latitudine continentem, simul quod cum parte muri in iamdicta media tercia parte iuxta hereditatem quondam Willelmi Scilder consistentis, insuper dictam terciam partem hereditarii census trium librarum et decem solidorum dicte monete, necnon dictum hereditarium censum octo librarum monete predicte, quem censum Willelmus de Loen promiserat se daturum et soluturum dicto domino Godesscalco de Veen, abbati monasterii Bernensis predicti, hereditarie Baptiste ex premissis dicto Willelmo ad censum datum**,** et quem censum dictus Willelmus de Loen erga Johannem dictum Moll Gerits acquisierat, item adhuc supradictas totam partem et omne ius, olim ad dictum Henricum de Geffen spectantes, in dicta via, novem pedatas in latitudine continente, necnon in muro laterali eiusdem vie atque cum singulis iuribus et attinentiis premissorum, et que premissa dictis supportantibus per et post mortem quondam Hadewigis, filie quondam Jacobi, filii quondam Johannis, filii dicti quondam Willelmi de Loen, pistoris, advoluta sunt, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Johanni Kerneer, filio quondam Johannis, vinitoris, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes super omnia et habenda divisi videlicet dictus Wellmus pro una quinta parte, dicti Johannes Reyners et Petrus indivisi pro alia quinta parte, Johannes de Lyt predictus pro tercia quinta parte, dicti Willelmus Quattels, Willelmus Jan

Meeuss. et Henricus indivisi pro se et suis coheredibus pro quarta quinta parte, et dicti Godefridus et Jacobus, fratres, Johannes et Lanrencius, fratres, et Godefridus Strick indivisi pro quinta quinta parte ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum dicti quondam Willelmi de Loen et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, excepto dicto hereditario censu octo librarum a dicto Willelmo per prius exinde promisso et depost per eundem redempto, exceptis inquantum supradictis conditionibus et ordinationibus in dictis litteris contentis eisdemque salvis et reservatis.
Testes Raess. et Millinc, datum XVI[ta] novembris.

R1271, fol 245r
16 december 1503

Dictus[2] Johannes Karneer, vinitor, premissa sibi, ut premittitur, supportata hereditarie supportavit Gerardo de Heessel, filio quondam Henrici, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promitttens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Boert et Roever, datum XVI[ta] decembris.

R1271, fol. 245r
*deze akte is onvolledig en niet gepasseerd*

Dictus Johannes Karneer promisit super omnia et habenda dicto Wellino pro una quinta parte, dictis Johanni Reyners et Petro pro alia quinta parte, Johanni de Lytt predicto pro tercia quinta parte, dictis Willelmo Meeus, Willelmo Jan Meeuss. et Henrico pro quarta quinta parte, necnon Godefrido et Jacobo, fratribus, Johanni et Laurencio, fratribus, et Godefrido Strick predictis pro quinta quinta parte, centum et octuaginta novem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando ad monitionem eorundem persolvendos.

R1271, fol. 245r
16 november 1502
Raas raassen en Lambert Millinc

Dictus Johannes Karneer promisit super omnia et habenda dicto Wellino pro una quinta parte, dictis Johanni et Petro pro alia quinta parte, dicto Johanni de Lytt pro tercia quinta parte, dictis Willelmo Meeus, Willelmo Jan Meeuss. et Henrico pro quarta quinta parte, necnon Godefrido et Jacobo, fratribus, Johanni et Laurencio, fratribus, et Godefrido Strick pro quinta quinta parte centum et quinquaginta septem ac dimidium consimiles peters et quadraginta quinque libras monete Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes Raess. et Millinc, datum supra.

R1271, fol. 245r
16 november 1502

---

[2] *in de marge de letter* A, *met verwijzing naar deze akte onderaan de folio, d.d. 8 juli 1504*: Dictus Gerardus de Heessel, filius quondam Henrici, premissa in contractu A signato comprehensa et sibi inibi supportata, hereditarie supportavit Paulo, filio quondam Wynandi Pouwelss., simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes Kuyst et Brugman, datum VIII[a] iulii anno quarto.

Raas raassen en Lambert Millinc

Dictus Johannes Karneer promisit super omnia et habenda iamdictis personis, ut iam supra, centum et quinquaginita septem consimiles peters ac viginti duas et dimidiam libras monete predicte, a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 245v
17 november 1502
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Johannes Kanapart, filius Johannis, quinque hont terre vel circiter, sita in parochia de Litoyen, in loco dicto in sPapen hoeve, inter hereditatem Theoderici, filii quondam Zegeri Tap, ex uno et inter hereditatem Willelmi, filii Goeswini Rycoutss., ex alio, tendente ab hereditate Gerardi van den Dyck ad quendam campum terre ibidem, dictum den Poyeler, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Theoderico, filio quondam Zegeri Tap, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus, dictis zegedycken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis, et ad dicta quinque hont terre e iure spectantia, ut dicebat, tali annexa condicione in casu quo dicta quinque hont terre dicto emptori via iuris imposterum evincerentur aut aliqua alia onera imposterum desuper ex causa aliquorum aggerum Mose venierent conservanda, quod extunc illis evictis aut evicturis, dictus venditor prefato emptori summam viginti octo florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, refundere poterit et valebit, qua refusione facta, idem Johannes, venditor, a dicta promissione warandiam unacum suis bonis et erit quitatus et exoneratus, atque idem emptor dicta quinque hont terre prefato venditori resupportabit et resupportare tenebitur, simul cum dictis litteris et iuribus ac obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet, prout idem emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes Raess. et Berkel, datum XVII$^{a}$ novembris.

R1271, fol. 245v
17 november 1502
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Roeverus, filius quondam Arnoldi dicti Tuylkenss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Engele, sue uxoris, hereditarie vendidit Christiano, filio quondam Iohannis Iacopss., hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Martini hyemalis de ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, maldratam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Nuwelant, iuxta plateam, dictam die Loensche straet, inter hereditatem Yde, relicte quondam Johannis Meeuss., et eorum liberorum ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Ghybens. ex alio, tendente a dicta platea, die Loensche straet vocata, ad hereditatem Ottonis Wouterss. et quorundam aliorum ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 245v
17 november 1502
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum decem et octo peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 245v-246r
*Deze akte is onvolledig en niet gepasseerd*

Arnoldus, filius quondam Willelmi Henricxs., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Iohanne, sue uxoris, filie quondam Henrici Zegers, promisit ut debitor principalis Luce, filie quondam Johannis Michielss., ad opus Margarete, sue uxoris, filie naturalis quondam Johannis dicti die Mollenair, ab eodem Johanne et quondam Katarina, filia quondam Henrici Wouterss., pariter genite, iuxta tenorem testamenti ac ultime voluntatis quondam Henrici, filii dicti quondam Henrici Wouterss. de Bucstel et quondam Katherine, sue uxoris, legitime filie quondam Godefridi Goben de Helmont, quod ipse dabit et solvet dicte Margarete iuxta tenorem eiusdem testamenti hereditariam pactionem.

R1271, fol.246r
17 november 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Arnoldus, filius quondam Willelmi Henricxs., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Iohanne, sue uxoris, filie quondam Henrici Zegers, hereditarie vendidit Luce, filio quondam Johannis Michielss., ad opus Margarete, sue uxoris, filie naturalis quondam Johannis die Mollenair, ab eodem quondam Iohanne et quadam Katherina, filia quondam Henrici Wouterssoen, pariter genite, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Katharine virginis et martiris et pro primo solutionis termino a Katharine virginis et martiris proxime futuro ultra annum et in Buscoducis absque omni onere precare domini nostri ducis ceterisque oneribus et incommodis libere tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, sextariatam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Bucstel, ad locum dictum Zelyzel, inter hereditatem Johannis dicti Zegers soen ex uno et inter hereditatem Anthonii Hinckart ex alio, tendente a communitate de Bucstel ad hereditatem Herberti Hals, item ex agro terre, duodecim lopinatas terre vel circiter continente, sito ibidem inter hereditatem Zegeri, filii Henrici Zegerssoen, ex uno et inter hereditatem Ghiselberte dicte Kuysten, vidue, ex alio, tendente ab hereditate dicti Anthonii ad dictam communitatem, item ex pecia terre, sex lopinatas terre vel circiter continente, sita ibidem, inter hereditatem Johannis Henric Zegers ex utroque latere, tendente ab hereditate Herberti Hals predicti et conventus fratrum Carthusiensium in Vucht ad hereditatem dicti Zegeri, ut dicebat, ab eadem Margareta iuxta tenorem testamenti ac ultime voluntatis quondm Henrici, filii dicti quondam Henrici Wouterss. et Katharine, sue uxoris, legitime filie quondam Godefridi Goben de Helmont, habendam et possidendam dictamque pactionem etc., promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis sex lopinis siliginis hereditarie pactionis, quarta parte hereditarii census sex scudatorum et hereditaria pactione pactione dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol.246r
17 november 1502

Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum trigintasex peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Lucas nomine dicte Margarete, sue uxoris, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionis per spacium unius anni prefato Luce aut Margarete legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol.246r-246v
17 november 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Lodovicus dictus de Herssel, filius quondam Willelmi dicti de Herssel, hereditarie vendidit Mathie, relicte quondam magistri Godefridi de Dommelen, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Katarine virginis et martiris et pro primo solutioni termino a Katharine virginis et martiris proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere absque omni onere precarie domini nostri ducis ceterisque exactionibus et incommodis libere tradendam de et ex quodam manso dicti venditoris, sito in parochia de Bucstel ad locum dictum Hoelt, videlicet ex domibus, areis, ortis, terris pratis, mericis lignicrescentibus ceterisque iuribus et attinentiis eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis quatuordecim florenis Renensibus, duobus modiis siliginis hereditarie pactionis ac vitali pensione unius et dimidi modiorum siliginis, atque censibus fundi, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum XVII[a] novembris.

R1271, fol. 246v
17 november 1502
Lambert Millinc en Gerit van Berkel

Petrus et Arnolda, eius soror, liberi quondam Michaeli, filii quondam Arnoldi dicti Spierincx, necnon Christianus, filius naturalis quondam Lamberti dicti Corstiaenss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hillegondis, sue uxoris, filie dicti quondam Michaelis, cum tutore, domistadium terre, maldratam terre vel circiter continentem, situm in parochia de Os, iuxta plateam dictam die Voirtstraet, ac quoddam repagulum, dictum Jan Stynensens hecken, inter communem plateam predictam, die Voirtstraet vocatam, ex uno et inter quandam communem viam, dictam den Gemeynen Veltvech, ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem heredum quondam Ghibonis dicti Haeck; item adhuc sex vasatas terre vel circiter, sitas in dicta parochia, in quodam campo dicto in Colvers camp, inter quandam communem viam ex uno et inter hereditatem Hermanni dicti Coenen Philipssoen ex alio, tendente ab hereditate heredum quondam Henrici Ghijsselen et quorundam aliorum ibidem ad quendam campum dictum den Moelencamp, ut dicebat, hereditarie vendiderunt Sandero, filio Rutgeri dicti Sanderssoen, ab eodem, promittentes cum tutore super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Millinc et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 246v
17 november 1502

Lambert Millinc en Gerit van Berkel

Dictus Sanderus promisit super omnia et habenda dicte Arnolde dumtaxat viginti tres peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 246v
17 november 1502
Lambert Millinc en Gerit van Berkel

Dicti Petrus, Arnolda et Christianus palam recognoverunt se recepisse a dicto Sandero ex causa supportationis pretacte seu emptionis premissorum septuaginta consimiles peters, absque lycopia et verberibus, vulgariter dicentibus, en sonder lycop ende slaigen, clamantes inde quitum.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 246v-247r
17 november 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum Henricus de Aerle, Wolterus, filius quondam Johannis Houbraken, et Reynerus, filius Reyneri van Vinckenschoet, promisissent indivisi super omnia et habenda Ghiselberto, filio quondam Wolteri Abensoen, ad opus sui et ad opus Adriani, filii quondam Willelmi Michielssoen, et Gerardi, filii quondam Henrici Gielissoen, quadraginta tres florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, ad certum terminum persolvendos, prout in litteris quarum data continet XX$^{a}$ iunii anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Eerbertus dictus Loyen van den Strijpt promisit super omnia et habenda Johanni, filio Nycolai dicti Prats, tamquam proprietario pronunc certorum bonorum, dudum dicti Wolteri, quod ipse Erbertus eundem Johannem ac dicti Wolteri bona de dictis quadraginta tribus florenis Renensibus atque ab omnibus dampnis eisdem ea occasione quovismodo eventuris quitabit, relevabit et penitus indempnes observabit.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 247r
19 november 1502
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Goeswinus, filius quondam Kerisii Goessenss., octo hont terre vel circiter, sito in parochia de Maren, in quodam campo, dicto communiter die Bemeley, inter hereditatem fabrice ecclesie de Maren ex uno et inter hereditatem capituli ecclesie Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis ex alio, tendente a quodam fossato, dicto den Veellen Grave, ad quoddam alium fossatum, dictum den Nyewen Grave, ut dicebat, hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Johannis dicti Loyensoen, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus Mose ad dicta octo hont terre e iure spectantibus conservandis necnon aggeribus, dictis zegedijcken, slusis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad eadem hont terre e iure spectantibus, ut dicebat.
Testes Brecht et Raso, datum XIX$^{a}$ novembris.

R1271, fol. 247r
19 november 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Agnes, relicta quondam Geerlaci de Nulant alias dicti in den Spiegel, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area ac quadam vacua hereditate sibi adiacente, dictis communiter den Spyegelen, sitis in Buscoducis iuxta Forum Piscium, inter hereditatem Henrici die Bruyn et Mercelii, filii quondam Johannis Scoercops, ex uno et inter hereditatem Sophie, filie dictorum Agnetis et quondam Geerlaci, necnon Henrici, filii quondam Johannis de Lynther, ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Pauli Raess., Anthonii de Strijp, Johannis dicti die Bont et ulterius ad aquam ibidem retro fluentem, ut dicebat, legitime supportavit dicte Sophie, filie dictorum Agnetis et quondam Geerlaci, relicteque quondam Godefridi Cuypers Goyartszoen, et dicto Henrico, filio quondam Johannis de Lynther, tamquam marito et tutori legitimo Aleidis, sue uxoris, filie eorundem Agnetis et quondam Geerlaci, et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 247r
*deze akte is onvolledig en niet gepasseerd*

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Sophia et Henricus de Lynther, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Aleidis, sue uxoris, cum tutore, hereditarie vendiderunt Gerongio de Busco, Woltero Bolx et Johanni die Wolff Claeszoen, executoribus testamenti ac ultime voluntatis quondam Godefridi dicti Cuypers, filii quondam Godefridi, ad opus Elisabeth, filie eiusdem Godefridi Cuypers Goyartss., ab eodem quondam Godefrido et Margareta, sua prima uxore, filia quondam Ghiselberti de Hees, pariter genite, et ad opus Henrici, filii eiusdem quondam Godefridi Cuypers, ab eodem Godefrido et dicta Sophia, sua secunda et ultima uxore, pariter geniti, hereditarium censum octo florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia pronunc valuata et secundum modernam valuationem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum de et ex domo et area ac vacua hereditate predicta ac suis attinentiis ab eisdem.

R1271, fol. 247r-247v
19 november 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu supportationis usufructus, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Sophia et Henricus de Lynther, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Aleidis, sue uxoris, cum tutore, hereditarie vendiderunt Gerongio de Busco, Woltero Bolcx et Johanni die Wolf Claessoen, tamquam executoribus testamenti ac ultime voluntatis quondam Godefridi Cuypers Goyartszoen, ad opus Elisabeth, filie eiusdem quondam Godefridi Cuypers, ab eodem quondam Godefrido et quondam Margareta, sua uxore, filia quondam Ghiselberti de Hees, pariter genite, pro una medietate necnon ad opus Henrici, filii eiusdem quondam Godefridi Cuypers, ab eodem quondam Godefrido et dicta Sophia, eius secunda seu ultima uxore, pariter geniti, pro reliqua medietate, hereditarium censum octo florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in alia pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dandum videlicet in annali solutione dicti

census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XXVIII stuvers, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendos hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum de et ex dictis domo, aera et vacua hereditate ac suis iuribus et attinentiis, ab eisdem Elisabeth et Henrico, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque diversis censibus ad sedecim libras pagamenti ascendentibus, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dicta Sophia, quamdiu in humanis vivet, supradictum censum iuxta tenorem testamenti predicti annuatim percipiet et levabit ac percipere et levare tenebitur, contradictione dictorum Elisabeth et Henrici seu alterius eorundem non obstante, prout dicti executores hoc palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum ad eorum executionem spectantium dicte Sophie promiserunt.
Testes Brecht et Berkel, datum XIX[a] novembris.

R1271, fol. 247v
19 november 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Et poterunt redimere perpetue cum centum ac triginta consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti executores nomine et pro parte dictorum Elisabeth et Henrici hoc palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum ad eorum executionem spectantium dictis venditoribus repromiserunt, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefatis executoribus aut eorum alteri legitime preintimabunt.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 247v-248r
19 november 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Mechteldis, filia quondam Henrici, filii quondam Henrici dicti sCosters, cum tutore, promisit ut debitrix principalis Geertrudi, filie quondam Mathie dicti van der Weteringen, quod ipsa dabit et solvet eidem Geertrudi hereditarium censum trium librarum monete anno quolibet, hereditarie Katharine virginis et martiris et pro primo solutionis termino a Katharine virginis et martiris proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradet de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, sex lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Scijnle, ad locum dictum aent Lutteleynde, inter hereditatem Jacobi dicti van der Heyden ex uno et inter liberorum quondam Willelmi Zegerss. ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Ghibonis, filii dicti Henrici, filii quondam Henrici dicti sCosters, ut dicebat. Promisit insuper cum tutore super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 248r
19 november 1502
Raas Raassen en Lambert Millinc

Bela, filia quondam Georgii dicti Mathijss., ab eodem et quadam Ermgarde, sua uxore, filia quondam Huberti dicti die Leeuwe, pariter genita, et Cornelius, filius quondam Petri Borchmans, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Katharine, sue uxoris, filia dictorum quondam Georgii et Ermgardis, et ipsa Katharina cum eodem Cornelio, suo marito tamquam cum suo tutore, potentes ad infrascripta vigore testamentorum ac ultimarum voluntatum quondam Elisabeth, relicte quondam Johannis die Moer, zeepsieder, filie dicti quondam Huberti die Leeuwe, necnon Katharine, relicte quondam Willelmi Luws, ut apparebat, nichilominus in presentia et de expressis consensu et voluntate domini Nycolai Langsmyt, presbiteri, Ghiselberti die Bruyn Henricxs. et Arnoldi Henricxs., fabri, executorum testamentorum ac ultimarum voluntatum pretactorum, cum tutore dicte Bele, domum et aream quondam Johannis Pelgrom Paeuweter, pannicide, sitis in Buscoducis ultra Pontem Bladi, inter communem vicum ex uno et fine uno et inter hereditatem Christiani van den Meeracker ex alio, necnon quandam cameram lapideam cum suo fundo, sitam in Buscoducis in vico dicto die Coepoirtstraet, inter communem vicum predictum ex uno et inter hereditatem dicti Christiani ex alio, quos domum, aream et cameram lapideam cum suo fundo predictos dicta Elisabeth, relicta dicti quondam Johannis Moer, zeepsieder, erga Johannem Moer, filium eiusdem quondam Johannis Moer, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportaverunt Martino, filio quondam Gerardi dicti Telen, olysleger, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iure occasione ,promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum necnon ex parte dictarum quondam Elisabeth et quondam Katharine, relicte quondam Willelmi Luws, et quorumcumque suorum heredum deponere. Promiserunt insuper, cum tutore, indivisi sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris ex premissis plus fore solvendum quam census fundi ad unum brasdenarium ascendentem, hereditarius census unius libre antique pecunie Mense Sancti Spiritus in Buscoducis et hereditario censu trium florenorum Renensium Henrico Boyens alias in den Beer annuatim exinde e iure solvendo, hoc plus dicti supportantes prefato Martino penitus deponent.
Testes Raess. et Millinc, datum supra.

R1271, fol. 248r
19 november 1502
Raas Raassen en Lambert Millinc

Dictus Martinus promisit super omnia et habenda dicte Bele quod ipse dabit et solvet eidem Bele ad spacium trium annorum Nativitatis Domini proxime futuro sine medio sequente quolibet dictorum annorum viginti duas et dimidiam libras monete Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 248r
19 november 1502
Raas Raassen en Lambert Millinc

Dictus Martinus promisit super omnia et habenda eidem Bele centum quinquaginta necnon septem et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando a Nativitate Domini proxime futuro ultra tres annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 248v

19 november 1502
Raas Raassen en Lambert Millinc

Dictus Martinus promisit super omnia et habenda dicto Cornelio et Katarine, eius uxori, quadraginta quinque et dimidium consimiles peters Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes Raess. et Millinc, datum XIX[a] novembris.

R1271, fol. 248v
19 november 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicti Cornelius et Katharina, eius uxor, premissa legitime supportaverunt Ghiselberto dicto Roelofss., sartori, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere atque in casu quo defectus acciderit in solutione premissorum, quod ipsi illum defectum supplebunt.
Testes Berkel et Borchcgreve, datum XXVI[ta] novembris.

R1271, fol. 248v
19 november 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Petrus, filius quondam Jacobi Arntssoen, hereditarie vendidit Henrico, filio naturali quondam Henrici Tyelmans, ab eodem et quadam Katarina, filia quondam Henrici Wouters, pariter genito, hereditariam pactionem unius modii siliginis, mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Katharine virginis et martiris et pro primo solutionis termino a Katharine virginis et martiris proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere absque omni onere precarie ceterisque oneribus et incommodis tradendam ex uno iugere terre vel circiter, sito in parochia de Nulant, in loco dicto in den Nyewen Polre, inter hereditatem Petri, filii quondam Ambrosii Janss., ex uno inter hereditatem Arnoldi Berntss. ex alio, tendente a communi aggere dicto den Gemeynen Hoofdyck ad quoddam aliud iuger terre dicti venditoris; item ex iamdicto iugere terre, sito ibidem, inter hereditatem Henrici dicti Wynen, Johannis Martens et Emondi dicti Smeetss. ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti Berntss. ex alio, tendente a primodicto iugere terre ad hereditatem Goeswini et Arnoldi, fratrum, liberorum dicti quondam Jacobi Arntss.; item adhuc ex quodam iugere terre, sito ibidem, inter hereditatem Arnoldi Berntss. ex uno et inter quandam hereditatem, dictam Scroepels Lant, ex alio, tendente cum fine utroque ad hereditatem dictorum Goeswini et Arnoldi, fratrum, liberorum dicti quondam Jacobi Arntss., ut dicebat, ab eodem Henrico iuxta tenorem testamenti ac ultime voluntatis quondam Henrici, filii dicti quondam Henrici Wouterss. et quondam Katarine, sue uxoris legitime, filie quondam Godefridi Goben de Helmont, omnino habentes et possidentes, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum XIX[a] novembris.

R1271, fol. 248v
19 november 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum triginta sex peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis,

prout dictus Henricus naturalis hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 248v-249r
19 november 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum Johannes de Herssel, filius quondam Danielis de Herssel, promisisset ut debitor principalis Franconi de Langel ad opus executionis olim Willelmi Haertscheen, quod ipse daret et solveret eidem executoni hereditarium censum duodecim aureos denarios, peters communiter vocatorum, XIX stuvers aut valorem eorundem in alia pagamento pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie Martini hyemalis ex quodam manso, dicto Borchart, quondam Arnoldi Dicbier, sito in parochia de Tongelre, atque ex certis pratis, pascuis, mericis et aliis attinentiis eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus sive sitis, cumque magister Godefridus de Campo, canonicus in Buscoducis, et Ghiselbertus Pels, tamquam executores testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Willelmi Haertscheen, palam recognovissent et indivisi, sub obligatione omnium bonorum ad dictam executionem spectantium, prefato Johanni de Herssel repromisissent quod idem Johannes dictum censum redimere et acquitare posset perpetue simul unapariter aut in parte, et non minus simul et semel quam unam terciam partem dicti census videlicet quemlibet huiusmodi aureorum denariorum, peters communiter vocatorum, cum et mediante sedecim huiusmodi aureis denariis, peters communiter vocatis, et cum censu et arrestadiis, prout in diversis litteris quarum data continet decima nona die mensis octobris anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes de Herssel palam recognovit et super omnia et habenda domino Nycolao Hoyberchs, presbitero, ad opus dicte executionis adhuc promisit quod ipse Johannes deinceps quolibet termino solutionis predicto dictum censum dicte executioni dabit et solvet dareque et solvere tenebitur, videlicet in pecunia et moneta pronunc valuata, atque cum eundem censum redimere velit, quod hoc facere tenebitur in eadem pecunia iam valuata, et alias non absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 249r
21 november 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Aelbertus, filius quondam Aelberti, filii quondam Petri Abens., et Gerardus, filius quondam Jacobi Geritss., ab eodem et quondam Elisabeth, sua uxore, filia dicti quondam Petri Abens., genitus, quatuor lopinos siliginis ad ipsos spectantes in uno modio siliginis, quem unum modium siliginis dictus Petrus Aben in subsidium matrimonii Anselmi dicti Luycs et Engelberte, filie dicti quondam Petri Aben, coniugum, dum vixerant, dederat et contulerat singulis annis infra festum Purificationis exsolvendos, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, et quos quatuor lopinos siliginis Lambertus, filius dicti quondam Aelberti, filii quondam Petri Aben, ex certis suis hereditatibus in Essche situatis, annuatim prefato Aelberto et Gerardo solvere tenetur, ut dicebat, hereditarie supportaverunt dicto Lamberto, simul cum dicto instrumento et iure occasione, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Engelberte ac suorum heredum deponere.

Testes Brecht et Berkel, datum XXI novembris.

R1271, fol. 249r-249v
22 november 1502
Jan Heym en Raas Raassen

Johannes, filius quondam Ghiselberti dicti Roesmonts, in presentia et de expressis consensu et voluntate domini Everardi de Berck, canonici in Buscoducis, Johannis de Gerwen et Henrici de Uden, tamquam proximorum amicorum dicti Johannis, hereditarium censum trium librarum monete, quem Bela, filia Symonis Gerlixs., promiserat se daturam et soluturam Lamberto Poelman anno quolibet hereditarie mediatim Nativitatis Domini et mediatim Nativitatis Baptiste ex domo et area, sita in Buscoducis, iuxta vicum ecclesie, inter hereditatem magistri Arnoldi van der Locht alias de Palude ex uno et inter hereditatem Johannis Schermer ex alio, quem censum predictum magister Gerardus Boest ad opus Arnoldi Berwout erga Johannem, filium dicti quondam Lamberti Poelman, acquisierat prout in litteris, et quem censum domicella Heilwigis Roesmonts, relicta dicti quondam Arnoldi Berwouts, Johanne, filie quondam Johannis dicti Poelmans, in suo testamento propter Deum et in puram elemosynam legaverat, ut in quodam instrumento desuper confecto plenius videbatur contineri, et qui census trium librarum primodicto Johanni, filio quondam Ghiselberti Roesmonts, mediante quadam divisione hereditaria per iudicem in Buscoducis dudum inter eundem Johannem et suos coheredes facta, in partem cesserat ut in litteris divisionum, hereditarie supportavit Willelmo de Bucstel ad opus hospitalis pauperum virorum, dicti Moensgasthuys, siti in Buscoducis ad vicum dictum den Papenhuls, simul cum dictis litteris aliis, instrumento et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Heym et Raess., datum XXII$^{da}$ novembris.

R1271, fol. 249v
23 november 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Wolterus dictus de Brede, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Arnoldi, filii quondam Yngrami, filii quondam Robberti dicti van Doerne, unam libram annum redditus, quam libram liberi, dicti Ghezen kijnderen van Haeren, solvere consueverant ex quibusdam hereditatibus, sitis in Os, et quam libram predictam dictus Arnoldus, filius quondam Yngrami, erga Ghiselbertum Roesmont acquisierat prout in litteris, et que libra dicto Woltero mediante quadam divisione hereditaria inter ipsos et suos in hoc coheredes dudum habita, in partem cesserat, ut dicebat, hereditarie supportavit Henrico de Uden, magistro et rectori pro tempore fabrice ecclesie Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, ad opus eiusdem fabrice, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Heilwigis, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Arnoldi et suorum heredum et successorum deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum XXIII novembris.

R1271, fol. 249v-250r
24 november 1502
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Arnoldus, filius quondam Jacobi, filii quondam Arnoldi Janssoen, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Henrici dicti Tyelmanss., ad opus Henrice, filie quondam Johannis Henric Wouterss., quoad eius usufructum et alias non, necnon ad opus Adriani, filii eiusdem Henrice de primo eius thoro, atque ad opus prolium legitimarum eiusdem Henrice de ultimo suo thoro, quoad ius hereditarium hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Katharine virginis et in Buscoducis absque omni precaria domini nostri ducis ceterisque oneribus et incommodus libere tradendam de et ex medietate ad ipsum, ut dicebat, spectante, ind obligationem iugeribus terre vel circiter, sitis in parochia de Nulant, in loco dicto in den Nyewen Polre, inter hereditatem Arnoldi dicti Bernts ex uno et inter quandam hereditatem, dictam Scroepels Lant ex uno, tendente a communi aggere, dicto den gemeyne Hoofdyck, ad hereditatem Petri Jacopss., fratris dicti venditoris; item adhuc ex medietate ad ipsum venditorem spectante in uno iugere terre, sito in dicta parochia, in loco, dicto in de Ettinge, inter hereditatem dicti Arnoldi Bernts ex uno et inter dictam hereditatem, Scroepels Lant vocatam, ex alio, tendente ab hereditate dicti Petri ad hereditatem Willelmi Goyartss. van Lent; item adhuc ex medietate ad eundem venditorem spectante in duobus aliis iugeribus terre, sitis in parochia predicta, in dicto loco die Ettinge vocato, inter hereditatem reliquam dicti venditoris et Goeswini, sui fratris, ex uno et inter communem stegam ex alio, tendente a quodam fossato, dicto den Ettinx Grave, ad quoddam alium fossatum, dictum den Auden Polres Grave, ut dicebat, ab eadem Henrica, quoad eius usufructum et alias non, et post eius decessum a dictis Adriano et dictis prolibus de ultimo thoro eiusdem Henrice, quoad ius hereditarium habentes et possidentes, omnino iuxta tenorem testamenti ac ultime voluntatis quondam Henrici, filii quondam Henrici Wouterss. et quondam Katharine, sue uxoris legitime, filie quondam Godefridi Goben de Helmont, dictamque pactionem etc., promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, tali annexa condicione quod dictus venditor huiusmodi partem redimere et acquitare poterit perpetue cum triginta sex peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus, nomine dictorum Henrice, Adriani et dictarum prolium, hoc palam recognovit et dicto venditori consentiit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefatum emptoribus preintimabit.
Testes Brecht et Raess., datum XXIIII$^{ta}$ novembris.

R1271, fol. 250r
24 november 1502
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Arnoldus, filius quondam Nycolai dicti Sijmonss., hereditarie vendidit Godefrido die Bye ad opus Elisabeth, sue filie, relicte quondam Arnoldi Strick, pellificis, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et in Buscoducis absque omni onere precarie domini nostri ducis ceterisque oneribus libere tradendam de et ex domo, area, horreo, aliis edificiis desuper consistentibus ac hereditatibus sibi coadiacentibus, unam maldratam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Os, ad locum dictum Aen de Catwyck, in loco dicto int Westervelt, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Mathei, filii Michaelis Zeynss., ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem heredum quondam Johannis Didden, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus libris hereditarii census prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 250r
24 november 1502
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quadraginta peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Godefridus, nomine dicte Elisabeth, sue filie, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 250r-250v
24 november 1502
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinc

Arnoldus Pels, filius quondam Johannis dicti Pels, filii quondam Petri dicti Pels, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex campo, dicto die Bijsterveldsche Hoevel, unum bonarium et quartam partem unius bonarii et viginti octo virgatas vel circiter continente, sito in parochia de Uden, ad locum dictum Bijstervelt, inter hereditatem Henrici dicti Sporbosch ex utroque latere; item ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sex lopinatas terre vel circiter continente, sitis in dicta parochia, ad locum dictum Carpersdyck, inter hereditatem Henrici de Brecht ex uno et inter communitatem ex alio; item ex sextariata terre, sita in loco, dicto die Buenre, inter hereditatem dicti Henrici de Brecht ex uno; item ex tribus lopinatis terre, sitis in dicta parochia, ad locum dictum Opt Velt, inter hereditatem Johannis Grietens. ex utroque latere, quam pactionem predictam dictus Johannes Pels, filius quondam Petri dicti Pels, erga Theodericum, filium Wolteri dicti Goetscalcx, maritum et tutorem legitimum Godestodis, sue uxoris, filie quondam Aelberti Ketheler, filii quondam Aelberti dicti Daemss., acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Arnoldo, filio quondam Reyneri dicti Colven, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis, sui patris, et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Brecht et Millinc, datum XXIIII$^{ta}$ novembris.

R1271, fol. 250v
24 november 1502
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinc

Dictus Arnoldus Pels, filius quondam Johannis dicti Pels, filii quondam Petri Pels, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto, sitis in parochia de Uden, ad locum dictum Kerpersdyck, inter hereditatem Arnoldi Dircxs. ex uno et inter hereditatem Theoderici Mersmans ex alio; item ex medietate cuiusdam campi, siti in parochia predicta, ad locum dictum Op Bijstervelt, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Theoderici van den Culen ex alio, ex illa scilicet medietate eiusdem campi, dividendum dictum Campum ob eius longitudinem, que sita est ibidem, contigue iuxta communem plateam; item ex tribus lopinatis terre, sitis in dicta parochia, ad locum dictum Opt Velt, inter hereditatem Johannis Grietens. ex utoque latere; item ex quinque lopinatis terre, sitis in dicta parochia, in loco dicto int Boenreken, inter hereditatem Henrici Vos ex uno et inter hereditatem Johannis de Brecht et Wolteri Scoef ex alio; item ex sextariata terre, sita in dicta parochia, ad locum dictum Op die Cuylen, inter hereditatem Johannis Peterss. ex

utroque latere, quam pactionem predictam dictus Johannes Pels, filius quondam Petri Pels, erga Theodericum, filium quondam Wolteri Goetscalcx,, maritum et tutorem legitimum Godestodis, sue uxoris, filie quondam Aelberti Ketheler, filii quondam Aelberti Daemss., acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Arnoldo, filio quondam Reyneri Colven, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis Pels, sui patris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 250v-251r
24 november 1502
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Henricus, filius quondam Andree Janss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Delyane, sue uxoris, filie quondam Arnoldi dicti van den Perre, promisit ut debitor principalis Elisabeth, filie Johannis dicti van der Moelen, ad opus sui et ad opus Engele, sue sororis, filie eiusdem Johannis van der Moelen, quod ipse dabit et solvet dicte Elisabeth, quamdiu in humanis vixerit, et post eiusdem Elisabeth decessum et non prius, dicte Engele si protunc supervixerit, annuam et vitalem pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, anno quolibet ad vitam dictarum Elisabeth et Engele, ac diucius ex ipsis viventis in humanis, mediatim prima iunii et mediatim prima decembris, et pro primo solutionis termino prima iunii proxime futuro et in Buscoducis, absque omni onere precarie domini nostri ducis, ceterisque oneribus et incommodis libere, tradet de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente dicti promittentis, sexariatam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Bucstel in tribunali de Lyemde, inter hereditatem Mechtildis, relicte quondam Zeberti Aelbertss., et eius liberorum ex uno et inter unam et dimidiam lopinatas terre dicti promittentis ex alio, tendente ad communem plateam cum fine utroque; item de et ex quadam pecia terre pascualis, duos pastus, dictos scharenweyen, vel circiter continente, sita in parochia et tribunali predictis, inter hereditatem Arnoldi dicti Everitss. ex uno et inter hereditatem Johannis van den Perre et Adriane, sue sororis, ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Willelmi Hessels, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque tribus libris hereditarii census pagamenti, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 251r-251v
26 november 1502
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Henricus, filius quondam Egidii dicti Willemss., pro se ipso, Margareta, sua sorore, necnon pro Petro, filio quondam Johannis de Berlijkem, annuam et hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Helmont, solvendam anno quolibet hereditarie Purifationis ex quadam hereditate, sita in quodam campo quondam Arnoldi dicti Trudens. de Aerle, unum modium siliginis annuatim in semine capiente, sito in parochia de Aerle, ad locum dictum Op Strijpe, inter campum dictum Blocs Kijnder Camp ex uno et inter hereditatem iamdicti Arnoldi ex alio, de qua pactione dicti Henricus et Margareta, eius soror, et Petrus, filius quondam Johannis de Berlijkem, undecim lopinos siliginis erga Godefridum et Johannem, fratres, et Margaretam, eorum sororem, liberos quondam Johannis, filii quondam Godefridi dicti Hubens., Andream, filium quondam Lodovici de Strijp, maritum et tutorem legitimum

Aleidis, sue uxoris, Arnoldum, filium quondam Michaelis, filii quondam Gerardi van der Weteringen, maritum et tutorem legitimum Elisabeth, sue uxoris, Lodovicum, filium quondam Lodovici van Strijp, maritum et tutorem legitimum Jutte, sue uxoris, et Wautgerum, filium quondam Gerardi van den Yevelaer**,** maritum et tutorem legitimum Aleidis, sue uxoris, filiarum dicti quondam Johannis, filii quondam Godefridi predicti, adhuc de *(sic)* qua *(sic)* undecim lopinos siliginis erga Johannem et Godefridum, liberos quondam Nycolai de Kessel, Gerardum, filium quondam Egidii Willems relictus quondam Bele, sue uxoris, Egidium, filium Gerardi et quondam Bele predictorum, atque Godefridum, filium quondam Theoderici die Letter, maritum et tutorem legitimum Margarete, sue uxoris, filie Gerardi et quondam Bele predictorum, Johannem, filium quondam Godefridi sHeren, maritum et tutorem legitimum Margarete, sue uxoris, et Petrum, filium Pauli Theens, maritum et tutorem legitimum Jutte, sue uxoris, filiarum dicti quondam Nycolai de Kessel, acquisierant prout in diversis litteris, necnon Johannes et Godefridus, fratres, liberi quondam Nycolai de Kessel, Gerardus Gielis Willemss. atque dicti Egidius, Godefridus die Letter, Johannes sHeren, Petrus Pauwels Theenss., Godefridus et Johannes, fratres, et Margareta, eorum soror, liberi dicti Johannis Goyart Huben, Andreas, Arnoldus, Lodovicus et Wautgerus predicti super duobus lopinis siliginis ad ipsos spectantes in dicta pactione duorum modiorum siliginis ad opus primodictorum Henrici et Margarete, eius sororis, atque Petri de Berlijkem, hereditarie renunciaverant prout in aliis litteris, hereditarie supportavit michi ad opus nobilis et generosi domini, domini Cornelii de Bergis, domini de Zevenbergen, Grevenbroick, Hesewijc Dynther etcetera, simul cum dictis litteris aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem simpliciter deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum XXVI$^{ta}$ novembris.

R1271, fol. 251v
26 november 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Petrus, filius quondam Arnoldi dicti Vrients, promisit ut debitor principalis Danieli de Vlyerden, filio quondam Danielis, ad opus sui et ad opus Danielis, sui filii, ab ipso et Elisabeth, sua uxore, filia Godefridi dicti Byerkens, pariter geniti, quod ipse dabit et solvet primodicto Danieli quamdiu in humanis vixerit et post eiusdem Danielis decessum secundodicto Danieli, suo filio, si supervixerit, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia seu moneta pronunc pronunc (*sic*) valuata pro quolibet computando, necnon quinque consimilium stuferorum anno quolibet hereditarie, mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro, et in Buscoducis absque omni onere precarie domini ducis ceterisque exactionibus et incommodis libere, tradet de et ex quodam manso dicti promittentis, dicto die hoeve Opte Locht, sito in parochia de Oisterwyck, iuxta mansum dictum Te Bautsvoirt, videlicet ex domibus, areis, ortis, terris, pratis, mericis, lignicrescenciis ceterisque iuribus et attinentiis eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi ad decem et novem ac dimidium stuvers ascendentibus, hereditario censu decem et novem librarum monete domicello Yewano de Cortenbach, hereditario censu quatuordecim florenorum Renensium Martino de Elmpt atque hereditaria paccione duorum modiorum siliginis mensure de Oirscot heredibus quondam Jordani Ausems, inquantum ex premissis solvenda foret iamdicta pactio, prius annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat, et satisfacere, talibus annexis condicionibus quod primodicti Daniel et Elisabeth, eius uxor legitima, quamdiu ambo in humanis vixerint seu alter eorum vixerit, supradictum censum

percipient et levabunt ac percipiet et levabit eorum alter, atque de eodem censu in eorum testamento ac ultima voluntate seu coram scabinis disponere poterunt et valebunt iuxta libitum eorum voluntatis, vita secundodicti Danielis durante et non ultra. Etiam condicionatum est quod dictus census statim post mortem dictorum Danielis et Danielis, sui filii, amborum et non prius, ad dictum Petrum promittentem, si protunc in humanis vixerit, alioquin ad suos veros et proximiores heredes, protunc in humanis agentes, iure hereditario succedet et devolvetur prout primodictus Daniel pro se et secundodicto Daniele, suo filio, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Petro promittenti promisit.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 251v-252r
26 november 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dictus Petrus, filius quondam Arnoldi Vrients, promisit ut debitor principalis Danieli de Vlyerden, filio quondam Danielis de Vlierden, ad opus Elisabeth, sue uxoris, filie Godefridi Byerkens, et ad opus Godefridi, filii dictorum Danielis et Elisabeth, quod ipse dabit et solvet dicte Elisabeth, quamdiu in humanis vixerit, et post eiusdem Elisabeth decessum dicto Godefrido, si supervixerit, hereditarium censum quatuor consimilium florenorum Renensium et quinque stuferorum, mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro et in Buscoducis, absque omni onere precarie domini ducis ac ceteris oneribus et incommodis libere tradendum de et ex manso et eius attinentiis predictis. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis dictis oneribus in dictis litteris contentis, ut dicebat, et satisfacere, talibus annexis condicionibus quod dicti Elisabeth et Daniel, eius maritus, quamdiu in humanis vixerint, dictum censum percipient et levabunt ac percipiet et levabit eorum alter, atque de eodem censu in eorum testamento seu coram scabinis disponere poterunt et valebunt iuxta libitum eorum voluntatis, vita dicti Godefridi et non ultra durante. Etiam condicionatum est quod dictus census statim post mortem dictorum Elisabeth et Godefridi, eius filii amborum, et non prius, ad dictum Petrum promittentem, si protunc in humanis vixerit, alioquin ad suos veros et proximiores heredes protunc in agentes iure hereditario succidet et devolvetur, prout dictus Daniel, nomine dictorum Elisabeth, sue uxoris, et dicti Godefridi, eius filii, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Petro promittenti repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 252r
26 november 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Et poterit dictus Petrus dictos census quatuor florenorum Renensium et quinque stuferorum atque quatuor consimilium florenorum Renensium et quinque stuferorum predictorum redimere et acquitare poterit perpetue, simul unapariter aut vicissim, videlicet simul et semel, quatuor florenos Renenses et quinque stuferos, videlicet pariter quatuor florenos et quinque stuvers hereditarii census predicti, cum et mediante quadraginta tribus consimilibus florenis Renensibus et quinque consimilibus stuferis et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout primodictus Daniel pro se et dictis Elisabeth, sua uxore, Daniele et Godefrido, suis filiis, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Petro promittenti repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 252r-252v
28 november 1502
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Dyonisius, filius quondam Bartholomei dicti Claess., Ghiselbertus, filius quondam Willelmi die Meyer, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, Johannes, filius quondam Nycolai dicti Fykens, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filiarum quondam Nycolai dicti Claess., atque Henricus, filius Jacobi Henricxs., nomine et ex parte et tamquam mamburnus cuiusdam Bartholomei, prolis adhuc impuberis quondam Gerardi dicti Geen, fratris dum vixit iamdicti Henrici, et eo nomine, promiserunt domino Henrico de Essche, presbitero, ad opus domicelli Werneri de Merode, filii quondam domini Rycardi de Merode, quod ipsi dabunt et solvent eidem domicello Wernero hereditarium censum unius floreni Renensis, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in alio pagamento seu pecunia pronunc valuata pro eodem computando, anno quolibet hereditarie Egidii abbatis de et ex quodam agro terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dictorum Dionisii, Ghiselberti et Iohannis, sito in parochia de Oirschot, in pastoria de Spoerdonck, in loco dicto in de Hostadt, inter hereditatem liberorum quondam Hermanni Voss ex uno et inter hereditatem Henrici dicti die Verwer ex alio, tendente ab hereditate domus sororum tercie regule Sancti Francisci, site in Buscoducis, ad locum dictum After die Tolbrugge, ad hereditatem Petri dicti Geritss.; item ex quodam agro terre dicti Bartholomei impuberis, sito ibidem, quatuor lopinatas terre vel circiter eciam continente, inter hereditatem dictorum liberorum Hermanni Voss ex uno et inter hereditatem Wolteri dicti Thijss. ex alio, tendente ab hereditate dicti Johannis, filii quondam Nycolai Fykens, ad hereditatem Johannis Willem Goyartss., ut dicebant. Promiserunt insuper dicti promittentes, videlicet dicti Dyonisus, Ghiselbertus et Johannes, super omnia et habenda et dictus Henricus, tamquam mamburnus et tutor dicti Bartholomei impuberis, sub obligatione omnium bonorum eiusdem Bartholomei et ad suum mamburnum spectantium, indivisi warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis dimidio modio siliginis ex primodicto agro atque adhuc dimidio modio siliginis ex secundodicto agro terre, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XXVIII$^{a}$ novembris.

R1271, fol. 252v
28 november 1502
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Et poterunt redimere perpetue simul unapariter cum et mediante quindecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus dominus Henricus nomine dicti domicelli Werneri hoc palam recognovit et super omnia dictis promittentibus promisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 252v
28 november 1502
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam Godefridi dicti van den Laeck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katharine, sue uxoris, filie quondam Godefridi dicti Keymps, ab eodem et quondam Elisabeth dicta van den Langruyt, pariter genite, pro se et Theoderica, sorore dicte Katharine, filia dictorum quondam Godefridi Keymps et Elisabeth, sue uxoris, quecumque

bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata, que sibi et dicte Katharine, sue uxori, ac Theoderice predicte per quondam Nycolaum, filium quondam Ghiselberti, cultellificis, incole dum vixerat libertatis de Oirschot, in suo testamento legata sunt atque adhuc per et post mortem Aleidis, relicte eiusdem quondam Nycolai, advolvenda sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto domino Henrico de Essche, presbitero, simul cum toto iure ipsis quovismodo competente ac imposterum competituro in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Katharine, sue uxoris, necnon ex parte dicte Theoderice deponere, cum conditione consueta.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 252v-253r
28 november 1502
Jan Heim en Gozewijn van Brecht

Gerardus, filius quondam Henrici dicti Bonarts, Johannes dictus Staels, Henricxs., Gerardus, filius quondam Engberti dicti van den Kerchove, Petrus, filius quondam Willelmi dicti Schuytten, Johannes, filius quondam Reyneri Thijss., et Petrus, filius quondam Johannis dicti Smolnerss., hereditarie vendiderunt Henrico, filio quondam Arnoldi dicti Snoeck, ad opus sui quoad eius usufructum et ad opus Arnoldi et Elisabeth, suorum liberorum, ab ipso Henrico et quondam Heilwige, sua prima uxore, filia quondam Johannis Berkelmans, pariter genitorum, quoad eorum ius hereditarium annuum et hereditarium censum viginti quatuor florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in moneta et pecunia secundum modernam valuationem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Andree apostoli et pro primo solutionis termino ab Andree apostoli proxime futuro ultra annum et in Buscoducis, absque omni onere precarie domini nostri ducis ceterisque oneribus et incommodis, libere tradendum de et ex quodam prato primodicti Gerardi, duodecim vasatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Buedel, in tribunali de Zoerendonck, inter hereditatem ad mansum, dictum die te Coudenberch, spectante, Johannis van den Berge ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Willelmi dicti Zwevers ex alio, tendente ab hereditate liberorum Johannis dicti Nijs, ad communem plateam; item ex domo, area, horreo et orto ac hereditate sibi adiacente, dicti Johannis Staels, decem vasatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Maerheze, in tribuali de Zoerendonck predicto, inter hereditatatem ex utroque latere et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Godefridi, filii quondam Reyneri Thijss.; item ex pecia terre, tres vasatas terre vel circiter continente, dicti Gerardi van den Kerchove, sita in ultimodictis parochia et tribuali inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Heilwigis, relicte quondam Willelmi van den Berge, et eius liberorum ex alio, tendente ab hereditate Johannis dicti Nellen ad hereditatem Petri dicti Smolners; item adhuc ex quadam alia pecia terre eiusdem Gerardi van den Kerchove, eciam tres vasatas terre vel circiter continente, sita in parochia et tribunali ultimodictis, inter hereditatem Engberti dicti van den Kerchove ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Petri dicti Hermanss. ex alio, tendente a communi platea ad aquam ibidem currentem, die Aa vocatam; item ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus dicti Petri Schuyten, septem vasatas terre vel circiter continente, sitis in iamdictis parochia et tribunali, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Petri, filii quondam Gerardi dicti Cardinaels, ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Gerardi dicti Oedens.; item ex quodam prato, duas vasatas terre vel circiter continente, dicti Johannis Reyner Thijss., sito in parochia et tribunali ultimodictis, inter hereditatem liberorum quondam Henrici dicti Mennens ex uno et inter hereditatem Henrici dicti Martens ex alio, tendente a quodam aqueductu, dicto die Beeck, ad communem

viam ibidem; item adhuc ex quodam prato, duas et dimidiam vasatas terre vel circiter continente, eiusdem Johannis Reyner Thijs, sito ibidem inter hereditatem dicti Godefridi, filii quondam Reyneri Thijss., ex uno et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Maerheze ex alio, tendente ab hereditate Johannis dicti Delyens. ad communem plateam; item de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus secundodicti Petri, tres et dimidiam vasatas terre vel circiter continente, sitis in parochia et tribunali ultimodictis, inter communem plateam ex uno et fine uno et inter hereditatem Willelmi dicti die Bruyn ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem liberorum quondam Johannis dicti sBruynen, ut dicebant, ab eisdem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno modio siliginis hereditarie pactionis ex dicto prato primodicti Gerardi, duobus modiis siliginis ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus dicti Johannis Staels, dimidio brasdenario atque quarta parte unius grossi antiqui, ex dictis peciis terre dicti Gerardi van den Kerchove, censu fundi et tribus maldris siliginis ex domo, area, orto ac hereditatibus dicti Petri Scuyten, uno denario Gwillelmusthuyn vocato, ex dictis pratis dicti Johannis Reyner Thijss., dimidio grosso antiquo census fundi ac tribus mensuris, dictis cop, siliginis ex dicto domo, area, horreo, orto ac hereditatibus secundodicti Petri Smolners, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Heym et Brecht, datum XXVIII[a] novembris.

R1271, fol. 253r-253v
28 november 1502
Jan Heim en Gozewijn van Brecht

Et poterunt redimere perpetue cum et mediante quadringentis consimilibus florenis Renensibus, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses iusti ponderis, dictos gouden Rynsgulden, gerecht van gewicht, pro XXVIII novos florenos pronunc per archiducem Philippum noviter monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios et pecunias nae advenande, secundum eandem valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus Snoeck pro se et nomine dictorum suorum liberorum hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato Henrico et eius liberis legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes Heym et Brecht, datum XXVIII[a] novembris.

R1271, fol. 253v
28 november 1502
Jan Heim en Gozewijn van Brecht

Dicti venditores ut supra in contractu A scilicet venditionis signato, hereditarie vendiderunt dicto Henrico Snoeck hereditarium censum viginti unius consimilium florenorum Renensium, solvendum hereditarie Nativitatis Domini, et pro primo solutionis a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum et in Buscoducis absque omni onere precarie domini nostri ducis ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum de et ex dictis contrapigneribus dictorum venditorum, in dicto contractu A signato comprehensis, promittentes indivisi per totum ut supra.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 253v
28 november 1502
Jan Heim en Gozewijn van Brecht

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante tricentis et quinquaginta consimilibus florenis Renensibus in dicta contractu redemptionis nominatis, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato Henrico legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 253v
29 november 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Ghiselbertus die Cock medietatem et attinencias universas domus lapidee et aree, que fuerat quondam Henrici Steenwech, sitas in Buscoducis ad forum, inter hereditatem Gerardi de Eyndoven ex uno et inter hereditatem Henrici Steenwech ex alio, quas medietatem et attinencias universas domus lapidee et aree predictas magister Petrus de Os ad opus dicti Ghiselberti die Cock erga Marcelum de Kryekenbeeck per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus magistri Henrici die Bye, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum penultima novembris.

R1271, fol. 253v
*deze akte is onvolledig*

Anthonius, filius quondam Arnoldi Michielss., hereditarie vendidit Woltero van der Rullen, filio quondam Henrici, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dandum videlicet in annali solutione, aur. s.

R1271, fol. 253v
*Deze akte is onvolledig en niet gepasseerd*

Anthonius, filius quondam Arnoldi Michiels, hereditarie vendidit michi ad opus confraternitatis.

R1271, fol. 253v-254r
1 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Anthonius, filius quondam Arnoldi Michielss., hereditarie vendidit Woltero van der Rullen ad opus confraternitatis Beate Marie Virginis in ecclesia Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureos florenos iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XXVIII novos florenos pronunc per archiducem Philippum monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van

gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Andree apostoli et in Buscoducis absque omni onere precarie domini ducis, ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditate sibi adiacente, maldratam terre vel circiter continente, dicti venditoris, sitis in parochia de Broegel, ad locum dictum Aen de Leedt, inter hereditatem heredum quondam Yde dicte Luykens ex uno et inter hereditatem Jordani dicti van Wolfsvinckel ex alio, tendente ab hereditate Thome dicte de Broegel ad communem plateam; item ex quodam prato, unam diurnatam prati vel circiter continente, sito ibidem inter hereditatem conventus de Hoodonck ex uno et inter hereditatem Wolteri dicti Geritss. ex alio, tendente ab hereditate dicti Jordani et quorundam aliorum ad quendam aqueductum ibidem, die Beeck vocatum, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno vase siliginis ex domo, area, orto ac hereditate predictis atque sex denariis, denariis Vlemsschen communiter vocatis, ex dicto prato annuatim prius e iure solvendum, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa condicione quod dictus venditor dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue, simul et semel, quemlibet videlicet dictorum florenorum cum sedecim florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione novos aureos florenos per archiducem Philippum monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, quemlibet scilicet ad viginti quinque stuvers, et nullam aliam monetam seu pecuniam et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Wolterus nomine dicte confraternitatis hoc palam recognovit et sub obligatione bonorum dicte confraternitatis dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prepositum pro tempore dicte confraternitatis legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes Berkel et Borchgreve, datum prima decembris, in crastino beati Andree apostoli.

R1271, fol. 254r
1 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Johannes et Elisabeth, eius soror, liberi Nycolai dicti Lijbrechs, ab eodem et quondam Katharina, sua uxore, filia quondam Johannis dicti Loeken, filii quondam Gerardi dicti van den Ham, pariter geniti, Christianus dictus van der Aa, filius quondam Danielis van der Aa, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katharine, sue uxoris, et Theodericus, filius quondam Theoderici dicti van den Hoevel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Ermgardis, sue uxoris, filiarum dictorum Nycolai et quondam Katharine, sue uxoris, cum tutore, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Nycolaus dictus Coel, filius quondam Zeberti dicti die Dorre, promiserat se daturum et soluturum Nycolao dicto Coelken, filio quondam Johannis dicti Dorre, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis traditurum de et ex medietate, que ad Arnoldum dictum de Berlijkem, filium quondam Aelberti dicti van den Dyck, olim spectabat in pecia terre, sita in parochia de Berlijkem, inter hereditatem Mette Deenkini ex uno et inter hereditatem Elisabeth dicte de Zonne ex alio, et ex attinentiis eiusdem medietatis predicte pecie terre, singulis et universis, atque ex edificiis in eadem medietate consistentibus, scilicet ex illa medietate, que sita est versus oriens, prout in litteris, et quam pactionem dictus Nycolaus dictus Coelken, filius quondam Johannis dicti die Dorre, prefato Johanni dicto Loeken, suo genero, hereditarie supportaverat, prout in aliis litteris, hereditarie supportaverunt Aleydi, relicte quondam Henrici de Aerle, begine Maioris Curie beginarum in Buscoducis, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda

ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum dictorum Nycolai et quondam Katharine, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Johannis Loeken ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa indivisi in casu quo dicta pactio imposterum via iuris dicte Aleydi evinceretur aut si dicta contrapignora eiusdem pactionis imposterum iuridice insufficientia et non satis secura inventa fuerint, quod tunc dicti supportantes adstatim huiusmodi evictione facta aut dampnis in dictis contrapigneribus perpessis, refundent et refundere tenebuntur dicte Aleidi summam octuaginta florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, unacum censu annali ac expensis ea occasione factis; quibus refusis eadem Aleidis dictam pactionem prefatis supportantibus resuperabit et resuperare tenebitur, simul cum dictis litteris et iuribus, ac omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, promittet absque dolo.
Testes Berkel et Borchgreve, datum prima decembris.

R1271, fol. 254v
1 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Supradicti Johannes et Elisabeth, eius soror, necnon Christianus et Theodericus tamquam mariti et tutores, ut supra, cum tutore, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex pecia terre arabilis, septem lopinatas terre vel circiter continente, sita infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Dungen, ad locum dictum die Sporct, inter hereditatem Henrici dicti Spierincxsoen ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Post et hereditatem Nycolai dicti Coell die Dorre, filii quondam Nycolai die Dorre ex alio, quam pactionem predictam dictus Nycolaus Coel die Dorre, filii *(sic)* quondam Nycolai dicti Coel die Dorre, erga Jacobum, filium quondam Andree dicti Keelbreker, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit supradicte Aleidi, begine, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum dictorum Nycolai Lijbrechs et quondam Katharine, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Nycolai dicti Coel die Dorre, filii quondam Nycolai die Dorre, ac suorum heredum deponere. Promiserunt insuper indivisi sub obligatione premissa in casu quo dicta pactio imposterum via iuris dicte Aleydi evinceretur aut si dicta pecia terre imposterum iuridice insufficiens inventa fuerunt et non satis secura, quod tunc dicti supportantes adstatim huiusmodi evictione facta aut dampnis in eadem pecia perpessis**,** refundent et refundere tenebuntur dicte Aleidi summam viginti consimilium florenorum Renensium unacum censu annali ac expensis ea occasione factis; quibus refusis, eadem Aleidis dictam pactionem prefatis supportantibus resuperabit et resuperare tenebitur, simul cum dictis litteris et iuribus, ac obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, promittet absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 254v-255r
1 december 1502
Jan Back en Gerit van Berkel

Alsoe Hillegont, weduwe wilneer Aelberts van Berze**,** geconstitueert ende gesedt hadde Francken van Langel, Arnden Paeuweter ende Arnden van Berze hair facteurs ende procureurs, gevende denselven ende elcken van hen volcomen macht te manen, te heffen, tontfangen ende ofs noot weere met wegen van recht te vervolgen allen hair thynsen, renten ende pachten ende dairtoe allen hair zaken, zoe wair zij die te doen hedde, metten recht te

vervolgen, met volcomen macht te substitueren enen procureur oft procureurs die dezelve macht hebben zouden die de voirs. principael constitueerde procureurs hebben, prout in instrumento videtur contineri, soe is gestaen voir scepenen hieronder gescreven die voirs. Franck, willende in desen gebruycken tgeen dat hem in den voirs. instrument verleent is, ende heeft geconstitueert Henric die Sceper, vorster tot Erpe, zijnen substituyt, gevende denselven volcomen macht die sake dairaf hij vanwegen Jans Mertens, naeman doen hy leefde der voirs. Hillegonden, als van drie ponden, aldaer tot Erpe in recht steet, aldaer in recht voirts te vervolgen ende generalic allet dair inne voirts te doen dat die voirs. Hillegonde oft die voirs. hairen geconstituerde procureurs in haren name selver zouden moigen doen, oft zij jegenwoirdich waren.
Testes Back ende Berkel, datum supra.

R1271, fol. 255r
2 december 1502
Jan Back en Gerit van Berkel

Ghiselbertus, filius quondam Henrici dicti Wouterss., hereditarie vendidit Ghiselberto, filio quondam Reyneri dicti Gysbrechss., hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Nuenen, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter et in Nuenen tradendam et deliberandam de et ex pecia terre arabilis, tres lopinatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sita in parochia de Gerwen, ad locum dictum Op geen Hoycker, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Gerwen ex uno et inter hereditatem Wolteri, filii dicti quondam Henrici Wouterss., **fratris** dicti venditoris ex alio, tendente cum uno fine ad semitam ecclesie ibidem; item adhuc ex quadam pecia terre arabilis, tres et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sita in eadem parochia de Gerwen, ad locum predictum Op geen Hooycker vocatum, inter hereditatem Wolteri predicti ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti van der Voirt et eius liberorum ex alio, tendente a dicta semita ecclesie ad quandam communem viam ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi ex premissis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Back et Berkel, datum secunda decembris.

R1271, fol. 255r
2 december 1502
Jan Back en Gerit van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum viginti octo peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia secundum modernam valuationem pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ octo stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccen et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 255r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Johannes, filius Johannis dicti van Ham, sartor, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Marie, sue uxoris, filie quondam Hermanni dicti de Os, naturalis, relicte quondam Hermanni de Hoeps, et ipsa Maria cum eodem tamquam cum suo tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in pecia terre arabilis, tres vasatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Os, in loco dicto In de Royen, et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno et inter hereditatem eiusdem Mense, heredum quondam Deenkini dicti Aben et plurium aliorum ibidem ex alio, tendente ab hereditate Mense Sancti Spiritus in Os ad hereditatem Johannis dicti de Os Dircxs., in ea qualitate qua dicta pecia terre pronunc ibidem sita est, ut dicebat, legitime supportaverunt Henrice, filie quondam Hermanni de Hoeps et Marie predictorum, et effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impeticionem ex parte eorum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 255v
3 december 1502
Jan Back en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Henrica, cum tutore, supradictam peciam terre hereditarie vendidit Ghiselberto dicto Beert, filio quondam Nycolai dicti Beerten, ab eodem, promittens et cum ea dicti Johannes et Maria, eius uxor legitima, cum eodem tamquam cum suo tutore indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 255v
*Deze akte is onvolledig en niet gepasseerd*

Gerardus dictus de Heessel, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Adriane, sue uxoris, relicte quondam Petri de Zittart, filii quondam Wolteri de Zittart, et ipsa Adriana, cum eodem Gerardo, suo marito, tamquam cum suo tutore, usufructum dicte Adriane, ut dicebat, competentem in uno modio bone et dative siliginis hereditarie pactionis, mensure de Eerssel, quem modium siliginis predictum Arnoldus, filius Symonis Slaets, et Heilwigis, eius uxor, filia quondam Henrici van Zittart, promiserant se daturos Henrico, filio Henrici Smeets, et Elisabeth, eius uxori, filie quondam Henrici de Zittart predicti, anno quolibet hereditarie in festo.

R1271, fol.  255v
*deze akte is onvolledig*

Alsoe questie ende gescille geresen waren ende noch in toecomende tyden oprysen zouden mogen tussen den erfgenamen wilen Peters ende Margrieten van Zittart, kijnderen wylen Wouters van Zittart, Geritden van Heessel, van wegen Adrianen, zijnre huysvrouwen, wedue wylen Peters van Zittart voirs.

R1271, fol. 255v-256r
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Gerardus dictus de Heessel, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Adriane, sue uxoris, relicte quondam Petri de Zittart, filii quondam Wolteri de Zittart, et ipsa Adriana cum eodem Gerardo, suo marito, tamquam cum suo tutore, usufructum dicte Adriane, ut dicebat, competentem in uno modio bone et dative siliginis hereditarie pactionis, mensure de Eerssel, quem modium siliginis predictum Arnoldus, filius Symonis Slaets, et Heilwigis, eius uxor, filia quondam Henrici van Zittart, promiserant se daturos Henrico, filio Henrici Smeets et Elisabeth, eius uxori, filie quondam Henrici de Zittart predicti, anno quolibet hereditarie Purificationis ex quadam hereditate, dicta een Gelage, cum suis edificiis et attinentiis, quondam spectantibus ad Henricum de Zittart, sitis in parochia de Eyck, cum uno latere iuxta hereditatem Willelmi, filii Johannis Ghyzen, et cum alio latere iuxta hereditatem Elisabeth Maes et eius liberorum, et quem modium siliginis predictum Wolterus de Zittart, filius Henrici de Zittart, erga Henricum Smeets, filium quondam Henrici Smeets de Gestel, acquisierat, prout in litteris de Buscoducis; insuper in quatuordecim lopinis bone et dative siliginis mensure de Eerssel, quos Arnoldus, filius Symonis Slaets, et Heilwigis, eius uxor, filia Henrici de Zittart, solvere promiserant Woltero de Zittart, filio quondam Henrici de Zittart, hereditarie Purificationis ex quadam hereditate, dicta een Gelage, cum domibus et suis attinentiis, sitis in parochia de Eycke, cum uno latere ad hereditatem quondam Willelmi, filii Johannis Ghyzen, et cum alio latere ad hereditatem Elisabeth Maes et eius liberorum; insuper in tribus lopinis bone et dative siliginis mensure de Eerssel, quos Arnoldus, filius Symonis Slaets, et Heilwigis, eius uxor, filia quondam Henrici de Zittart, solvere promiserant Henrico, filio quondam Henrici de Zittart, ad opus liberorum Gerardi, sui fratris, hereditarie Purificationis ex quadam hereditate, dicta een Gelage, cum domibus et attinentiis suis, sitis in parochia de Eyck, olim spectantibus ad Henricum de Zittart, cum uno latere ad hereditatem Willelmi, filii Johannis Ghyzen, et cum alio latere ad hereditatem Elisabeth Maes et suorum liberorum, quos tres lopinos siliginis predictos Wolterus, filius quondam Henrici de Zittart, erga Johannem, filium quondam Gerardi de Zittart, acquisierat; insuper adhuc in quinque lopinis siliginis dicte mensure, quos Arnoldus, filius quondam Symonis Slaets, et Heilwigis, eius uxor, predicti solvere promiserant Henrico, filio quondam Henrici de Zittart, hereditarie Purificationis, ex hereditate cum suis domibus et attinentiis predictis, et quos quinque lopinos siliginis predictos Wolterus, filius quondam Henrici de Zittart, erga dictum Henricum, filium quondam Henrici de Zittart, acquisierat, ut videtur in diversis litteris de Eerssel contineri, legitime supportaverunt michi ad opus verorum heredum dicti quondam Petri de Zittart et quondam Margarete, sue sororis, filie dicti quondam Wolteri de Zittart, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda decembris.

R1271, fol. 256r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Petrus, Aleidis et Yda, liberi quondam Arnoldi dicti Boysen, ab eodem quondam Arnoldo et quondam Jutta, sua uxore, filia quondam Petri Lippen, pariter geniti, videlicet dictus Petrus pro se ipso et pro Nella, sua sorore, filia quondam Arnoldi Boysen et Jutte predictorum, Philippus dictus Lip et Johannes, fratres, liberi quondam Anthonii Engbrechss. de Velthoven, ab eodem quondam Anthonio et quondam Margareta, sua uxore, filia quondam Petri Lippen predicti, pariter geniti, videlicet dictus Johannes pro se ipso et pro Engberto, suo fratre, atque Martinus, filius quondam Stephani van den Hobbelen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie dicti quondam Petri Lippen, tamquam veri heredes et

succesores dictorum quondam Petri de Zittart et quondam Margarete, sue sororis, saltem de latere quondam Heilwigis, filie dicti quondam Petri Lippen, matrisque eorundem quondam Petri et Margarete de Zittart, cum tutore, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsos, ut dicebat, spectante in uno modio, quatuordecim lopinis, tribus lopinis ac quinque lopinis bone et dative siliginis predictis, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iure occasione, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et quorumcumque heredum et successorum dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, de latere vero predicte quondam Heilwigis, eorum matris, deponere. Promiserunt insuper dicti Petrus Boysen et Johannes, filius quondam Anthonii Engbrechs, sub obligatione premissa divisi, videlicet dictus Petrus obligationem et impetitionem ex parte dicte Nelle, sue sororis, et dictus Johannes obligationem et impetitionem ex parte dicti Engberti, sui frartris, deponere. Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 256r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset prout in contractu supportationis usufructus, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Willelmus de Zittart, filius quondam Marcelii de Zittart, et Henricus, filius quondam Henrici dicti Smeets, pro se ipso et pro Margareta, sua sorore, filia dicti quondam Henrici Smeets, tamquam coheredes et successores dictorum quondam Petri de Zittart et Margarete, sue sororis, de latere vero dicti quondam Wolteri de Zittart, patris eorundem quondam Petri et Margarete de Zittart, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in uno modio, quatuordecim lopinis, tribus lopinis et quinque lopinis bone et dative siliginis predictis, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iure occasione, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et suorum heredum deponere. Promisit insuper dictus Henricus sub obligatione premissa obligationem et impetitionem ex parte dicte Margarete, sue sororis, et suorum heredum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum ut iam immediate supra.

R1271, fol. 256r
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Supradictus Gerardus, tamquam maritus dicte Adriane, sue uxoris, et ipsa cum eodem ut supra, usufructum dicte Adriane, ut dicebant, competentem in tribus modiis siliginis hereditarie pactionis de novem modiis siliginis hereditarie pactionis, de hereditaria pactione quindecim modiorum siliginis mensure de Buedel, quos quindecim modios siliginis Johannes, filius Johannis Hersebayes, solvere promiserat Johanni, filio quondam Henrici van der Braken, hereditarie Purificationis ex hereditatibus infrascriptis, quas dictus quondam Johannes, filius Johannis Hersebaeyes, erga dictum Johannem, filium quondam Henrici van der Braken, pro dicta pactione quindecim modiorum siliginis et quibusdam aliis oneribus acquisierat, videlicet ex domibus cum suis attinentiis et prato, dicto den Papenbeempt, sitis in parochia de Buedel, cum uno latere ad hereditatem Gerardi Janss. et cum alio latere ad hereditatem Willelmi Storms; item ex prato, dicto den Vonderbeempt, sito iuxta aggerem, cum uno latere ad communitatem, dictam tGemeyne Broeck; item ex pecia terre, dicta die Hoobrake, sita cum uno latere ad communitatem et cum alio latere ad hereditatem Henrici van der Braken; item ex hereditate, dicta dat Houtloeck, et ex hereditate sibi adiacente, dicta

die Mortel, cum suis attinentiis, sitis cum ambobus lateribus ad communitatem; item ex hereditate, dicta die Hoodonck, item ex pecia hereditatis, dicta dat Broecxken; item ex uno aggere, sito retro Vroenhoven; item ex pecia hereditatis, dicta Erkenhove; item ex pecia terre, dicta dat Haverlant; item ex pecia terre, dicta dat Wyerackerken; item ex pecia terre, dicta die Hoofacker, quos tres modios siliginis primodictos Petrus, filius quondam Petri dicti Lippen, Anthonius Engbrechs, tamquam maritus et tutor legitimus Margarete, sue uxoris, filie quondam Petri predicti, Petrus Boysen pro Jutta, sua matre, filia dicti quondam Petri Lippen, et Iohanna, filia eiusdem quondam Petri Lippen, hereditarie supportaverant et resignaverant Woltero, filio quondam Henrici de Zittart; item adhuc in uno modio siliginis hereditarie pactionis, de quinque modiis siliginis hereditarie pactionis, de predicta hereditaria pactione quindecim modiorum siliginis, qui unus modius siliginis iamdictus Heilwigi, filie quondam Petri Lippen. mediante quadam divisione hereditaria inter ipsam et suos coheredes dudum habita, in partem cesserat, ut videtur in diversis litteris de Oerle contineri, legitime supportaverunt michi ad opus verorum heredum dicti quondam Petri de Zittart et quondam Margarete, sue sororis, filie dicti quondam Wolteri de Zittart, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda decembris.

R1271, fol. 256v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti heredes ex parte matris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, de quibus ut supra nominibus, cum tutore, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in tribus modiis et uno modio siliginis supradictis, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iure occasione, promittentes per totum ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgrene, datum tercia decembris.

R1271, fol. 256v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu supportationis usufructus ultimodicto, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus et Henricus, heredes ex parte patris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, omnino ut supra, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in tribus modiis et uno modio siliginis predictis, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iure occasione, promittentes per totum ut supra, mutatis mutandis.
Testes, datum iam immediate supra.

R1271, fol. 256v-257r
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Supradicti Gerardus et Adriana, eius uxor, ut supra, usufructum dicte Adriane, ut dicebant, competentem in triginta solidis annii et hereditarii redditus pecunie bone et dative, grosso Turonensi monete regis Francie pro sedecim minimis in hiis computato vel alterius

equivalentis pagamento, quos Johannes dictus Culeman de Wetten vendiderat et se vendidisse titulo iuste venditionis recognoverat Willelmo, filio quondam Rodolphi dicti Myseken de Eyndoven, singulis annis imposterum perpetuo et hereditario iure solvere in Nativitate Beate Marie Virginis de domo et horreo cum fundis eorundem et septis adiacentibus quondam Henrici dicti Vouchten, sitis in parochia ville de Nuenen, iuxta mansionem Willelmi dicti Pisegalle, et quos triginta solidos hereditarii redditus Petrus, filius quondam Petri Lippen, pro se et pro Johanne de Genp, Woltero, filio quondam Henrici de Zittart, hereditarie supportaverat, ut videtur in diversis litteris de Eyndoven contineri, et quos triginta solidos dictus Petrus, filius quondam Wolteri de Zittart, erga Margaretam, eius sororem, coram scabinis opidi de Antwerpia acquisierat, ut videtur in litteris scabinorum opidi Antwerpiensis contineri, legitime supportaverunt michi ad opus verorum heredum et successorum dicti quondam Petri de Zittart et quondam Margarete, sue sororis, filie dicti quondam Wolteri de Zittart, simul cum dictis litteris, instrumentis et iuribus occasione, promittentes per totum ut supra.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda decembris.

R1271, fol. 257r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iamsupra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti heredes ex parte matris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, medietatem ac totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante, in dictis triginta solidis hereditarii redditus predicti, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et promittentes per totum ut supra.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 257r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum adhuc ita actum esset ut in contractu supportationis usufructus ultimodicto, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus de Zittart et Henricus, coheredes ex parte patris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, omnino ut supra, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante, in dictis triginta solidis hereditarii redditus predicti, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et promittentes per totum ut supra.
Testes, datum iam immediate supra.

R1271, fol. 257r
1 december [1503][3]
Lucas van Erp en Jan Monix

Dictus Gerardus dictos triginta solidos hereditarii reddictus hereditarie supportavit Thome, filio quondam Lamberti Maess., simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super

[3] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen. Lucas van Erp en Jan Monix zijn schepenen in het schepenjaar 1503, dat loopt van 1 oktober 1503 tot 30 september 1504, zie Jacobs, Justitie en Politie, 269.*

omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et ex parte quorumcumque heredum dictorum quondam Petri et Margarete, sue sororis, deponere. Testes Erpe et Monix, datum prima decembris.

R1271, fol. 257r-257v
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Supradicti Gerardus et Adriana, eius uxor, cum eodem ut supra, usufructum dicte Adriane, ut dicebant, competentem in tribus et dimidio modiis bone et dative siliginis hereditarie pactionis recte mensure de Oirle, quos Henricus, filius Henrici Hasselmans, hereditarie solvere promiserat Willelmo, filio Theoderici van den Lair, Purificationis ex hereditatibus infrascriptis que ad quondam Henricum Hasselman, suum generem, protunc consueverant, sitis in parochia de Wynterle, videlicet ex medietate domus et orti sibi adiacentibus, sitis cum uno latere ad hereditatem Henrici predicti et cum alio latere ad plateam communem; item ex medietate unius orti, siti cum uno latere iuxta hereditatem liberorum quondam Rutgeri Zwitten et cum alio latere ad hereditatem Henrici Zwitten; item ex medietate orti cum medietate prati sibi adiacentis, dicti dat Bochtken, siti cum uno latere iuxta hereditatem Ermgardis Zwitten et cum alio latere iuxta hereditatem Henrici de Mispel; item ex quarta parte hereditatis, dicti dat Hanendael, site cum uno latere iuxta hereditatem Reyneri de Doerre et cum alio latere iuxta hereditatem Yde Mertens et Connegondis, sue sororis; item ex quarta parte pecie terre, dicte die Hagedoeren, site cum ambobus lateribus iuxta hereditatem Yde et Connegondis predictarum; item ex quarta parte hereditatis, dicte Bocht, dicte communiter Coenenhoevel, site cum uno latere iuxta hereditatem Yde et Connegondis predictarum et cum alio latere ad communitatem; item ex quarta parte hereditatis, dicte die Nederinge, site cum uno fine ad hereditatem Yde et Connegondis predictarum et cum alio fine ad communitatem; item ex huiusmodi parte, dicto Willelmo in partem cessa in manso cum suis attinentiis, dicto Minmans hoeve, inquantum ad dictum Henricum Hasselmans spectare consueverat, sitis cum uno latere ad communitatem et cum alio latere ad hereditatem Yde et Connegondis predictarum; item ex huiusmodi parte, dicto Willelmi in partem cessa in manso, dicto Maes hoeve, inquantum idem mansus ad dictum Henricum Hasselmans spectare consueverat; item ex huiusmodi parte, quam dictus Willelmus dividere habet in tertiis hereditatibus, adhuc indivisis executis inter ipsum Willelmum et Yda (sic) et Connegondem predictos; item ex quarta parte pecie terre, site cum uno latere iuxta hereditatem liberorum Henrici Zwitten et cum alio latere iuxta hereditatem Beatricis Zwitten; item ex quarta parte prati, dicti die Mortel, siti in parochia de Oirscot, cum uno latere et cum uno fine ad communitatem et cum alio latere ad hereditatem Heilwigis Smolners et suorum liberorum; item ex parte ipsius Willelmi in huiusmodi pactionibus hereditariis, quas dictus Henricus Hasselmans solvendas habuit et inquantum sibi in partem cesse fuerant post mortem Hadewigis, sue *(ontbreekt)*, ubicumque locorum reperiendorum, excepta huiusmodi parte quam dictus Henricus, suus gener**,** possidet quoad usufructum, quas hereditates predictas, excepta sua parte in novem modiis siliginis, dictus Henricus erga dictum Willelmum van den Lair pro dictis tribus et dimidio modiis siliginis et quibusdam aliis omnibus ad pactum acquisierat; item ex medietate orti cum medietate prati sibi adiacentis ad dictum Henricum spectante, dicti dat Bochtken, siti cum uno latere iuxta hereditatem Ermgardis Zwitten et cum alio latere ad hereditatem Johannis de Myspel, de quibus tribus et dimidio modiis siliginis predictis Petrus, filius quondam Wolteri de Zittart, ad opus eiusdem Wolteri, sui patris, tres modios erga liberos dicti Willelmi van den Lair, et dimidium modium erga Judocum et Johannem Martens acquisierat; insuper adhuc in tribus et dimidii lopinis siliginis hereditarie pactionis, mensure de Oirle, quos Judocus, filius quondam Johannis de Myspel, solvere

promiserat Petro, filio Arnoldi Boysen, ad opus Petri, filii quondam Wolteri de Zittart, hereditarie Purificationis ex medietate domus et orti, sitorum in parochia de Winterle, cum uno latere iuxta hereditatem quondam Henrici Hasselmans et cum alio latere ad plateam; item adhuc ex medietate diversarum hereditatum ibidem sitarum, quas dictus Judocus erga eundem Petrum de Zittart acquisierat, ut videbantur hec omnia in diversis litteris de Oirle contineri, legitime supportaverunt michi ad opus verorum heredum et successorum dictorum quondam Petri et Margarete, eius sororis, de Zittart, et promittentes per totum ut supra.
Testes Berkel et Borchgrene, datum secunda decembris.

R1271, fol. 257v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immedetate supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti heredes ex parte matris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart ut supra, medietatem ac totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in tribus et dimidio modiis siliginis ac tribus et dimidio lopinis siliginis hereditariarum pactionum predictarum, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et promittentes per totum ut supra.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 257v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum adhuc ita actum esset ut supra in contractu supportationis usufructus ultimodicto, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus de Zittart et Henricus, tamquam coheredes ex parte patris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, omnino ut supra, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dictis tribus et dimidio modiis ac tribus et dimidio lopinis siliginis hereditariarum pactionum predictarum, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et promittentes per totum ut supra, mutatis mutandis.
Testes, datum ut iam immediate supra.

R1271, fol. 257v-258r
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicti Gerardus et Adriana, eius uxor, cum eodem ut supra, usufructum dicte Adriane, ut dicebant, competentem in duobus modiis et duobus lopinis bone et dative siliginis hereditarie pactionis, mensure de Oirle, quos Johannes, filius Johannis Hazen, solvere promiserat Petro Henricxzoen, hereditarie Purificationis ex hereditatibus infrascriptis, sitis in parochia de Zonderwijck, videlicet ex pecia terre cum domibus super eadem stantibus, sitis cum utroque latere iuxta hereditates Jacobi van der Locht et cum uno fine ad communitatem; item ex pecia terre, dicta dat Stymminc, sita cum uno latere iuxta hereditatem Rutgeri Scosters et cum alio latere iuxta hereditatem Johannis Hoghen; item ex dimidio prato, dicto Dynrelair, sito cum uno latere iuxta hereditatem Mathie, filii Henrici Thyss., et cum alio latere ad communitatem; item ex pecia terre, sita int Westervelt, dicta die Langstreepe, cum uno latere iuxta hereditatem Willelmi van der Teynden et cum alio latere ad communitatem; item ex medietate medietatis cuiusdam prati, dicti Dyenrelair, siti cum uno latere iuxta hereditatem

Rutgeri Scosters, cum uno fine ad communitatem et cum alio fine op die Aa, quos duos modios et duos lopinos siliginis predictos Wolterus, filius Henrici de Zittart, erga Johannem die Gruyter acquisierat, ut videtur in litteris de Oirle contineri, legitime supportaverunt michi ad opus dictorum verorum heredum et successorum dictorum quondam Petri et Margarete, et promittentes per totum ut supra.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda decembris.

R1271, fol. 258r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti heredes, de quibus supra, ex parte matris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dictis duobus modiis et duobus lopinis siliginis hereditarie pactionis predictis, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 258r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu supportationis usufructus ultimodicto, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus de Zittart et Henricus, tamquam coheredes ex parte patris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dictis duobus modiis et duobus lopinis siliginis hereditarie pactionis predicte, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius per totum ut supra, mutatis mutandis.
Testes et datum ut iam immediate supra.

R1271 fol. 258r
1 december [1503][4]
Jan Monix en Gerlach de Rover

Dictus Gerardus dictos duos modios et duos lopinos siliginis hereditarie supportavit Thome, filio quondam Lamberti Maeszoen, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Monix et Roever, datum prima decembris.

R1271, fol. 258r
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

[4] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen. Jan Monix en Gerlach de Rover zijn schepenen in het schepenjaar 1503, dat loopt van 1 oktober 1503 tot 30 september 1504, zie Jacobs, Justitie en Politie, 269*.

Dicti Gerardus et Adriana, eius uxor, cum eodem ut supra, usufructum sibi, ut dicebant, competentem in decem et octo lopinis bone et dative siliginis hereditarie pactionis, mensure de Oirle, quos Johannes, filius Mathei Houtmans, recognoverat se promisisse solvere teneri hereditario iure Marcelio, filio Johannis de Zittart, anno quolibet Purificationis ex pecia terre, sita in parochia de Zonderwijck, cum uno latere iuxta hereditatem Wolteri van den Dijck et suorum liberorum et cum alio latere et uno fine iuxta hereditatem, spectantem ad domum de Postula, et cum alio fine ad communem vicum, quam pactionem Wolterus, filius Henrici de Zittart, erga Marcelium de Zittart acquisierat, ut videtur in litteris de Oirle contineri, legitime supportaverunt michi ad opus dictorum verorum heredum et successorum dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda decembris.

R1271, fol. 258r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti heredes, de quibus supra nominibus, ex parte vero matris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, cum tutore, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dictis decem et octo lopinis siliginis hereditarie pactionis predicte, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius per totum ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 258r-258v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu supportationis usufructus ultimodicto, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dictus Willelmus de Zittart et Henricus, tamquam coheredes ex parte dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ex parte eorum patris, ut supra, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dictis decem et octo lopinis siliginis hereditarie pactionis predicte, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius per totum ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 258v
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicti Gerardus et Adriana, eius uxor, cum eodem ut supra, usufructum dicte Adriane, ut dicebant, competentem in dimidio modio bone et dative siliginis hereditarie pactionis, mensure de Oirle, quem dimidium modium siliginis predictum Godefridus Spapen solvere promiserat Anthonio Engbrechss., hereditarie Purificationis ex pecia terre, dicta den Winckelacker, sita in parochia de Zonderwijck, cum uno latere iuxta hereditatem Petri Vrancken et cum alio latere iuxta hereditatem liberorum Petri Cocx, et quem dimidium modium siliginis predictum Wolterus, filius Henrici de Zittart, erga Johannem, filium quondam Gerardi de Heerle, acquisierat, ut videtur in litteris de Oirle contineri, legitime supportaverunt michi ad opus dictorum verorum heredum et successorum dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.

Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda decembris.

R1271, fol. 258v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti heredes, de quibus supra nominibus, ex parte vero matris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, cum tutore, medietatem ac totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, ut dicebant (*sic*), spectante in dicto dimidio modio siliginis hereditarie pactionis predicte, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 258v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu supportationis usufructus ultimodicto, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus de Zittart et Henricus, tamquam coheredes ex parte patris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dicto dimidio modio siliginis hereditarie pactionis predicte, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius ut supra per totum, mutatis mutandis.
Testes et datum ut iam immediate supra.

R1271, fol. 258v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dictus Gerardus de Heessel totum ius hereditarium ad ipsum spectans in dimidio modio siliginis predicto, hereditarie supportavit dicto Johanni, filio quondam Anthonii Engbrechssoen de Velthoven, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes et datum ut iam immediate supra.

R1271, fol. 258v-259r
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicti Gerardus et Adriana, eius uxor, cum eodem ut supra, usufructum dicte Adriane, ut dicebant, competentem in uno modio bone et dative siliginis hereditarie pactionis, mensure de Oirle, quem modium siliginis Willelmus Goedevaerts, filius domini Godefridi de Wijnterle, solvere promiserat et recognoverat se teneri Petro van den Kerchove, hereditarie Purificationis ex pecia hereditatis, sita in parochia de Oirle, cum uno latere et uno fine iuxta hereditatem Michaelis, filii Wolteri Smolners, et cum alio latere iuxta hereditatem Arnoldi van den Venne et Wolteri van der Donck; item ex hereditate cum edificiis suis, dicta een Gelage, sita in parochia predicta, inter hereditatem Lamberti van den Venne ex uno et inter hereditatem Petri predicti ex alio et fine uno, tendente ad communem plateam cum alio fine,;item ex hereditate, dicta enen Bocht, sita in parochia predicta, inter hereditatem Johannis

de Herlair et Hermanni Scoemekers ex uno et inter hereditatem Mathei de Zittart ex alio; insuper adhuc usufructum dicte Adriane competentem in iamdicta hereditate, den Bocht vocata, quem unum modium siliginis predictus Wolterus, filius quondam Henrici de Zittart, erga dictum Petrum van den Kerchove acquisierat, et quam hereditatem, Bocht vocatam, dictus quondam Petrus de Zittart per iudicem mediante sententia scabinorum de Oirle, acquisierat, ut videtur in diversis litteris de Oirle contineri, legitime supportaverunt michi ad opus dictorum verorum heredum et successorum dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda decembris.

R1271, fol. 259r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti heredes, de quibus supra nominibus, ex parte vero matris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, cum tutore, medietatem ac totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dicto uno modio siliginis ac hereditate, Bocht vocata, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 259r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu supportationis usufructus ultimodicto, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus de Zittart et Henricus, tamquam coheredes ex parte patris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart ut supra, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in uno modio siliginis et hereditate, Bocht vocata, predictis, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes et datum ut iam immediate supra.

R1271, fol. 259r
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Gerardus et Adriana, eius uxor, cum eodem, predictum usufructum dicte Adriane, ut dicebant, competentem in decem lopinis bone et dative siliginis hereditarie pactionis, recte mensure de Oirle, quos Gerardus Geritss. promiserat et solvere tenebatur Woltero, filio quondam Johannis Rutgerss. van der Vuestbraken, hereditarie Purificationis ex quarta parte bonorum cum suis attinentiis, sitorum op die Vlutte, in parochia de Oirle; item ex quatuor lopinis siliginis dicte mensure, quos dictus Gerardus in quarta parte dictorum bonorum cum suis attinentiis solvendos habuit, et quos decem lopinos siliginis pactionis predicte Wolterus, filius quondam Henrici de Zittart, erga Johannem, filium Johannis die Gruyter, acquisierat, ut videtur in litteris de Oirle contineri, legitime supportaverunt michi ad opus dictorum verorum heredum et successorum dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda decembris.

R1271, fol. 259r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti heredes, de quibus supra nominibus, ex parte vero matris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, cum tutore, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dictis decem lopinis siliginis hereditarie pactionis predicte, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heesel, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 259r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu supportationis ultimodicto, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus de Zittart et Henricus, tamquam coheredes ex parte patris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dictis decem lopinis siliginis hereditarie pactionis predicte, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes et datum ut iam supra.

R1271, fol. 259r
1 december [1503][5]
Jan Monix en Gerlach de Rover

Dictus Gerardus dictos decem lopinos siliginis hereditarie supportavit Lipperto, filio quondam Anthonii Engbrechss., ad opus sui quoad eius usufructum et Anne, eius filie, quoad ad ius hereditarium, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Monix et Roever, datum prima decembris.

R1271, fol. 259r-259v
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicti Gerardus et Adriana, eius uxor, cum eodem ut supra, usufructum dicte Adriane, ut dicebant, competentem in novem lopinis bone et dative siliginis hereditarie pactionis, mensure de Oirle, quos Nycolaus, filius Gerardi van den Hoerinck, recognoverat se promisisse et hereditarie solvere tenebatur Cornelio Hasselmans anno quolibet Purificationis ex quadam hereditate, dicta een Gelage, cum domibus et attinentiis suis, sitis in parochia de Vessem, inter hereditatem Laurencii Sprincen ex uno et inter hereditatem Andree Joirdens ex

[5] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen. Jan Monix en Gerlach de Rover zijn schepenen in het schepenjaar 1503, dat loopt van 1 oktober 1503 tot 30 september 1504, zie Jacobs, Justitie en Politie, 269*.

alio et fine uno; item ex quodam prato quod dividitur, quod exponitur rydt, erga hereditatem Johannis Boyens, sito in parochia predicta, inter hereditatem Johannis Boyens ex uno et uno fine, et quos novem lopinos siliginis predictos Wolterus de Zittart erga Johannem, filium quondam Henrici Meeus Willen zoen, acquisierat, ut videtur in litteris de Oirle contineri, legitime supportavit michi ad opus verorum heredum et successorum dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda decembris.

R1271, fol. 259v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti heredes, de quibus supra nominibus, ex parte vero matris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, cum tutore, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dictis novem lopinis siliginis hereditarie pactionis predicte, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 259v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu supportationis usufructus ultimodicto, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus de Zittart et Henricus, tamquam coheredes ex parte patris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dictis novem lopinis siliginis hereditarie pactionis predicte, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes et datum ut iam immediate supra.

R1271, fol. 259v
1 december [1503][6]
Jan Monix en Gerlach de Rover

Dictus Gerardus dictos novem lopinos siliginis hereditarie supportavit Lipperto, filio quondam Anthonii Engbrechss., quoad eius usufructum et Anne, eius filie, quoad suum ius hereditarium, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui derponere.
Testes Monix et Roever, datum prima decembris.

R1271, fol. 259v
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

[6] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen. Jan Monix en Gerlach de Rover zijn schepenen in het schepenjaar 1503, dat loopt van 1 oktober 1503 tot 30 september 1504, zie Jacobs, Justitie en Politie, 269.*

Dicti Gerardus et Adriana, eius uxor, cum eodem ut supra, usufructum dicte Adriane, ut dicebant, competentem in huiusmodi novem lopinis siliginis hereditarie pactionis, mensure de Oirle, quos Gerardus, filius quondam Gerardi de Berze solvere promiserat Johanni, filio quondam Johannis van der Vuestbraken, hereditarie Purificationis ex quarta parte boni cum omnibus suis attinentiis, dicti die Vluet, quondam Johanni van der Vuestbraken, siti op die Vluet, in parochia de Oirle, quam quartam partem boni predicti cum suis attinentiis predictis dictus Gerardus erga dictum Johannem pro dictis novem lopinis siliginis hereditarie pactionis et quibusdam aliis oneribus ad pactum acquisierat, et quos novem lopinos siliginis predictos Wolterus, filius quondam Henrici de Zittart, erga Johannem, filium quondam Lamberti van den Venne, acquisierat, ut videtur in litteris de Oirle contineri, legitime supportaverunt michi ad opus dictorum verorum heredum et successorum dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda decembris.

R1271, fol. 259v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti heredes, de quibus supra nominibus, ex parte vero matris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, cum tutore, medietatem ac totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dictis novem lopinis siliginis hereditarie pactionis predicte, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 259v-260r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu supportationis usufructus ultimodicto, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus de Zittart et Henricus, tamquam coheredes ex parte patris eorundem quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dictis novem lopinis siliginis hereditarie pactionis predicte, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes et datum ut iam immediate supra.

R1271, fol. 260r
1 december [1503][7]
Jan Monix en Gerlach de Rover

Dictus Gerardus dictos novem lopinos siliginis hereditarie supportavit Lipperto, filio quondam Anthonii Engbrechs, quoad eius usufructum et Anne, sue filie, quoad ius hereditarium, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Monix et Roever, datum prima decembris.

---

[7] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen. Jan Monix en Gerlach de Rover zijn schepenen in het schepenjaar 1503, dat loopt van 1 oktober 1503 tot 30 september 1504, zie Jacobs, Justitie en Politie, 269.*

R1271, fol. 260r
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dictus Gerardus de Heessel et Adriana, eius uxor legitima, cum eodem ut supra, usufructum dicte Adriane, ut dicebant, competentem in quinque lopinis bone et dative siliginis hereditarie pactionis, mensure de Oirle, quos Henricus, filius quondam Godefridi van den Eynde, recognoverat se promisisse et teneri Reynero, filio quondam Marcelii Bathens., hereditarie Purificationis,ex pecia terre, dicta die Hoeve, sita in parochia de Zeelst, inter hereditatem Henrici, filii quondam Everardi Roefs ex uno et fine uno et inter hereditatem Willelmi Gevarts ex alio, quos quinque lopinos siliginis hereditarie pactionis predictos Petrus Lippensz. erga dictum Reynerum acquisierat, et qui quinque lopini siliginis predicti mediante quadam divisione hereditaria inter Wolterum, filium quondam Henrici de Zittart, et suos in hoc coheredes dudum habita, eidem Woltero in partem cesserant, ut videtur in diversis litteris de Oirle contineri, hereditarie supportaverunt michi ad opus dictorum verorum heredum et successorum dictorum quondam Petri et Margarete de Sittart, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda decembris.

R1271, fol. 260r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti heredes, de quibus supra nominibus, ex parte vero matris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, cum tutore, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dictis quinque lopinis siliginis hereditarie pactionis predicte, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 260r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu supportationis usufructus ultimodicto, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus de Zittart et Henricus, tamquam coheredes ex parte vero patris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dictis quinque lopinis siliginis hereditarie pactionis predicte, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes et datum ut supra.

R1271, fol. 260r
1 december [1503][8]

[8] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen. Jan Monix en Gerlach de Rover zijn schepenen in het schepenjaar 1503, dat loopt van 1 oktober 1503 tot 30 september 1504, zie Jacobs, Justitie en Politie, 269.*

Jan Monix en Gerlach de Rover

Dictus Gerardus dictos quinque lopinos siliginis hereditarie supportavit Lipperto, filio quondam Anthonii Engbrechss., quoad eius usufructum et Anne, sue filie, quoad ius hereditarium, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Monix et Roever, datum prima decembris.

R1271, fol. 260r
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dictus Gerardus et Adriana, eius uxor legitima, cum eodem ut supra, usufructum dicte Adriane, ut dicebant, competentem in tribus aureis denariis, peters communiter vocatis, solvendum hereditarie Purificationis, ex domistadio et hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in Gestel, parrochie de Blaertem Sancti Lamberti ad locum, dictum die Lange Goerstraet, inter dictam plateam, die Goerstraet vocatam, ex uno et uno fine et inter quandam plateam que tendit versus Gestel ex alio, quos tres aureos denarios predictos Petrus, filius Wolteri de Zittart, erga Petrum Boyens emendo acquisierat, ut videtur in litteris de Eyndoven contineri, hereditarie supportaverunt michi ad opus dictorum verorum heredum et successorum dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda decembris.

R1271, fol. 260r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra, constituti igitur coram scabins infrascriptis dicti heredes, de quibus supra nominibus, ex parte vero matris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, cum tutore, medietatem totamque *(sic)* et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dictis tribus aureis denariis, peters vocatis, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 260v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu supportationis usufructus ultimodicto, constituti igitur coram scabinis infrasciptis dicti Willelmus de Zittart et Henricus, tamquam coheredes ex parte vero patris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dictis tribus aureis denariis, peters vocatis, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius ut supra, mutatis mutandis,
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 260v
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicti Gerardus de Heessel et Adriana, cum eodem ut supra, usufructum dicte Adriane, ut dicebant, competentem in hereditario censu viginti solidorum monete, quem quedam Aleidis, relicta quondam Willelmi de Goerle, eius liberi annuatim et hereditarie solvere tenentur ex certis eorum cameris, sitis in Buscoducis, in vico Hijnthamensi, in quodam parvo viculo in oppositum vici Sancti Jacobi ibidem protenso, ut dicebant, in litteris de Buscoducis contineri, legitime supportaverunt michi ad opus dictorum verorum heredum et successorum dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, ulterius mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda decembris.

R1271, fol. 260v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti heredes, de quibus supra nominibus, ex parte vero matris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, cum tutore, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dicto censu viginti solidorum, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 260v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu supportationis usufructus ultimodicto, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus de Zittart et Henricus, tamquam coheredes ex parte vero patris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectante in dicto censu viginti solidorum, hereditarie supportaverunt dicto Gerardo de Heessel, et ulterius ut supra, mutatis mutandis.
Testes et datum ut iam supra.

R1271, fol. 260v
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicti Gerardus et Adriana, eius uxor, cum eodem ut supra, usufructum dicte Adriane, ut dicebant, competentem in quatuor modiis bone et dative siliginis hereditarie pactionis, mensure de Eerssel , quos Aleydis, relicta quondam Henrici van den Rijt, necnon Maria et Heilwigis, eius liberi, pro se ipsis et pro Margareta, Aleide et Johanna, earum sororibus, solvere promiserant Anthonio, filio quondam Theoderici Scouwermans, hereditarie Purificationis ex prato, sito in die Elsbroeck, in parochia de Steenssel, inter hereditatem Anselmi Vuytenbosch ex uno et inter hereditatem Jacobi die Vuest ex alio, et quos quatuor modios siliginis predictos Wolterus de Zittart, filius quondam Henrici de Zittart, erga Johannem, filium quondam Johannis Liwes, acquisierat, ut videtur in litteris de Eerssel contineri, legitime supportaverunt Barbare, filie naturali dicti quondam Petri de Zittart, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, et ulterius ut supra.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda decembris.

R1271, fol. 260v-261r

3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu incipiente Barbara, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti heredes, de quibus supra nominibus, ex parte vero matris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, cum tutore, supradictis quatuor modiis siliginis hereditarie pactionis atque super toto iure ipsis in predictis quatuor modiis siliginis ac litteris et instrumentis desuper mentionem facientibus quovismodo competente, ad opus dicti Gerardi hereditarie renunciaverunt effestucando et promittentes ut supra.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 261r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu incipiente Barbara, filia etc,, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus de Zittart et Henricus, tamquam coheredes ex parte vero patris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, super dictis quatuor modiis siliginis hereditarie pactionis atque super toto iure ipsis in dictis quatuor modiis siliginis atque litteris et instrumentis mentionem desuper facientibus quovismodo competente, ad opus dicti Gerardi hereditarie renunciaverunt effestucando et partes, ut supra, mutatis mutandis.
Testes et datum ut iam immediate supra.

R1271, fol. 261r
7 november 1503
Hendrik Kuyst en Jan Ghijsselen

Heilwigis, filia quondam Arnoldi Symons, ab eodem et quondam Heilwige de Zittart, sua uxore, pariter genita, tamquam coheres ex parte vero patris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, super dictis quatuor modiis siliginis hereditarie pactionis atque iure, ad opus dicti Gerardi hereditarie renunciavit, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Ghijsselen, datum septima novembris anno tertio.

R1271, fol. 261r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicta Barbara, cum tutore, dictos quatuor modios siliginis hereditarie pactionis hereditarie supportavit dicto Gerardo de Heessel, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti quondam Wolteri de Zittart et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 261r
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicti Gerardus et Adriana, eius uxor legitima, cum eodem etc., usufructum dicte Adriane, ut dicebant, competentem in hereditaria pactione septem modiorum siliginis mensure de Orle, quam pactionem Johannes, filius quondam Gevardi Stevenss., promiserat se daturum et soluturum Woltero, filio quondam Henrici dicti de Zittart, hereditarie Purificationis et in parochia de Oirle traditurum et deliberaturum de et ex quadam hereditate, dicta dat Westerlair, sita in parochia de Oirle, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Johannis predicti ex alio; item ex pecia terre, dicta die Loeker, octo lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, inter Marcelii dicti Elyaes ex uno latere et inter hereditatem Margarete, relicte quondam Bartholomei dicti Rutgers, et eius liberorum ex alio; item ex pecia terre, dicta den Even Driesch, sita ibidem; item ex domo, area, horreo, ovili et hereditatibus sibi adiacentibus, dictis die Vlutt, sitis ibidem inter hereditatem primodicti Johannis ex utroque latere; item ex pecia terre, partim mericalis et partim pascualis, etiam die Vlut vocata, sita ibidem inter hereditatem Arnoldi van den Valgat ex uno et inter hereditatem primodicti Johannis alias undique adiacentem, prout in litteris de Buscoducis, legitime supportaverunt Barbare, filie naturali quondam Petri de Zittart predicti, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda decembris.

R1271, fol. 261r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicti heredes, de quibus supra nominibus, ex parte vero matris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, super iamdicta hereditaria pactione septem modiorum siliginis atque super toto iure ipsis in eadem pactione ac litteris et instrumentis, mentionem inde facientibus quovismodo competente, ad opus dicte Barbare hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes cum tutore per totum ut supra, mutatis mutandis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 261r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicti Willelmus de Zittart et Henricus, tamquam coheredes ex parte vero patris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, super eadem pactione atque iure ad opus eiusdem Barbare hereditarie renunciaverunt per totum ut supra, mutatis mutandis.
Testes et datum ut iam supra.

R1271, fol. 261r
21 november [1503][9]
Willem van den Bosch en Hendrik  Kuijst

Johannes, filius quondam Theoderici de Zittart, tamquam coheres ut supra in contractu A signato, incipiente Heilwigis, super dictis quatuor modiis siliginis atque iure ad opus dicti

[9] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen. Willem van den Bosch en Hendrik Kuijst zijn schepenen in het schepenjaar 1503, dat loopt van 1 oktober 1503 tot 30 september 1504, zie Jacobs, Justitie en Politie, 269*.

Gerardi hereditarie renunciavit, promittens per totum ut in eodem contractu, mutatis mutandis. Testes Busco et Kuyst, datum XXI[a] novembris.

R1271, fol. 261v
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicti Gerardus et Adriana, eius uxor, cum eodem ut supra, usufructum dicte Adriane, ut dicebant, competentem in tribus modiis bone et dative siliginis hereditarie pactionis mensure de Eerssel, quos Aleidis, relicta quondam Henrici van der Ryt, necnon Maria et Heilwigis, eius liberi, pro se ipsis et pro Margareta, Aleide et Johanna, earum sororibus, solvere promiserant Christiano van der Nedermoelen hereditarie Purificationis ex quodam prato, sito int Elsbroick, in parochia de Steenssel, inter hereditatem Anselmi Vuytenbosch ex uno et inter hereditatem Jacobi die Vuest ex alio, quos tres modios siliginis hereditarie pactionis predictos Wolterus de Zittart, filius quondam Henrici de Zittart, erga dictum Christianum acquisierat, ut videtur in litteris de Eerssel contineri, legitime supportaverunt dicte Barbare, filie naturali quondam Petri de Zittart predicti, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda decembris.

R1271, fol. 261v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicta Barbara, cum tutore, dictos tres modios siliginis hereditarie pactionis predicte hereditarie supportavit dicto Gerardo de Heessel, simul cum dictis litteris aliis et instrumentis ac iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui dicti quondam Wolteri de Zittart ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 261v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicti heredes, de quibus supra nominibus, ex parte vero matris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittart, ut supra, cum tutore, super dictis tribus modiis siliginis hereditarie pactionis predicte atque super toto iur,e ipsorum in eisdem tribus modiis siliginis atque in dictis litteris et instrumentis quovismodo competente, ad opus dicti Gerardi hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere, et ulterius ut supra.
Testes et datum ut iam immediate supra.

R1271, fol. 261r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicti Willelmus de Zittart et Henricus, tamquam coheredes ex parte vero patris dictorum quondam Petri et Margarete de Zittat (*sic*), ut supra, super dictis tribus modiis siliginis

hereditarie pactionis predicte atque super toto iure, per totum ut iam immediate supra ad opus dicti Gerardi hereditarie renunciaverunt et promittentes ulterius, ut supra.
Testes et datum ut iam supra.

R1271, fol. 261v
4 november [1503][10]
Hendrik Kuijst en Jan Ghijsselen

Heilwigis, filia quondam Arnoldi Symonss., ab eodem et quondam Heilwige de Zittart, sua uxore, pariter genita, cum tutore, tamquam coheres ex parte vero patris dictorum quondam Petri et quondam Margarete de Zittart, super dictis tribus modiis siliginis atque iure ad opus dicti Gerardi hereditarie renunciavit, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetionem ex parte sui deponere.
Testes Kuyst et Ghijsselen, datum quarta novembris.

R1271, fol. 261v
2 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicti Gerardus et Adriana, eius uxor, cum eodem ut supra, usufructum dicte Adriane, ut dicebant, competentem in duobus modiis bone et dative siliginis hereditarie pactionis mensure de Oirle, quos Marcelius, filius quondam Johannis de Zittart, promiserat se daturum et soluturum Woltero, filio quondam Henrici de Zitart, hereditarie Purificationis ex certis hereditatibus, dictis een Gelage, cum suis domibus, ortis ac hereditatibus sibi adiacentibus cum omnibus suis attinentiis, sitis tot Kerckoirle, inter communitatem ex uno et inter hereditatem Bartholomei, filii quondam Johannis de Zittart, ex alio; item ex pecia terre arabilis, sita Aen dat Moers stuck, inter hereditatem dominus de Postula ex utroque latere, tendente cum uno fine ad communem aqueductum ibidem, ut videtur in litteris de Oirle contineri, legitime supportaverunt Barbare, filie naturali quondam Petri de Zittart, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda decembris.

R1271, fol. 261v-262r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicta Barbara naturalis, cum tutore, dictos duos modios siliginis hereditarie pactionis hereditarie supportavit michi ad opus omnium heredum quondam Petri de Zittart predicti et quondam Margarete, sororis eiusdem quondam Petri, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 261v

[10] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen. Hendrik Kuijst en Jan Ghijsselen zijn schepenen in het schepenjaar 1503, dat loopt van 1 oktober 1503 tot 30 september 1504, zie Jacobs, Justitie en Politie, 269.*

21 november [1503][11]
Willem van den Bosch en Hendrik Kuijst

Johannes, filius quondam Theoderici de Zittart, tamquam coheres ut supra, ut in contractu A signato, incipiente Heilwigis, super dictis tribus modiis siliginis atque iure ad opus dicti Gerardi hereditarie renunciavit, promittens per totum ut in eodem contractu, mutatis mutandis. Testes Busco et Kuyst, datum XXI[a] novembris.

R1271, fol. 262r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Alsoe questie ende gescillen geresen waren ende noch in toecomenden tyden oprysen zouden moigen tusschen den erfgenamen wylen Peters ende Margrietem van Zittart, kijnderen wylen Wouters van Zittart, Geritden van Heessel vanwegen Adrianen, zijnre huysvrouwen, wedue wylen Peters van Zittart voirs., ende Barbaren, natuerlijcke dochter wylen Peters voirs., oirspronck nemende ende spruytende uuten testamente ende uuytersten wille desselven wylen Peters, in welken testamente dieselver wylen Peter der voirs. Barbaren beset ende gelaten hadde nae zijnre doot die erfpachten hiernae bescreven, te wetene seven mudden roggen tot Steenssel op Aleyten van der Rijt, item seven mudden roggen op Peteren Gevarts tot Oirle ende twe mudden roggen op meester Peteren van den Kerckhoff tot Oirle, ende all op sekere condicien ende restrictien in den selven testamente begrepen, hadde oick dieselven Peter van Zittart in denselven zijnen testamente bekent sculdich te zijne Margrieten, zijnren suster, seker zommen van penningen ende oick erfrogge van drie ende enen halven mudden roggen, gecomen van Willemen van den Lair, ende noch andere gerede sculden ende besetselen, soe is by tusschenspreken van den vrunden ende maigen van derselver Barbaren ende erfgenanem des voirs. wylen Peters ende Margrieten van Zittart, ende by goeden mannen getracteert ende overdragen tgene dat hiernae volgt: in den yersten dat Gerit van Heessel ende Ariaen, zijn huysvrouwe voirs., eerffelycken voir hen, hoir oiren ende nacomelinge behouden zullen die voirs. seven mudden roggen tot Steenssel, ende dit voir het overgeven van der tochten der voirs. Ariaenen in de seven, seven ende twee mudden roggen voirs.; item die voirs. Barbara sall erffelijcken behouden die voirs. seven mudden roggen op Peteren Gevarts tot Oirle voirs. ende hairen vrijen will dair mede moigen doen sonder yemants toeseggen, beheltelycken of se storf sonder wittige geboirte, ende dat den pacht van denselven seven mudden bij hair nyet vercoft oft verthiert en wair, dat hij dan wederomme comen sall totten erfgenamen wylen Peters ende Margrieten voirs., des zullen die voirs. erfgenamen erffelijck behouden die voirs. twee mudden roggen op meester Peteren voirs. tot Oirle ende zullen malcanderen hieraff vasticheit doen met verthienisse voir scepenen van den Bossche, ende zullen hier mede allen die voirs. partyen ewelijcken gesceyden ende verleken zijn, ende en zullen die erfgenamen voirs. Geritden van Heessel noch zijnre huysvrouwen in egenen rechten, geestelic oft werlic, meer heyschen oft moyenisse aen doen ten ocsuyne des testaments Peters voirs., van ennigen besetselen oft kennessen van sculden in denselven testament begrepen, ende en zullen oick die voirs. erfgenamen die voirs. Barbaren noch dieselver Barbera den voirs. erfgenamen metten zelven testamente naemaels tot egenen tyden mogen moyen in egenen rechten, geestelyc oft werlick, beheltelic nochtans ende gereserveert Barbaren voirs., den huysraet voir Peters voirs. gedeelt nae dode Adriaens voirs., ende der voirs. Adriaenen gereserveert

[11] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen. Willem van den Bosch en Hendrik Kuijst zijn schepenen in het schepenjaar 1503, dat loopt van 1 oktober 1503 tot 30 september 1504, zie Jacobs, Justitie en Politie, 269.*

den pacht in de seven, seven ende twee mudden roggen, nu tot Lichtmisse naestcomende verschijnende, alse seeghden; soe ziin gestaen voir scepenen hieronder gescreven Peter, Aleydt ende Yda, kijnderen wilneeren Arnts Boysen, van denselven wilen Arnden ende Jutten, zijnre huysvrouwen, dochter wilneer Peters Lippen, tsamen gewonnen, te wetene die voirs. Peter voir hemzelven ende voir Nelleken, zijn suster, Lippen ende Jan, gebrueders, kijnderen wilneer Anthonijs Engbrechss. van Velthoven, van denselven wilneer Anthonissen ende Margrieten, zijnren huysvrouwen, dochter des voirs. wylen Peters Lippen, tsamen gewonnen, ende dieselver Jan, voir hemzelven ende voir Engbrechten, zijnen brueder, ende Marten, zoen wilneere Steveus van der Hobbelen, als man ende mombaer Heilwigen, zijnre huysvrouwen, dochter des voirs. wylen Peters Lippen, als erfgenamen des voirs. wilen Peters van Zittart ende Margrieten, zijnre suster, als van der zijden der moeder Peters ende Margrieten voirs., ende Willem van Zittart, zoen wilneer Marcelis van Zittart, ende Henrick, zoen wilneer Henricx Smeets, voir hemselven ende voir Margrieten, zijnre suster dochter, des selfs wylen Henricx Smeets, als medeerfgenamen, van den zijden wylen Wouters van Zittart, vader Peters ende Margrieten van Zittart, zijnre suster voirs., ende Gerart van Heessel, in den name zijnren huysvrouwen voirs., ende hebben malcanderen geloeft op verbijntenissen van allen hoeren gueden hebbende ende vercrigende dese conventie ende tractaet voirs. vast ende stedich te houden ende dairtegen nummermeer te comene noch te doene tot egenen tyden by henselven noch by nyemannen anders, in den rechte noch dair buyten, in enniger manieren, alle droch ende argelist uuytgesceyden.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 262v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dictus Gerardus de Heessel promisit super omnia et habenda michi ad opus omnium heredum quondam Petri et Margarete de Sittart, liberorum quondam Wolteri de Zittart, de latere vero eorum matris, centum et quadraginta peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, mediatim Purificationis, et mediatim Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 262v-263r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dictus Gerardus de Heessel promisit super omnia et habenda michi ad opus omnium heredum quondam Petri et Margarete de Zittart, liberorum quondam Wolteri de Zittart, de latere vero dicti quondam Wolteri, patris eorundem quondam Petri et Margarete, centum et quadraginta peters consimiles, mediatim Purificationis et mediatim Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos, tali annexa conditione quod dictus Gerardus non erit astrictus de premissis satisfacere saltem de portione coheredum de latere predicto non presencium, sed extra patriam existentium, nisi prius renunciaverint ad opus dicti Gerardi super diversis pactionibus et redditibus quondam Petri et Margarete de Zittart predictorum, quemadmodum alii eorum coheredes eiusdem lateris hodierna fecerant, et hoc coram scabinis opidi de Buscoducis, hoc tamen salvo postquam Willelmus de Zittart nomine et pro dictis absentibus eiusdem lateris coheredibus super premissis pactonibus et redditibus ad opus eiusdem Gerardi hereditarie renunciaverit et eidem promissiones fecerit, tales videlicet quod eidem Gerardo id ratum

fuerit et firmum, quod tunc ipse Gerardus porciones de premissis non solutas solvere tenebitur et astrictus erit absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 262v
4 november [1503][12]
Hendrik Kuijst en Jan Ghijsselen

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra, constituta igitur coram scabinis infrascriptis Heilwigis, filia quondam Arnoldi Symonss., ab eodem et quondam Heilwige de Zittart, sua uxore, pariter genita, tamquam coheres dictorum quondam Petri et Margarete de latere vero patris eorundem, palam recognovit se recepisse a dicto Gerardo septimam partem dictorum centum et quadraginta peters, clamans inde quitum.
Testes Kuyst et Ghijsselen, datum quarta novembris.

R1271, fol. 262v
21 november [1503][13]
Willem van den Bosch en Hendrik Kuijst

Johannes, filius quondam Theoderici de Zittart, tamquam coheres ut iam supra, palam recognovit se recepisse a dicto Gerardo etiam septemam partem iamdictorum centum et quadraginta peters, clamans inde quitum.
Testes Busco et Kuyst, datum XXI[a] novembris.

R1271, fol. 262v
3 januari [1503][14]
Jan van Boert en Lucas van Erp

Heilwigis, filia quondam Marcelii de Zittart, relicta quondam magistri Ghiselberti Luey, tamquam coheres ut iam supra, recognovit se recepisse a dicto Gerardo septimam partem dictorum centum et quadraginta peters, clamans inde quitum.
Testes Boert et Erpe, datum tercia ianuarii.

R1271, fol. 263r
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Willelmus Hinckart partem seu porcionem que ad dominum Willelmum de Aa, militem, spectabat in decima de Oirscot, tam grossa quam minuta, que pars sive porcio annuatim dividitur, quod exponitur rydt, erga partem seu porcionem dicte

---

[12] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen. Hendrik Kuijst en Jan Ghijsselen zijn schepenen in het schepenjaar 1503, dat loopt van 1 oktober 1503 tot 30 september 1504, zie Jacobs, Justitie en Politie, 269.*
[13] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen. Willem van den Bosch en Hendrik Kuijst zijn schepenen in het schepenjaar 1503, dat loopt van 1 oktober 1503 tot 30 september 1504, zie Jacobs, Justitie en Politie, 269.*
[14] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen. Jan van Boert en Lucas van Erp zijn schepenen in het schepenjaar 1503, dat loopt van 1 oktober 1503 tot 30 september 1504, zie Jacobs, Justitie en Politie, 269.*

decime tam grosse quam minute, ad dominium de Petershem et ad rectorem pro tempore Maioris Hospitalis in Buscoducis spectante, necnon mansum, olim dicti quondam domini Willelmi de Aa, situm in parochia de Bucstel, ad locum dictum Selisel, atque theolonium et ius lignorum, dictum dove houtscat, que dictus dominus Willelmus in parochia de Oirscot habere et levare consueverat, inquantum premissa sunt censualia, erga Laurencium Tyelmanssoen per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis, emendo acquisierat, prout in litteris, cumque Willelmus de Aa, filius quondam Gerardi de Aa, filii quondam domini Willelmi de Aa, militis, omnes et singlos census fundi ad summa ducentorum et tredecim grossorum antiquorum taxatos necnon undecim et dimidium pullos censuales, quos dictus quondam dominus Willelmus de Aa, miles, annuatim et hereditarie habuit solvendos in die beati Huberti, infra parrochias de Oirscot et de Oistelberze ac infra pastoriam de Hulsel, simul cum iure prelevii et relevationis ac attinentiis et iuribus suis universis, hereditarie supportasset Willelmo Hinckart, prout in aliis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Philippus Hinckart, filius dicti quondam Willelmi Hinckart, supradictam partem seu porcionem dicte decime, tam grosse quam minute, necnon theolonium et ius lignorum atque dictus census fundi ad summam ducentorum et tredecim grossorum antiquorum taxatos ac undecim et dimidium pullos censuales predictos, simul cum iure prelevii et aliis attinentiis et iuribus predictis hereditarie supportavit Johanni de Hamel et de Elderen, filii (*sic*) quondam domini Wolteri de Hamel et de Elderen, militis, domini temporalis, dum vixit, de Moncia et de Hameyen, et eidem Johanni assignavit cum domicella Helena, sua conthorali legitima, filia dicti Philippi Hinckart, nomine dotis et in subsidium eorum matrimonium, simul cum dictis litteris aliis, libris et rotulis censualibus atque iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti quondam Willelmi Hinckart, sui patris, ac suorum heredum deponere, talibus annexis condicionibus videlicet quod dictus Johannes onera infrascripta, scilicet quadraginta modios siliginis mensure de Buscoducis fabrice ecclesie Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, viginti modios siliginis eiusdem mensure heredibus quibusdam dictis van der Aa, viginti et dimidium scuta antiqua, dicta alde scilden, fabrice ecclesie de Bucstel, tria consimilia scuta antiqua altari beate Marie Magdalene in dicta ecclesia de Bucstel, necnon quinque libras et quinque solidos antique pecunie conventui Sancte Clare in Buscoducis annuatim exinde e iure solvendos, ut dicebat, de et ex premissis sibi, ut premittitur, supportatis, deinceps dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod Anthonio Hinckart, filio dicti quondam Willelmi Hinckart, proprietario pro tempore supradicti mansi in Bucstel situati, ad et supra ac eundem mansum et eius attinencias seu reliqua sua bona dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro, atque in casu quo dicta domicella Helena absque prole seu prolibus legitima seu legitimis superviva seu supervivis remanente decedet, dicto Johanne, suo conthorali, in humanis superstite permanente, quod tunc premissa eidem Johanni, ut premittitur, supportata statim post mortem eiusdem Johannis ad dictum Philippum Hinckart, si protunc vixerit, alioquin ad proximiores heredes eiusdem Philippi, protunc in humanis agentes, iure hereditario iterum succedent et devolventur, prout dictus Johannes de Elderen hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Philippo et Anthonio, suo fratri, repromisit.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 263v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Philippus, filius Philippi, filii quondam Willelmi Hinckart, super premissis dicto Johanni de Elderen, ut premittitur, supportatum atque iure ad opus eiusdem de Elderen hereditarie

renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia decembris.

R1271, fol. 263v
3 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu supportationis, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes de Elderen palam recognovit et publice confessus est, sibi mediante supportacione pretacta, unacum huiusmodi denariis quos ipse in promptis recepit a dicto Philippo Hinckart, prout recognovit, sufficientem fore factam assignationem per eiusdem Philippum de redditibus hereditariis quoad centum et quinquaginta florenos Renenses inclusive, et hoc in defalcationem et diminutionem reddituum seu bonorum hereditariorum, ab ipso Philippo seu Anthonio Hinckart, eius fratre, in subsidium matrimonii dictorum Johannis de Elderen et domicelle Helene, eius conthoralis, promissorum, iuxta tenorem contractus matrimonialis desuper confecti; clamans igitur idem Johannes de Elderen dictos Philippum et Anthonium et eorum bona de dictis assignatis redditibus centum et quinquaginta florenorum Renensium quitos, liberos et penitus absolutos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 263v
5 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Magister Henricus Ghyzels domum, aream et ortum, olim Lamberti Coelen, sitos in Buscoducis, in loco dicto die Putstraet, inter hereditatem olim magistri Godefridi dicti die Cromme, nunc vero Jutte, relicte cuiusdam dicti Pelgrom, ex uno et inter hereditatem olim Willelmi Zecker, nunc vero Sophie, relicte quondam Godefridi Cuyper, ex alio, quos domum, aream et ortum predictos dictus magister Henricus erga Henricum de Uden et Aelbertum Ketheler, tamquam magistros fabrice ecclesie Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Lodovico, dicto Loy, van den Lijnden, filio quondam Lodovici dicti van den Lijnden, fabro, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad unum et dimidium stuferos ascendente, hereditario censu duarum librarum monete Lamberto dicto van den Bye, fabro, una libra pagamenti rectori altaris domine nostre antique in dicta ecclesia Sancti Johannis, necnon una et dimidia libris pagamenti vel circiter capitulo eiusdem ecclesie annuatim exinde e iure solvendas, ut dicebat.
Testes Berkel et Borchgreve, datum quinta decembris.

R1271, fol. 263v-264r
7 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Lambertus, filius Henrici Philipss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Yde, sue uxoris, filie quondam Goeswini Reynerss., dimidium iuger terre, ad ipsum, ut dicebat, spectans in quodam campo terre, duo et dimidium iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de magno Lytt, inter quandam stegam, dictam daude stege, ex uno, et inter hereditatem heredum quondam magistri Henrici de Kessel ex alio, tendente ab hereditate

Henrici Bernt Byekenss. ad hereditatem abbatis Sancti Trudonis, ut dicebat, hereditarie vendidit Reymboldo, filio quondam Theoderici dicti Kepkens, ab eodem emptore, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impeticionem deponere, exceptis aggeribus, dictis zegediicken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis, et ad dictum dimidum iuger terre e iure conservandum spectantibus, ut dicebat.
Testes Berkel et Borchgreve, datum septima die decembris.

R1271, fol. 264r
7 december 1502
Jan Heym en Gerit van Berkel

Johannes, filius quondam Nycolai dicti Willems de Hoerne, promisit ut debitor principalis Elisabeth, sue matri, relicte dicti quondam Nycolai, quod ipse dabit et solvet eidem Elisabeth, sue matri, annuam et vitalem pensionem trium et dimidii florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam eiusdem Elisabeth et non ultra, mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro de et ex omnibus et singulis suis bonis, tam mobilibus quam immobilibus, hereditariis et paratis, ab eo ad presens habitis ac imposterum ab eo habendis et acquirendis, promittens super super super *(sic)* omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Heym et Berkel, datum supra.

R1271, fol.264r
7 december 1502
Lambert Millinc en Gerit van Berkel

Henricus dictus de Boert, filius quondam Robberti dicti de Boert, unam cameram cum suo fundo de duabus cameris dicti Henrici, sitam in Buscoducis, ad vicum Hijnthamensem in quodam viculo in oppositum vici beati Jacobi, ibidem protenso, inter reliquam cameram eiusdem Henrici ex uno et inter quandam cameram Johannis dicti Craen de Rode, fabri, ex alio, tendente a dicto viculo ad ortum dicti Henrici, illam scilicet cameram, que est sita versus Dyesam, contigue iuxta dictam cameram dicti Johannis Craen, simul cum iure utendi quadam cloaca ibidem inter predictas duas cameras consistente, prout premissa ibidem sita sunt, ut dicebat, locavit recto locationis modo Johanni, filio quondam Petri dicti van den Heck, et Elisabeth, eius uxori, filie quondam Willelmi dicti Hennnekens, ab eisdem Johanne et Elisabeth, eius uxore, quamdiu ambo vixerint seu alter eorum vixerit in humanis et non ultra, libere habendam et possidendam, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, durante vita dictorum Johannis et Elisabeth, eius uxoris, ac alterius eorundem, talibus annexis condicionibus quod dicti Johannes et Elisabeth, eius uxor, dictam cameram interim tenebunt et conservabunt suis propriis expensis laudabiliter de tecto et parietibus atque quod dicti Henricus ex una medietate, necnon Johannes et Elisabet, eius uxor, pro reliqua medietate expensas imposterum faciendas tam in mundatione seu purgatione quam reparatione dicte cloace portabunt et solvent seu portare et solvere tenebuntur, prout ipsi hoc palam recognoverunt et super omnia sibi mutuo promiserunt.
Testes Millinc et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 264r-v
7 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Magister Henricus, filius quondam Ghiselberti dicti Ghysel, filii quondam Theoderici dicti Ghyzels, ab eodem quondam Ghiselberto et quondam Katharina, sua uxore, filia quondam Jacobi dicti Knoede, filii quondam Johannis dicti Knoede, pariter genitus, domum et aream quondam Ghiselkini dicti de Vlochoven, sitam in Buscoducis ad Forum, cum omnibus attinentiis dicte domus et aree, atque pontem lapideum retro dictam domum et aream consistentem, inter hereditatem Johannis die Bruyn ex uno et inter hereditatem Henrici de Beke, filii quondam Henrici de Beke ex alio, tendente a communi platea ad locum dictum die Tolbrugge, simul cum quibuscumque conventionibus et conditionibus, factis et ordinatis super muris ex utraque parte dicte domus et aree consistentibus, quos domum, aream cum omnibus suis attinenciis ac pontem lapideum, simul cum conventionibus et conditionibus predictis, dictus Jacobus Knoede, filius quondam Johannis dicti Knoede, erga dictum Henricum de Beke, filium quondam Henrici dicti de Beke, dudum acquisierat, prout in litteris, et super quibus domo, area cum attinenciis ac ponte lapideo predictis Johannes dictus Ruysen ad opus dicti Jacobi Knoede hereditarie renunciaverat prout in aliis, hereditarie supportavit michi ad opus Jacobi dicti de Casteren, vinitoris, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dictorum quondam Ghiselberti, sui patris, ac quondam Jacobi Knoede, eius avi, et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere. Promisit insuper dictus magister Henricus sub obligatione premissa, in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam quinque libre antique pecunie hereditarii census conventui de Westroyen, due libre pagamenti hereditarii census capitulo in Buscoducis atque quatuor libre pagamenti communis hereditarii census Mense Sancti Spirtus in Buscoducis annuatim exinde e iure solvendum, ut dicebat, quod dictus magister Henricus hoc plus prefato Jacobo de Casteren penitus deponet ac deponere tenebitur ac poterit dando videlicet pro quolibet denari sic plus invento, decem et novem consimiles denarios, hoc tamen salvo in casu quo eciam inventum fuerit imposterum iuridice ex premissis minus fore solvendum quam dictum est, quod hoc sic minus inventum dicto magistro Henrico et ad eius commodum econverso cedet et cedere debeat; dicebat eciam idem magister Henricus quod dicta mensa Sancti Spiritus de dictis suis quatuor libris pagamenti, censum domini ducis, de dictis domo, area et eius attinenciis solvendum, annuatim solvere tenetur.
Testes Berkel et Borchgreve, datum septima decembris.

R1271, fol. 264v
7 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Non tradatur littera, nisi dictus Jacobus dicto magistro Henrico prius satisfecerit de singulis, iuxta continentiam cedullarum de venditione domus pretacte confectarum, absque dolo, hoc salvo in casu quo non satisfecerit seu ipse Jacobus via iuris evaserit, quod tunc dicta supportatio erit cassa, de quo dictus magister Henricus protestatus est.
Testes, datum supra.

R1271, fol 284v
9 december 1502
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Johannes, filius quondam Johannis dicti Cottens, filius quondam Henrici dicti Cottens, hereditarie vendidit Theoderico, filio quondam Johannis dicti Arnts alias dicti Scoercops, hereditarium censum novem librarum monete, solvendum hereditarie Martini hyemalis de et

ex domo, area et orto dicti venditoris, sitis in Buscoducis supra aggerem Vuchtensem infra ambas partes ibidem, inter hereditatem Thome die Bont, multoris, ex uno et inter hereditatem Johannis dicti die Verwer ex alio, tendente a communi vico retrorsum ad aquam ibidem fluentem, atque de et ex uno modio siliginis hereditarie pactionis, ad dictum venditorem, ut dicebat, spectante in hereditaria pactione duorum modiorum et duorum sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem ultimodictam Gerardus, filius quondam Gerardi dicti Quattell, promiserat ut debitor se daturum et soluturum Henrico dicto die Rode, filio quondam Petri dicti Jans, hereditarie Purificationis et in Buscoducis traditurum ex pecia terre arabilis, sex vasatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Berchen, ad locum dictum Duer, inter hereditatem heredum quondam Lamberti Roelofssoen ex uno et inter hereditatem Reymboldi, filii quondam Johannis Quattel, ex alio, tendente a communi vico ad hereditatem heredum dicti quondam Lamberti Roelofss., dudum data ad hereditariam pactionem dicto Gerardo ab Henrico predicto pro ultimodicta pactione duorum modiorum et duorum sextariorum siliginis supradictorum, necnon de et ex omnibus et singulis aliis suis hereditatibus et bonis hereditariis habitis et habendis, quocumque locorum consistentibus, sitis aut solvendis, prout in litteris quarum data continet decima quarta ianuarii anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono, ab eodem emptore, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu domino duci atque diversis censibus ad duodecim libras pagamenti ascendentibus, diversis personis ex domo, area et orto predictis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Berkel, datum IX$^{a}$ decembris.

R1271, fol. 265r
9 december 1502
Lambert Millinc en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum Petrus, filius quondam Romboldi Sbruynensz., Andreas, filius Henrici Ruttensoen, et Henricus, filius quondam Petri van der Haigen, hereditarie vendidissent Arnoldo Pels, filio quondam Petri Pels, tinctoris, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, solvendum hereditarie ad primam diem mensis maii ex pecia prati, unum et dimidium bonaria terre vel circiter continente, dicti Petri, sita in parochia de Uden, ad locum dictum op Badaff, inter hereditates, dictas dat Udensche Reybroick, ex uno et inter hereditatem Henrici Peterssoen ex alio; item ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus dicti Andree, sitis ibidem inter communem plateam, dictam die Broickstege, ex uno; insuper ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus dicti Henrici, filii quondam Petri van der Haigen, sitis in parochia de Nysterle**,** ad locum dictum op Vorstenbossche, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Arnoldus Pels palam recognovit et publice confessus est medietatem supradicti census quatuor florenorum Renensium ex parte predicti Petri fore redemptam, de qua clamavit et per presentes clamat eundem Petrum ac eius peciam prati predictam quitos, liberos et penitus absolutos, atque quod ipse Arnoldus reliquam medietatem dicti census non redemptam nullo tempore futuro petet, monebit nec via iuris prosequetur nec prosequi permittet ad et supra dictam peciam prati dicti Petri seu reliqua bona eiusdem Petri quovismodo, prout ipse idem Arnoldus hoc palam adhuc recognovit et super omnia et habenda michi ad opus heredum dicti quondam Petri necnon ad opus domini Henrici de Maeren, investiti de Uden, proprietarii pro tempore dicte pecie prati, promisit.
Testes Millinc et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 265r
10 december 1502

Raas Raassen en Gerit van Berkel

Boudewinus,[15] filius quondam Pauli Bouwenss., hereditarie vendidit Olivero, filio quondam Rodolphi dicti de Beeck, hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Remigii confessoris et pro primo solutionis termino Remigii confessoris proxime futuro, et in Buscoducis libere tradendum de et ex pecia terre arabilis dicti venditoris, unum et dimidium iugera terre vel circiter continente, sita in parochia de Nulant, inter hereditatem spectantem mansum Domus Fratrum in Buscoducis ex uno et inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Willelmi Jan Deenkens, ex alio, tendente ab hereditate Henrici dicti Goyens ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Raess. et Berkel, datum X[a] decembris.

R1271, fol. 265r
10 december 1502
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum quindecim peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in alio parato seu pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 265r
10 december 1502
Lambert Millinc en Gerit van Berkel

Theodericus, filius quondam Thielmanni dicti Joirdenss., promisit super omnia et habenda Henrico Houbraken viginti peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes Millinc et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 265r-265v
10 december 1502
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Wij, Raess. ende Berkel, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelijcken dat Dirc, zoen wilneer Arnt Dircxs., onse inwoenende medepoirter, huyden des daigs datum des briefs, voir ons in zijnen proeperen persoone gestanden is geweest, seggende ende allegerende hoe dat hy opte stad van Bruessel vergeldende heeft sekere erfrenten, te wetene dartich ende dartich andriesguldene, welke renten hem van versceiden jaren, te wetene omtrent thien jaren, tachter end ombetaelt staen, welke renten eertijts Ghysbrecht van den Polle, zoen wilneer Arnts van den Polle, tegen bourgermeesteren, scepenen, rentmeesteren ende gemeynen bourgers ende ingesetenen der voirs. stad van Bruessel vercregen hadde, ende voirts tot hem by scepenenbrieven deser stad gecomen zijn, welke renten die voirs. Dirck overmits andere occupacien die hy te doen heeft, in zijnen properen persoen nyet gevuechelic vervolgen en can noch en mach, ende heeft daeromme geconstitueert, gesedt ende geordineert ende mits

[15] *in de marge, d.d. 14 december 1503:* XIIII[ta] decembris anno tercio in presentia et de mandato Oliveri et Boudewini cassati et cancellati sunt isti duo contractus.

desen onsen brieve constitueren, setten ende ordineren heren Lambrechten van den Hezeacker, canonic in der kercken collegiaet Sinte Rombouts tot Mechelen, gevende denselven volcomen macht te manen, te heffen die onbetaelde achterstellen der voirs. renten, ende van den ontfange quijtancien te gevene, ende ofs noet weer, met wegen van recht in Brabant te vervolgen ende generalic allet daer inne te doen dat die voirs. Dirck selver zoude moigen doen, oft hy present ende tegenwoirdich weere, promittens super omnia ratam servare et indempnem servare ut in forma.
In kennesse der wairheit soe hebben wij scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen. Datum X$^{a}$ decembris.

R1271, fol. 265v
*Deze akte is onvolledig en niet gepasseerd*

Johannes dictus die Quade dedit michi ad opus Adolphi et Mathei fratribus, liber. potestatem monendi u.

R1271, fol. 265v
10 december 1502
Jan Back en Jan Heym

Johannes dictus die Quade dedit michi ad opus Adolphi et Mathei fratrum, liberorum dicti Johannis, ac ad opus alterius eorundem, potestatem monendi usque ad revocationem ut in forma.
Testes Back et Heym, datum supra.

R1271, fol. 265v
12 december 1502
Jam Heym en Gerit van Berkel

Petrus et Arnoldus, fratres, filii quondam Petri dicti Stevenss., multores, hereditarie vendiderunt Elisabeth, filia quondam Nycolai dicti Spierinck, vitrificis, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, hereditariam pactionem unius et dimidii modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis tradendam de et ex molendino venti dictorum fratrum, venditorum, sito infra opidum de Buscoducis retro locum, dictum After die Tolbrugge, iuxta murum eiusdem opidi atque de et ex iure molitionis ac aliis iuribus et attinentiis eiusdem molendini, singulis et universis, ut dicebant, ab eadem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi domino duci ac duobus modiis siliginis atque uno aureo floreno Renensi dicto opido, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebant, et satisfacere.
Testes interfuerunt scabini in Buscoducis Heym et Berkel, datum XII$^{a}$ decembris.

R1271, fol. 266r
12 december 1502
Jan Heym en Gerit van Berkel

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante quinquaginta tribus florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valore eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, atque quinque consimilibus stuferis et cum pactione anni redemptionis

et arrestadiis, prout dicta emptrix cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefate emptrici legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 266r
12 december 1502
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Dympna, filia quondam Martini dicti Weyhaze, dedit Adriano Geritss., clerico in Magno Hospitali, sito in Buscoducis, potestatem monendi usque ad revociationem, ut in forma.
Testes Raessen et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 266r-267r
13 december 1502
Lambert Millinc en Gerit van Berkel

Johannes et domicella Geertrudis, eius soror, liberi quondam Willelmi Monix, filii quondam magistri Johannis Monix senioris, ab eodem quondam Willelmo et quondam domicella Barbara, sua uxore, filia quondam Henrici de Ham, pariter geniti, cum tutore, palam recognoverunt se quandam divisionem hereditariam mutuo fecisse de bonis, ipsis per et post mortem dictorum quondam Willelmi et domicelle Barbare, suorum parentum, iure successionis advolutis, mediante qua divisione mansus quidam, dictus Zwensberch, situs in parochia de Helvoirt, simul cum edificiis in eodem manso consistentibus atque cum terris, pratis, pascuis, mericis, lignicrescentibus ac aliis suis iuribus et attinentiis, singulis et universis, prout et quemadmodum Adrianus Brekelmans eundem mansum tamquam colonus sub sua ad presens habet cultura; item domus, area et ortus ac stabulum cum suis iuribus et attinentiis, siti in Buscoducis, in quodam vico, dicto Arnt Berwoutsstraet; item tria iugera terre, sita in parochia de Orthen, ad locum dictum In die Slagen; item octo iugera, sita in parochia de Ethen, territorii de Huesden; item unum et dimidium iugera terre, sita in parochia de Baerdwijck, in territorio de Huesden, in loco dicto in die Rijen; item medietas hereditarii census viginti septem aureorum denariorum, Gwillelmusscilde vocatorum, quem integrum censum dominus temporalis de Bucstel annuatim et hereditarie solvere tenetur de et ex dominio de Bucstel; item huiusmodi hereditates et pactiones hereditarie, quas dictus quondam Willelmus Monicx in banno de Druenen annuatim et hereditarie solvendas et situatas habuit iuxta continentiam litterarum desuper confectarum; item hereditarius census unius libre monete, quem censum dominus Johannes de Bylant, presbiter, annuatim et hereditarie solvere consueverat ex certis suis hereditatibus in parochia de Vucht Sancti Petri situatis; item huiusmodi hereditarii census duarum librarum decem solidorum et novem solidorum, quos idem quondam Willelmus Monix annuatim et hereditarie solvendos habuit in dicta parochia de Baerdwyck, simul cum onere exinde solvendo, videlicet ex dicto manso et eius attinentiis censum fundi, hereditariam pactionem unius et dimidii modiorum siliginis hereditatibus quondam Gerardo die Werdt, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis altari beate Barbare virginis, sita in ecclesia Sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, hereditarium censum viginti quinque solidorum et trium denariorum monete fabrice dicte ecclesie Sancti Johannis atque hereditarium censum unius denarii, half blanck vocati, vicinis in Helvoirt; item ex domo, area et orto predictis hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, Mense Sancti Spiritus in Buscoducis; item de et ex dictis hereditatibus et pactionibus in Druenen hereditarium censum decem et novem denariorum, stuvers

communiter vocatorum, ecclesie de Druenen, hereditariam pactionem quatuor lopinorum siliginis et unum pullum censualem eidem ecclesie de Druenen; item hereditarium censum duodecim et dimidii solidorum pagamenti capelle in Kuyck, hereditariam pactionem undecim lopinorum siliginis Mense Sancti Spiritus in Druenen, hereditariam pactionem quatuor lopinorum siliginis gulde Sancte Katharine in dicta ecclesia de Druenen, hereditariam pactionem quatuor lopinorum siliginis gulde Beate Marie Virginis in eadem ecclesia de Druenen, hereditariam pactionem quatuor lopinorum siliginis altari Beate Marie Virginis in eadem ecclesia de Druenen, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis Jacobo Lamberts, commoranti in Huesden, atque hereditariam pactionem quatuor et dimidii lopinorum siliginis heredibus quondam Christiani Snyders, annuatim e iure solvendas, ut dicebant, supportata dicto Johanni Monix, cesserunt in partem, prout dicta domicella Geertrudis hoc palam recognovit, super quibus atque iure alia ad opus dicti Johannis Monix hereditarie renunciavit effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Et mediante qua divisione mansus quidam, dictus Havesdonck, situs in parochia de Haren, ad locum dictum Belveren, atque domum lapideam cum suo fundo eidem manso adiacenti, simul eciam cum edificiis ceteris in eodem manso consistentibus atque terris, pratis, pascuis, lignicrescentibus et aliis suis attinentiis, singulis et universis, ubicumque locorum consistentibus sive sitis, prout et quemadmodum Willelmus dictus Witlox eundem mansum cum suis attentiis, tamquam colonus, sub sua ad presens obtinet cultura; item domus, area et ortus, siti in Buscoducis, in vico Orthensi, quam domum pronunc inhabitat quidam Hubertus dictus Steck, calcifex; item sex et dimidium iugera terre, sita in dicta parochia de Baerdwyck, ad locum dictum die Doeversche Weyden; item hereditarius census quinque librarum monete, quem censum Petrus Zoemer, alias dictus de Goubourdingen, annuatim et hereditarie solvere tenetur ex domo, sua area et orto, sitis in Buscoducis, ad locum dictum Aen den Auden huls; item hereditaria pactio duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Johannes dictus Voegel annuatim et hereditarie solvere tenetur ex certis suis hereditatibus in parrochia de Broegel situatis, simul cum onere exinde solvendo videlicet ex dicto manso et eius attinentiis censum fundi; item hereditariam pactionem unius modii siliginis Mense Sancti Spiritus in Haren, hereditariam pactionem tredecim et dimidii lopinorum siliginis mensure de Buscoducis Johanni Francken, hereditariam pactionem unius modii siliginis Henrico Toelinc, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis magistro Henrico Ghysels, hereditariam pactionem quatuor lopinorum siliginis cuidam Hospitali Pauperum Virorum, sito in Buscoducis, in vico Orthensi, hereditarium censum ad duos stuferos ascendentem vicinis de Haren, hereditarium censum unius denarii, blanck vocati, cuidam altari in ecclesia de Oesterwiick; item ex domo, area et orto predictis in vico Orthensi situatis hereditarium censum quatuor librarum monete et hereditariam pactionem unius modii siliginis cuidam vidue de Os, hereditarium censum decem et dimidii denariorum, stuvers communiter vocatorum, capitulo in Buscoducis, hereditarium censum duarum librarum monete abbati de Berna, et hereditarium censum trium aureorum florenorum Renensium Zegero Janss. annuatim e iure solvendum, ut dicebant, supradicte domicelle Geertrudi cesserunt in partem, prout dictus Johannes hoc palam recognovit, super quibus atque iure alius ad opus eiusdem domicelle Geertrudi hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, talibus annexis condicionibus videlicet quod quivis dictorum condividentium onera in sua porcione, ut premittitur narrata, sic et taliter dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur, quod uni ab altero ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro, et si imposterum inventum fuerit via iuris ex premissis plus fore solvendum quam dictum est aut si alicui dictorum condividentium de premissis, ei in partem, ut premittitur, cessis, aliquid imposterum iuridice evinceretur, aut si contrapignora dictorum censuum et pactionum seu

aliqua eorundem imposterum inventa fuerint via iuris pro solucione eorundem insufficientia et non satis secura, hoc plus huiusmodi dampna et insufficienciam, dicti condividentes equatur et proporcionabiliter portabunt et solvent ac portare et solvere tenebuntur, videlicet quivis eorum pro una medietate, prout iidem condividentes hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt.
Testes Millinc et Berkel, datum XIII[a] decembris.

R1271, fol. 267r
13 december 1502
Lambert Millinc en Gerit van Berkel

Jan, zoen wilneer Willem Monix ter eenre ende jouffrouw Geertruyt, zijn suster, dochter desselfs wilneer Willems Monix, ter andere zijden hebben oepenbairlic bekent ende op verbijntenisse van allen hoeren gueden, nu hebbende ende naemaels vercrigende, malcanderen geloeft dat zij alle pachten, chynsen, renten ende lanthueren, hen verschenen voir den daet des briefs, proffyten, gevallen ende gecomen, alsoe wael van den leengueden als van den anderen gueden, chynsen ende pachten, dairinne die voirs. Willem Monix, hoer vader, bestorven is ende onbetaelt staende, gelyc hebben, heffen, boeren ende die malcanderen ter rekeningen brengen zullen omme dairaf ende mede gelyc te betalen alle sculden die se tsamen noch sculdich zijn vanwegen hoirs vaders voirs. oft vanwegen zijnren achtergelaten gueden, metgaders oick die chynsen ende pachten die men uuyten gueden voirs. vergeldende is ende die verschenen zijn voir den daet van desen, ende dat zij, te weten die voirs. Jan, van der voirs. jouffrouwen Geertruden, zijnren suster, noch dieselver jouffrou Geertruyt van den voirs. Jannen, haeren brueder, tot egenen toecomende tyden van ennigen ontfange ende uuytgeven dat deen oft dander van hen van den voirs. gueden tot desen dage toe gehadt heeft, nyet en zullen heysschen noch begeren ennich vorder bewijs oft rekeningen in enniger manieren, noch oick dat zij dair omme malcanderen nummermeer en zullen moyen, aentalen oft belasten by henzelven oft by yemanden anders in ennigen gerichten, geestelic oft werlic, in enniger manieren, sonder droch ende argelist.
Testes, datum supra.

R1271, fol 267r-267v
14 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Goeswinus, filius quondam Jacobi, filii quondam Arnoldi Janss., hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Henrici Tyelmanss., ad opus Henrice, filie quondam Johannis Henrici Wouterss., quoad eius usufructum et alias non, necnon ad opus Adriani, filii eiusdem Henrice de primo eius thoro, atque ad opus prolium legitimarum eiusdem Henrice de ultimo suo thoro, quoad ius hereditarium hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Thome apostoli, et pro primo solutionis termino a Thome apostoli proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere absque omni onere, precarie ceterisque oneribus et incommodis tradendam de et ex medietate ad ipsum, ut dicebat, spectante in duobus iugeribus terre vel circiter, sitis in parochia de Nulant, in loco dicto in den Nyewen Polre, inter hereditatem Arnoldi dicti Bernts ex uno et inter quandam hereditatem, dictam Scroepels Lant, ex alio, tendente a communi aggere, dicto den gemeynen hoffdyck, ad hereditatem Petri Jacopss., fratris dicti venditoris, item adhuc ex medietate ad ipsum, ut dicebat, spectante in uno iugere terre, sito in dicta parochia, in loco dicto In de Ettinge, inter hereditatem dicti Arnoldi Bernts ex uno et inter dictam hereditatem, Scroepels Lant vocatam, ex alio, tendente ab hereditate dicti Petri ad hereditatem Willelmi Goyartss.

van Lent, item adhuc ex medietate ad ipsum spectante in duobus iugeribus terre, sitis in parochia predicta, in dicto loco, die Ettinge vocato, inter hereditatem reliquam dicti venditoris atque Arnoldi, sui fratris, ex uno et in communem stegam ex alio, tendente a quodam fossato, dicto den Ettinxgrave, ad quoddam aliud fossatum, dictum den Auden Polresgrave, ut dicebat, ab eadem Henrica quoad eius usufructum et alias non, et post eius decessionem ab Adriano predicto et dictis prolibus legitimis dicte Henrice quoad ius hereditarium habendum et possidendum omnino iuxta tenorem testamenti ac ultime voluntatis quondam Henrici, filii quondam Henrici Wouterss., et quondam Katherine, sue uxoris, legitime filie quondam Godefridi Goben de Helmont, dictam pactionem renunciavit, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, tali annexa condicione quod dictus venditor dictam pactionem redimere et acquitare poterit perpetue cum triginta sex peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus nomine dictorum Henrice, Adriani et dictarum prolium hoc palam recognovit et dicto venditori consentiit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefatis emptoribus legitime preintimabit.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XIIII$^{ta}$ decembris.

R1271, fol. 267v
14 december 1502
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Dominus Zegerus de Enckenvoirt, canonicus ecclesie Beate Marie Aquensis, Leodiensis diocese, pro se et pro capitulo dicte ecclesie, potens ad hoc, ut apparebat, in omibus suis ac dicti capituli causis adhuc monendis in iudicio opidi de Buscoducis contra et adversus Johannem van den Berge Willemss. et eius fideiussores seu complices occasione bonorum et reddituum, quos dictum capitulum in Buedel habet situatos et solvendos, seu alias occasione quacumque discretos viros magistrum Laurencium de Gunterslair, canonicum ecclesie collegiate sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, magistrum Willelmum de Busco, consiliarium, et Marcelium de Kryeckenbeeck, causidicum dicti opidi de Buscoducis, et quemlibet insolidum in suos veros et legitimos procuratores elegit, constituit et ordinavit ad ius causam seu causas dicti constituentis ac capituli predicti, tam active quam passive, prosequendi et pro eisdem agendi in omnibus et per omnia, prout iuris exegerit ordo, simul cum promissione, ratihabitione et relevacione, ut in forma.
Testes Heym et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 267v
15 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Petrus, filius quondam Arnoldi dicti Zichemans, promisit super omnia et habenda Henrico, filio quondam Henrici van den Mosselaer, decem et septem et dimidium peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, necnon decem et dimidium lopinos siliginis mensure de Oirschot, Purificationis proxime futuro persolvendos et dictam siliginem in Oirscot tradendam.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XV$^{ta}$ decembris.

R1271, fol. 268r
15 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Paulus, filius Bartholomei dicti van den Nuwenhuyse, hereditarie vendidit Willelmo, filio quondam Petri dicti Tyelmanss., hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Hildwarenbeeck, solvendam hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in dicta parochia de Beeck tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacenti, quinque lopinatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sitis in parochia de Dyessen, inter communitatem ibidem ex uno et inter communem plateam quae tendit a villa de Dyessen versus villam de Beeck ex alio, tendente ab hereditate Laurencii dicti Damens. ad hereditatem Johannis, filii Mathie Meeuss., item ex quadam agro terre, tres et dimidiam lopinatas terre vel circiter continenente, eiusdem venditoris, sito ibidem ultra dictam communem plateam inter eandem plateam ex alio, tendente alias ad hereditatem Nycolai dicti die Sceper, undique adiacenti, item adhuc ex duabus et dimidia lopinatis terre vel circiter dicti venditoris, sitis ibidem inter communitatem ibidem ex uno et inter hereditatem Petri dicti Moenen ex alio, tendente cum fine utroque fine ad hereditatem dicti Nycolai die Sceper, ut dicebat, ab eodem, promittens et cum eo, Everardo, Everardo, filio Everardi Peterss., indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ac dimidio modio siliginis ex domo, area, orto ac hereditate predictis, hereditaria pactione unius modii siliginis ex dicto agro, atque censu fundi atque dimidio modio siliginis ex dictis duabus et dimidia lopinatis terre, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 268r
15 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Johannes de Os Dircxs. dedit domino Johanni Ghijsselen, presbitero, potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 268r
15 december 1502
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Hubertus dictus Hals, filius quondam Rodolphi dicti Hals, hereditarium censum undecim librarum monete, quem censum Marcelius de Goch, filius quondam Gerisii, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum domino Willelmo Hals, presbitero, filio dicti quondam Rodolphi Hals, anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini, ex pecia terre, sex vasatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Os, ad locum dictum Catwyck, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis Snavel ex alio, insuper ex quatuordecim hont terre vel circiter, sita in dicta parochia, ad locum dictum Mekelendonck, inter hereditatem heredum quondam Lamberti Doncker ex uno et inter hereditatem Johannis, filii Robberti Smeedss., ex alio, et qui census predictus dicto Huberto per et post mortem dicti quondam domini Willelmi iure successionis hereditarie advolutus est, ut dicebat, hereditarie supportavit Gerisio, filio dicti quondam Marcelii de Goch, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti quondam domini Willelmi Hals ac suorum heredum deponere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 268r-268v
16 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam magistri Arnoldi, filii quondam magistri Arnoldi de Weilhusen senioris, domum et aream, sitam in Buscoducis in vico Reparatorum Veterum Vestium, inter hereditatem magistri Arnoldi de Weilhusen senioris predicti ex uno et inter hereditatem Hectoris Speyers ex alio, quam domum et aream dictus magister Arnoldus senior erga Ghiselbertum dictum Sceyvel, filium quondam Bernardi Sceyvel, acquisierat prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico dicto de Mulsel, filio quondam Johannis dicti de Mulsel, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti quondam magistri Arnoldi, eius patris, necnon ex parte dicti quondam magistri Arnoldi, eius avi, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum via iuris inventum fuerit plus fore solvendum quam hereditarii census ad summam decem librarum pagamenti ascendente, atque unius modius siliginis mensure de Buscoducis, diversis personis annuatim exinde e iure solvendi, ut dicebat, hoc plus primodictus Henricus prefato Henrico de Mulsel penitus deponet. Quo facto idem Henricus de Mulsel repromisit super omnia et habenda primodicto Henrico, quod ipse dictum unum modium siliginis deinceps dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur de et ex domo et area predicta sic et taliter quod eidem Henrico primodicto ad et supra se ac reliqua sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XVI$^{ta}$ decembris.

R1271, fol. 268v
16 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Arnoldus dictus Roever, filius quondam Petri dicti Scheerss., hereditarie vendidisset Anthonio, filio quondam Rutgeri de Eenquinckel, hereditarium censum viginti quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex domo, area, orto ac hereditate sibi adiacenti, pariter novem lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Vechel, ad locum dictum Dorhout, inter hereditatem heredum quondam Willelmi van der Aelsvoirt ex uno et inter communem plateam ex alio, item ex pecia terre, dicta den Nuwen Ecker, sita ibidem, inter hereditatem Gerardi, filii Henrici Roevers, ex uno et inter hereditatem dictam Quaet Coep ex alio, insuper ex pecia terre dicta Quaet Coep, sita ibidem, inter peciam terre predictam ex uno et inter communem plateam ex alio, cumque dictus emptor palam recognovisset et super omnia et habenda dicto venditori repromisisset quod idem venditor dictum censum redimere et acquitare posset infra spacium decem annorum cum sex libris simul et non minus, videlicet quamlibet libram cum sex peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, dando scilicet aureos florenos Almanie pro viginti septem stuferis et alios denarios proporcionabiliter, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout in diversis litteris, constitus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Anthonius, emptor, palam recogonovit et publice confessus est se alias coram scabinis in Vechel recognovisse predictum Arnoldum Roever, venditorem, cum suis propriis denariis, quos ab eodem Arnoldo receperat, ad manus suas acquitasse, octo libras hereditarii census de dicto hereditario censu viginti quatuor librarum, atque eundem Arnoldum Roever et eius bona de dictis octo libris hereditarii census coram eisdem scabinis in Vechel quitasse et quitos proclamasse, nichilominus ad maiorem roborationem, recognitionem et quitacionem predictarum, idem Anthonius hic adhuc de novo eundem Arnoldum Roever et eius bona de

eisdem octo libris hereditarii census quitavit et quitos proclamavit necnon quitat et quitos proclamat per presentes, promittens super omnia et habenda eundem Arnoldum Roever et eius bona de eisdem octo libris et ab ulteriori solutione earundem atque dampnis indempnem servare.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 268v-269r
16 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu precedenti et fiat relatio ex eodem a primo usque ibi, promittens super omnia et habenda eundem etc., et tunc sic constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Johannes de Heesben, potens ad hoc vigore certarum supportationum, sibi de dictis libris hereditarii census de dicto censu viginti quatuor librarum coram scabinis in Buscoducis per dictum Anthonium factarum, ut dicebat, palam recogovit se recepisse infrascriptos denarios, videlicet quadraginta octo peters, decem et novem stuvers pro quolibet computando, unacum sedecim libris pro censu anni redemptionis et censu annali, videlicet a dicto Arnoldo Roever per manus tamen Nycolai Pels, sub quo supradicti denarii per modum cambii per dictum Arnoldum Roever fuerant locati, videlicet anno quingentesimo, prima die mensis februarii, et hoc redemptionem aliarum octo librarum hereditarii census de dictis sedecim libris hereditarii census, de primodicto censu viginti quatuor librarum, clamans igitur dictus Johannes de Heesbeen dictum Arnoldum Roever, venditorem, et eius bona et quoscumque alios huiusmodi quitanciam indigentes quitos de predictis denariis, promittensque super omnia et habenda michi ad opus dicti Arnoldi Roever quod ipse eundem Arnoldum Roever et eius bona de iamdictis aliis octo libris hereditarii census occasione, quarum ipse supradictos denarios in redemptionem earundem se recepisse, ut premittitur, recognovit atque ab ulteriori solutione earundem octo librarum atque ab omnibus dampnis eidem Arnoldo Roever seu eius bonis ea occasione quovismodo eventuris quitabit, relevabit et penitus indempnem observabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 269r
17 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Wolterus Stoock, filius quondam Henrici Stoock, promisit super omnia et habenda michi ad opus Franconis Post centum et octuaginta sex florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XVII$^{a}$ decembris.

R1271, fol. 269r
17 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum pridem in conventione matrimoniali, olim habita et celebrata inter Jacobum, filium quondam Ade, dicti In Geen Hulst, ex una et Johannam, filiam Willelmi Pyckevet, partibus ex reliqua, inter cetera inibi contenta et ordinata, conventum fuisset quod dictus Willelmus Pyckevet cum dicta Johanna, sua filia, prefato Jacobo pro dote et in subsidium eorum matrimonii daret et assignaret huiusmodi vitalem pensionem viginti quatuor florenorum Renensium, quam pensionem dictus Willelmus ad vitam dicte Johanne et

Christine, suarum filiarum, dudum erga opidum de Leyden emendo acquisierat unacum quibuscumque arrestadiis de eadem pensione restantibus, simul etiam cum huiusmodi debito quoad summam centum aureorum florenorum Renensium ascendente vel circiter, in quo debito dominus de Yselsteyn dicto Willelmo obligaretur in quodam instrumento publico contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Jacobus super premissis atque iure ad opus dicti Willelmi hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 269r
*deze akte is onvolledig en niet gepasseerd*

Notum sit universis quod cum pridem in conventione matrimoniali ut iam immediate supra et fiat relacio usque ibi et effestucando et tunc sic, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Willelmus Pyckevet.

R1271, fol. 269r-269v
17 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum pridem in conventione matrimoniali ut supra et fiat relacio ulterius usque ibi effestucando et tunc sic et cum deinde Johannes de Ghent et domicella Margareta, eius uxor legitima, filia quondam Henrici Dicbyers, filii naturalis quondam domini Henrici Dicbyers, domini temporalis, dum vixit, de Megen, hereditarium censum duorum florenorum Renensium, solvendum hereditarie ex quodam orto, dicto Kempkenshoff, sito ante Megen, item hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, solvendum ex duobus iugeribus terre, sitis in parochia de Megen, dictis dat Raempken, item hereditarium censum duorum florenorum Renensium, solvendum ex quodam domistadio cum pecia terre, dictis Voegels Hostadt, sitis in parochia de Megen predicta, item hereditarium censum trium florenorum Renensium, quem Wolterus, dictus de Hyen, annuatim solvere tenetur, item medietatem quindecim pascuum, dictorum scaren, in loco dicto In den Aenworp, in parochia de Megen, in den Ham situatis, simul cum medietate lignicrescentium, item quendam campum terre, quatuor iugera vel circiter continente, dicta Collarts Camp, situm in parochia de Megen, item adhuc omnes huiusmodi hereditates partim arabiles et partim pascuales, pariter sedecim iugera terre vel circiter continente, sitas in parochia de Macharen, dictas Gerits Vallix Goet, cum suis attinentiis universis, hereditarie supportassent Henrico die Leeuwe et Willelmo Pyckevet, filio quondam Tyelmanni, prout in aliis litteris quarum data continet vicesima novembris anno Domini millesimo quingentesimo primo, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Willelmus Pyekevet, cupiens loco dictorum bonorum in dicto contractu matrinoniali comprensorum, et super quibus Jacobus predictus ad opus dicti Willelmi, ut premittitur, iterum renunciavit, eidem Jacobo in aliis equivalentibus bonis dotalibus satisfacere, ut dicebat, medietatem totamque partem et omne ius ad ipsum Willelmum, ut dicebat, spectante in dictis bonis per dictos Johannem de Gent et domicellam Margaretam, eius uxorem, ut premittitur, supportatis, legitime supportavit dicto Jacobo et eidem assignavit cum dicta Johanna, sua uxore, nomine dotis et in subsidium eorum matrimonii ad ius opidi de Buscoducis, simul cum ultimodictis litteris aliis, munimentis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis tamen recognitionibus, repromissionibus et condicionibus in dictis litteris contentis, eisdem que in suis vi et robore semper salvis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XVII[a] decembris.

R1271, fol. 269v
17 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu precedenti et fiat relatio ad longum, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Jacobus palam recognovit et publice confessus est, sibi mediante supportatione ultimodicta et aliis receptis denariis per dictum Willelmum plenarie fore satisfactum, de quibuscumque suis promissis bonis dotalibus, videlicet de summa tricentorum florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, et clamavit eundem Willelmum et eius bona ac omnes alios inde quitos. Recognovit insuper idem Jacobus quod ipse in communi divisione imposterum post obitus dictorum Willelmi et sue uxoris legitime fienda de bonis per ipsos relinquendis importabit et importare tenebitur consimiles tricentos florenos Renenses, aut saltem Christina, reliqua filia dicti Willelmi, tantum prelevabit de eisdem bonis antequam dictus Jacobus condividere poterit bona predicta, promittens super omnia et habenda huiusmodi recognitiones ratam servare et non contravenire quovismodo, hoc tamen salvo quidquid dicto Jacobo via iuris de premissis sibi supportatis bonis abiudicaturis ultra ius, sibi in eisdem vigore dictarum litterarum competens, quod hoc eidem Jacobo ad dictam summam tricentorum florenorum in dicta communi divisione defalcabit absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 269v-270r
17 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Fratres Johannes Bem, prior, et Ghiselbertus Toelinc, procurator, conventus fratrum cruciferorum in Buscoducis, nomine eorum et dicti conventus et quorumcumque conventualium eiusdem conventus, presentium et fututorum, peciam terre arabilis, sitam in parochia de Woenssel, inter hereditatem Thome dicti Doernkens ex uno et inter quandam hereditatem, ad dominium de Craendonck spectantem, ex alio, tendentem cum fine ad hereditatem Johannis dicti Doernkens, ut dicebat, hereditarie supportaverunt michi ad opus Wolteri dicti Hubertssoen, simul cum toto iure sibi ac dicto conventui quovismodo competenti in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicti conventus habitorum et habendorum ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti conventus ac quorumcumque conventualium eiusdem conventus, presencium et futurorum, deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa in casu quo dicta pecia terre dicto Woltero imposterum via iuris evinceretur, quod tunc statim huiusmodi evictione facta, prefati fratres refundent et refundere tenebuntur dicto Woltero summam viginti quinque peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc currenti pro quolibet computando, quibus refusis dictus Wolterus dictam peciam terre prefatis fratribus resupportabit et resupportare tenebitur, simul cum dictis litteris et aliis et iuribus, ac obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet, tali annexa condicione quod dictus conventus dictam peciam terre etiam redimere poterit semper dum sibi placuerit cum et mediante viginti quinque consimilibus peters, fructibus tamen et emolumentis anni redemptionis dicto Woltero semper salvis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 270r
17 december 1502

Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Elisabeth, relicta quondam Amelii, filii quondam Amelii dicti van den Velde, cum tutore, potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Amelii, eius dum vixit mariti, ut apparebat, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex prato et pecia terre mericali sibi coadiacenti, sitis in parochia de Bucstel, ad locum dictum After die Vorste, inter hereditatem Emondi Janss. ex uno et inter hereditatem Lamberti die Decker ex alio, insuper ex domo, area et pecia terre sibi adiacenti, pariter unam maldratam terre vel circiter continente, sitis in dicta parochia inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Johannis die Mombaer ex alio, insuper adhuc hereditariam pactionem dimidii modii siliginis dicte mensure, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex contrapigneribus predictis, quas pactiones predictas magister Henricus Pelgrom ad opus dicti Amelii, filii quondam Amelii van den Velde, erga Jacobum, filium quondam Jacobi van den Hoevel de Bucstel, emendo acquisierat, prout in diversis litteris, hereditarie supportavit domino Luce, presbitero, filio quondam Luce van den Meer, simul cum dictis litteris et instrumentis et iure, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti quondam Amelii, sui dum vixit mariti, ac suorum heredum deponere, cum conditione consueta.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 270r
17 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicta Elisabeth, relicta quondam Amelii van den Velde, cum tutore, ac *(?)* eis scribendi *(?)* potens etc., hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex domo, area et orto, sitis in parochia de Gestel prope Herlair, ad locum dictum Thede, inter hereditatem Adriani Goyartss. ex uno et inter hereditatem Robberti Moens ex alio, quem censum predictum dicta Elisabeth, relicta quondam Amelii van den Velde, erga Petrum, filium quondam Everardi Laureynss., emendo acquisierat, prout in litteris, insuper quecumque alia sua bona mobilia, domus utensilia et immobilia, ab ea ad presens habita ac imposterum ab ea habenda et post se reliquenda, quocumque locorum reperienda, hereditarie supportavit dicto domino Luce, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum deponere, cum conditione consueta.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 270r-270v
17 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in ambobus contractibus immediate precedentibus, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus dominus Lucas palam recognovit et super omnia et habenda dicte Elisabeth repromisit quod ipse idem dominus Lucas ex causa supportationum pretactarum eandem Elisabeth, quamdiu in humanis vixerit, bene et laudabiliter et iuxta exigentiam sui status de victu et amictu et de quibuscumque aliis suis humanis necessariis enutriet et eidem de premissis omnibus et singulis fideliter providebit seu enutriri et provideri procurabit, hoc enim salvo in casu quo idem dominus Lucas in premissis, quod Deus avertat, defectuosus inventus fuerit, et super quo defectu

decanus pro tempore in Buscoducis per testimonium vicinorum dicte Elisabeth prius sufficienter fuisset informatus, quidquid idem decanus desuper dictaverit hoc idem dictus dominus Lucas ratum, gratum atque firmum perpetue observabit et adimplebit omni dolo secluso, prout idem dominus Lucas hoc adhuc palam recognovit et sub obligatione premissa dicte Elisabeth promisit.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XVII[a] decembris.

R1271, fol. 270v
17 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Egidius, filius quondam Arnoldi dicti die Wyze, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, filie quondam Henrici Peterss., hereditarie vendidit Johanni Coelborneer, filio quondam Johannis, hereditarium censum sex librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradendum de et ex pecia terre, sextariatam terre vel circiter continente, sita in parochia de Erpe, ad locum dictum den Hoeck, inter hereditatem Johannis Goedewerts ex uno et fine uno et inter hereditatem Henrici Joirdenss. ex alio, tendente ad communem plateam cum reliquo fine; insuper ex una sextariata terre, sita ibidem, in loco dicto Heerbraeck, inter hereditatem liberorum quondam Johannis van den Bercken ex uno et inter hereditatem Johannis Alarts ex alio, tendente ab hereditate Henrici van den Vyfeycken ad communem plateam; insuper ex una sextariata terre vel circiter, sita ibidem, inter hereditatem Godefridi Lambertss. ex uno et inter hereditatem Godefridi Stubben ex alio, tendente ab hereditate Johannis Alarts ad hereditatem seu pratum, dictum der Kercken Beempken; insuper ex quodam prato, sito in dicta parochia, ad locum dictum In geen Aerschot, inter hereditatem Arnoldi de Loe ex uno et inter hereditatem quondam magistri Geerlaci de Groetel ex alio, tendente ab hereditate Leonii Blaffarts ad communem aquam, die Aa vocatam; insuper ex sex lopinatis terre, sitis in dicta parochia, ad locum dictum die Brake, inter hereditatem dicti Johannis Goedewert ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendente cum reliquo fine ad hereditatem Leonii de Ponsendael; insuper ex domo, area, orto ac pecia terre sibi adiacenti, sitis ibidem, inter hereditatem Arnoldi de Dyeperbeeck ex uno et inter hereditatem Johannis Arntszoen ex alio, tendente ab hereditate Yde Gerits ad communem plateam; item ex prato dicto den Hongerdonck, sito ibidem, inter hereditatem dicti Arnoldi de Dyeperbeeck ex uno et inter communitatem ex alio, tendente ab hereditate Gerardi Achten ad pratum, dictum Frederix Beempt, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi atque tribus modiis siliginis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 270v
17 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta quinque et dimidio florenis Renensibus, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol 270v-271r
19 december 1502
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Arnoldus, filius quondam Johannis dicti Arntszoen, hereditarium censum sex librarum monete, solvendum anno quolibet hereditarie Assumptionis Marie de et ex duabus domibus, areis, ortis ac septem cameris, sibi retro adiacentibus, sitis in Buscoducis ad finem vici Hynthamensi extra portam ibidem, dictam Pynappelspoirt. inter aquam ibidem fluentem ex uno et fine uno et inter hereditatem Johannis die Keyser ex alio; item ex quodam manso Willelmi, filii quondam Willelmi dicti Janss., sito in parochia de Hees, ad locum dictum Op Zochel, atque ex iuribus et attinentiis eiusdem mansi, singulis et universis, qui mansus cum attinentiis predictis situs est ibidem, inter hereditatem dictam die Gemeyn Raect ex uno et inter quandam stegulam ibidem, dictam dat Zochelsche Steeghsken, ex alio, quem censum predictum magister Willelmus de Busco ad opus dicti Arnoldi erga dictum Willelmus, filium quondam Willelmi Janss., emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Willelmo de Zittart, filio quondam Marcelii, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XIX[a] decembris.

R1271, fol. 271r
19 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam Heymerici dicti Peterss., ab eodem et quondam Hadewige, sua uxore, filia quondam Godescalci Buck, pariter genitus, et Jacobus, filius quondam Jacobi Wautgerszoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elsbene, sue uxoris, filie dictorum quondam Heymerici et Hadewigis, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectantes, atque ipsis per et post decessus dicte quondam Hadewigis necnon quondam Henrici, sui fratris, filii dicti quondam Godescalci Buck, iure successionis seu alias via testamenti quovismodo advolutas videlicet in huiusmodi hereditatibus quas quondam Hadewigis et Henricus, eius frater, situatas habere consueverant in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Opte Loeffoirt, in diversis peciis ibidem, que quidem hereditates tendunt cum uno fine ad hereditatem Rutgeri Coppens, Henrici dicti in den Beer et Gerardi dicti Ketelers, et cum alio fine ad hereditatem domini Johannis Thijss., presbiteri; item in quodam campo, sito in parochia de Gestel prope Herlaer, in loco dicto int Bellenbroick, inter hereditatem Christiani Voegels ex uno et inter hereditatem Petri Engbrechts et Henrici Spierinx ex alio; item in quadam pecia terre, sita infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, ad locum dictum die Poeldonck, inter hereditatem Johannis Buck ex uno et inter hereditatem Goeswini Everitss. ex alio; item adhuc in tribus libris communis pagamenti, quas libras quidam Henricus dictus Deliss. prefato Henrico Buck solvere tenebatur, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Elisabeth, filie dictorum quondam Heymerici et Hadewigis, coniugum, necnon Christiano, filio quondam Danielis Michyelss., tamquam marito et tutori legitimo Marie, sue uxoris, filie eorundem quondam Heymerici et Hadewigis, simul cum toto iure ipsis quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, et effestucando promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Elsbene deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 271r-271v
19 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Supradicti Elisabeth et Christianus, tamquam maritus et tutor dicte Marie, sue uxoris, cum tutore, totam partem et omne ius ad ipos (*sic*), ut dicebant, spectantes ac ipsis per et post mortem dicte quondam Hadewigis necnon quondam Henrici Buck, sui fratris, filii dicti quondam Godescalci Buck, iure successionis seu alias via testamenti quovismodo advolutas, videlicet in quodam campo terre, sito infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, ad locum dictum die Poeldonck, inter hereditatem Yde, relicte quondam Johannis Engbrechs., ex uno et inter communem plateam ex alio, tendente ab hereditate Willelme, relicte quondam Johannis Glavymans, et eius liberorum, ad hereditatem Rodolphi Janss., ut dicebant, hereditarie supportaverunt dictis Henrico et Jacobo, tamquam marito et tutori legitimo dicte Elsbene, sue uxoris, simul cum toto iure, ipsis quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Marie deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XIX$^{a}$ decembris.

R1271, fol. 271v
20 december 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Philippus Coenen Corstiaenss. promisit super omnia et habenda Petro de Hedel Janss. decem florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, et duos consimiles stuvers, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes Brecht et Berkel, datum XX$^{a}$ decembris.

R1271, fol. 271v
20 december 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Goeswinus, filius quondam Everardi dicti Ghijbens. dicti van den Water, hereditarie vendidit domino Huberto Hospitali alias dicto Bottel, presbitero, hereditarium censum unius et dimidii florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census novos aureos florenos per archiducem Philippum monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe gouden philipsgulden, gerecht van gewichte, pro viginti quinque aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro viginti octo stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, et alios denarios nae advenande, secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro, et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area, alia quadam domo, dicta enen Spyker, orto ac hereditatibus, partim arabilibus et partim pascualibus, sibi mutuo coadiacentibus, tria iugera terre vel circiter pariter continente, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, ad locum dictum opte Poeldonck, inter quandam communem plateam ibidem ex uno et inter hereditatem Johannis de Griensvenne ex alio, tendente ab hereditate Henrici Deliszoen ad hereditatem Rodolphi dicti Coppen et Johannis Buck, ut dicebat, ab eodem, promittens, et cum eo Cornelius, eius filius naturalis, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et

impetitionem deponere, exceptis censu fundi ac novem libris pagamenti exinde prius annuatim et iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 271v
20 december 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum viginti tribus consimilibus florenis Renensibus et cum censu et arrestadiis, prout emptor recognovit super omnia et habenda dicto venditori, repromisit hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spatium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 271v-272r
20 december 1502
Lambert Millinck en Gerit van Berkel

Servacius, filius quondam Danielis, filii quondam Servacii Danelss., ab eodem et quondam Johanna, sua uxore, filia quondam Wautgeri, filii Arnoldi dicti Roelofss. de Tuyll, pariter genitus, medietatem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in quodam campo, quatuor iugera vel circiter continente, sito in parochia de Kessel, in loco dicto int Stroobroick, inter hereditatem domini Johannis Bardeyn, investiti de Os, ex uno et inter hereditatem Theoderici, filii naturalis quondam Theoderici dicti Kepken et quorundam aliorum hominum ibidem ex alio, quam medietatem predictam dictus Wautgerus, filius quondam Arnoldi Roelofs de Tuyll erga Johannem dictum de Wychen, filium quondam Johannis dicti de Wychen, Henricum dictum Ruyse, filium quondam Henrici, maritum et tutorem legitimum Elisabeth, sue uxoris, atque Danielem, filium quondam Johannis Deenkenssoen, maritum et tutorem legitimum Mechteldis, sue uxoris, filiarum quondam Johannis de Wychen predicti, emendo acquisierat, prout in litteris, et que medietas predicta dicto Servacio mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et Arnoldum, suum fratrem, filium dicti quondam Danielis, filii quondam Servacii Danelss., dudum coram scabinis in Geffen habita, in partem cesserat, qui campus predictus pronunc situs est ibidem, inter hereditatem heredum dicti quondam domini Johannis Bardeyn ex uno et inter hereditatem Johannis Bloyman et heredum quondam Theoderici Kepkens predicti et tendet cum uno fine ad aqueductum domini ducis et cum alio fine ad hereditatem Willelmi de Kessel, illam scilicet medietatem campi predicti, que sita est proxime ad aqueductum predictum, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Henrico et Johanni, fratribus, liberis Johannis, filii quondam Theoderici de Herssel, simul cum dictis litteris notanter aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dictam medietatem spectantibus. Promisit insuper Petrus, filius dicti quondam Servacii Danelss., fraterque supradicti quondam Danielis, super omnia et habenda omnes obligationem et impetitionem ex parte dicti Arnoldi, fratris supradicti Servacii, deponere.
Testes Millinc et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 272r
22 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Mechteldis, filia quondam Johannis dicti Danelss., cum tutore, peciam terre paludialis, tria et dimidium hont terre vel circiter continente, sitam in parochia de Nulant, in loco dicto in den Alden Polre, inter hereditatem fabrice ecclesie de Nuwelant ex uno et inter hereditatem heredum quondam Ghibonis dicti van den Hautart ex alio, tendente ab hereditate Willelmi dicti Deenkenss. ad hereditatem Theoderici dicti Kepkens, in ea qualitate qua dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebat, dedit ad hereditarium censum Johanni juniori, filio quondam Johannis Corstiaenss., ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro onere conservandi aggeres, dictos zegedycken, sluysas, fossata et aqueductus infra terram situatos et ad dictam peciam terre e iure conservandi spectantes**,** conservandi ab alio temporibus et locis ad hoc debitis et oportunis atque pro hereditario censu quatuor peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia seu moneta quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, dando et solvendo sibi ab alio, mediatim Pentecostes et mediatim Andree apostoli, et pro primo solutionis termino Pentecostes proxime futuro, et in Buscoducis libere tradendo de et ex pecia terre predicta, promittens cum tutore super omnia et habenda warandiam pro premissis ac alias obligationem et impetitionem deponere. Quo facto alter repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicte Mechtildi dictum censum anno quolibet terminis et locis predictis de et ex pecia terre predicta. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus census statim post decessum dicte Mechteldis ad dictum Johannem juniorem, si protunc in humanis vixerit, alioquin ad suos veros et proximiores heredes et successores proprietarios dicte pecie terre protunc in humanis agentes iure hereditario succedet et devolvetur, prout dicta Mechtildis cum tutore hoc palam recognovit et sub obligatione premissa dicto Johanni juniori repromisit. Testes Berkel et Borchgreve, datum XXII$^{da}$ decembris.

R1271, fol. 272r-272v
22 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Wolterus, filius quondam Ambrosii dicti Janss., domum, aream et ortum ac hereditatem sibi adiacentem, maldratam terre vel circiter continente, sitos in parochia de Geffen, iuxta ecclesiam ibidem, inter hereditatem Theoderici dicti Janss. ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti Jacopssoen ex alio, tendente ab hereditate Lamberti dicti Maess. ad communem plateam Petri dicti Michielszoen, ut dicebat, dedit ad hereditarium pactum Boudewino, filio quondam Pauli Bouwessoen, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro uno denario, stuver vocato, fabrice ecclesie in Geffen, hereditaria pactione unius maldri siliginis Maiori Hospitali in Buscoducis, hereditaria pactione decem sextariorum siliginis Sororibus Tercie Regule Sancti Spiritus, commorantibus in Buscoducis, ad locum dictum After die Tolbrugge, prius annuatim exinde e iure solvendis, dandis et solvendis ab alio terminis et locis ad hoc debitis et consuetis, atque pro hereditaria pactione viginti vasorum siliginis mensure de Buscoducis, danda et solvenda sibi ab alio anno quolibet, hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum et in Geffen, ad domum habitationis dicti Wolteri tradenda de et ex premissis, promittens super omnia et habenda warandiam pro premissis, alias obligationem et impetitionem deponere. Quo facto alter repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Woltero dictam pactionem viginti vasorum siliginis anno quolibet hereditarie termino et loco predictis de et ex premissis. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere atque quod ipse Boudewinus supradictas antiquas pactiones, elapso Purificationis proxime futuro, extunc deinceps perpetue dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dicto Woltero ad et supra se et reliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXII$^{da}$ decembris.

R1271, fol. 272v
22 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue simul una pariter aut vicissimi et non minus quam simul et semel quatuor vasa siliginis, videlicet dictam integram pactionem viginti vasorum siliginis, cum et mediante quinquaginita florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsguldens, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ octo stuferos, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, et alios denarios nae advenande, secundum eandem valuationem et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Wolterus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Boudewino repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 272v-273r
22 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Willelmus, filius quondam Gerardi van der Aa, peciam terre quinque lopinatas terre vel circiter continentem, sitam infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, ad locum dictum die Sporct, inter hereditatem Andree Jacopss. ex uno et inter hereditatem Henrici dicti Ketelbueters ex alio, tendente ab hereditate Zeberti Henricxsoen ad hereditatem Engberti Willemss., prout dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendidit Romboldo, filio quondam Johannis Engbrechss., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis oneribus infrascriptis, videlicet quinque et dimidio denariis, aude butkens communiter vocatis, census fundi, hereditario censu trium librarum monete Marie, relicte quondam Henrici Mesmakers, hereditario censu octo denariorum, stuvers communiter vocatorum , uno novenario minus, rectori cuiusdam altaris, siti in capella op die Dungen, uno lopino siliginis hereditarie pactionis maiori infirmarie Curie Beginarum in Buscoducis atque hereditario censu sex librarum monete liberis quondam Johanni dicti van der Heyden annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, que onera pretacta dictus Romboldus, elapso Purificationis proxime futuro, extunc deinceps dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dicto Willelmo ad et supra se et reliqua sua bona dampna exinde non eveniant quovismo in futuro, prout dictus Romboldus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Willelmo repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 273r
22 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Johannes, filius quondam Johannis dicti Craen, faber, peciam terre arabilis quatuor lopinatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Rode Sancte Ode, in loco dicto in de Verwyt, inter hereditatem inter hereditatem (*sic*) Henrici dicti Muts ex uno et inter hereditatem conventus Carthusiensium in Vucht ex alio, tendente ab hereditate liberorum seu heredum quondam Henrici de Eyck ad hereditatem dicti Henrici Muts, in ea qualitate qua ibidem sita est, simul cum iure viandi ad dictam peciam terre e iure spectante iuxta

continentiam litterarum scabinalium de Rode desuper confectarum, ut dicebat, hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Willelmi dicti van der Zantvoirt, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Rode altari beatorum Georgii martiris et Geertrudis virginis, sito in ecclesia de Eerschot, parochie de Rode, annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat, quam pactionem iamdictam dictus Johannes van der Zantvoirt elapso Purificationis quod veniet, a festo Purificationis proxime futuro ultra annum, extunc deinceps et non prius dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dicto Johanni Craen ad et supra se et bona sua reliqua dampna exinde non eveniant in futuro, prout dictus Johannes van der Zantvoirt hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni Craen repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 273r
22 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dictus Johannes van der Zantvoirt promisit super omnia et habenda dicto Johanni Craen viginti quinque peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, necnon quatuor vasa siliginis mensure de Rode Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos et dictam siliginem in Buscoducis tradendam.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 273r
22 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Wolterus dictus Lu, filius quondam Danielis Wouterss., promisit super omnia et habenda Ottoni Bolcx Janss. novem peters, XIX stuvers vel valorem monete nunc currenti pro quolibet computando, et decem consimiles stuvers Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXII$^{da}$ decembris.

R1271, fol. 273r-273v
22 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Paulus, filius Henrici, filii quondam Jordani, filii quondam Henrici dicti Loekeman, domum et aream, sitam in Buscoducis, in vico Vuchtensi, inter hereditatem quondam Johannis dicti Kemmer ex uno et inter hereditatem Wolteri dicti Walle ex alio, prout dicta domus et area cum suis iuribus et attinentiis ibidem sita est, hereditarie supportasset Johanni, filio quondam Willelmi Zeelmeker, et deinde dictus Johannes, filius quondam Willelmi Zeelmeker, dictam domum et aream et partem orti eiusdem domus et aree, nunc sitas ibidem, inter hereditatem reliquam eiusdem Johannis ex uno et inter hereditatem Ghiselberti dicti van der Heyden, cultellificis, ex alio, tendente a communi vico Vuchtensi retrorsum usque ad murum transversalem eiusdem Johannis, qui murus transversalis tendit a muro lapideo, stenen gevel communiter vocato, camere posterioris dicti Johannis, filii quondam Willelmi Zeelmekers, per et trans dictum ortum usque ad quendam murum lapideum dicti Ghiselberti van der Heyden et suorum, simul cum censibus et redditibus pridem ex premissis integris hereditatibus e iure solvendis et postmodum redemptis et

acquitatis dicto Johanni, filio quondam Willelmi Zeelmekers, dicto muro transversali, dweersmuer vocato, necnon residuo dicti orti ibidem retro situato, cum suis iuribus et attinentiis semper salvo et reservato, hereditarie supportasset Henrico, filio quondam Huberti, filii quondam Arnoldi dicti Sgraets, cultellifici, prout in diversis litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis Rodolphus, filius quondam Theoderici de Doerne, tamquam maritus legitimus Elisabeth, sue uxoris, relicte dicti quondam Henrici, filii quondam Huberti dicti Sgraets, et ipsa cum eodem, tamquam cum suo tutore, usufructum dicte Elisabeth, ut dicebat, competentem in premissis dicto Henrico, ut premittitur, supportatis, legitime supportavit Huberto necnon Elisabeth et Barbare, eius sororibus, liberis Elisabeth et quondam Henrici predictorum, ad opus eorum et ad opus Gerarde, filie eorundem Elisabeth et quondam Henrici, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXII[da] decembris.

R1271, fol. 273v-274r
22 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum[16] sit universis quod cum ita actum esset ut supra et fiat relatio eodem modo, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Hubertus necnon Elisabeth et Barbara, eius sorores, atque Johannes, filius quondam Servacii dicti van der Stegen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Geerarde, sue uxoris, cum tutore, iam premissa, dicto Henrico, ut premittitur, supportata, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, dederunt ad hereditarium censum Johanni Eustatii, filii quondam Willelmi de Dyepenbeeck, cultellifici, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro censu fundi domino duci et hereditariis censibus ad summam octo et dimidie librarum monete diversis personis, atque vitali pensione quinque aureorum florenorum, overlens Rynsgulden communiter vocatorum, ad vitam domini Petri dicti die Bresser, presbiteri, et Heilwigis, filie Gerardi dicti van den Broeck, et diucius eorum viventis, prius annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebant, danda et solvenda ab alio termino solutionis ad hoc debitis et consuetis, atque pro hereditario censu quatuordecim librarum monete, dando et solvendo primodicte Elisabeth, relicte dicti quondam Henrici, quoad eius usufructum necnon dumtaxat dicte Barbare quoad ius hereditarium, anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex premissis, promittentes indivisi cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Henrici, eorum patris, necnon dicte Gerarde ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, exceptis condicionibus, recognitionibus et repromissionibus in dictis litteris contentis. Promiserunt insuper sub obligatione premissa indivisi, in casu quo imposterum inventum fuerit via *(hierna ontbreekt* iuris*)* ex premissis plus fore solvendum quam supradictus census fundi, census ad octo et dimidiam libras ascedente, vitalis pensio quinque florenorum et dictus census quatuor decim librarum, quod dicti supportantes hoc plus prefato Johanni penitus deponent. Quo facto alter repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum primodicte Elisabeth, relicte dicti quondam Henrici, filii quondam Huberti Sgraets, quoad eius usufructum necnon dumtaxat supradicte Barbare quoad ius

[16] *in de marge, d.d. 8 juli 1614*: Rodolphus, filius quondam Theoderici Johannis Roeloffsvan Doirnen palam recognovit hunc censum quatuordecim librarum monete ad suas esse ademptum per Rutgerum, filium quondam Laurentii de Berkel tanquam proprietarium contrapignorum dicti census. Acta est hec recognitio octava die mensis julii, anno XVI[C] decimo quarto. J.D. Hees.

hereditarium, dictum hereditarium censum quatuordecim librarum monete anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto de et ex premissis sibi ad censum, ut dictum est, datis. Promisit insuper idem Johannes super omnia et habenda dictis Huberto, Elisabeth, Barbare et Johanni van der Stegen, eorum sororio, quod ipse supradictos census octo et dimidie librarum et vitalem pensionem quinque florenorum Renensium dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur, sic et taliter quod eisdem Huberto, Elisabeth, Barbare et Johanni ad et supra se et reliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuro, omnibus dolo et fraude in hiis seclusis.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 274r
22 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Et poterit dictus Johannes, filius Eustacii, dictum censum quatuordecim librarum redimere et acquitare perpetuis temporibus similibus, videlicet libram cum et mediante septem peters, decem et novem stuvers vel valorem eorundem in pecunia seu moneta quemadmodum iam valuata est, pro quolibet computando et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Rodolphus et Elisabeth, eius uxor legitima, atque dicta Barbara, filia eiusdam Elisabeth, cum tutore, hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda dicto Johanni, filio Eustacii, repromiserunt.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 274r
22 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Johannes, filius Eustacii, predictus promisit super omnia et habenda secundodicte Elisabeth, filie quondam Henrici, filii quondam Huberti dicti Sgraets, quadraginta duos peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, necnon sex libras monete, a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 274r
22 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Rodophus, filius quondam Theoderici de Doerne, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, relicte quondam Henrici, filii quondam Huberti, filii quondam Arnoldi Graets, et ipsa Elisabeth, cum eodem tamquam cum suo tutore, usufructum dicte Elisabeth, ut dicebat, competente in hereditario censu trium librarum monete, solvendo hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo, area et orto ac pecia terre sibi coadiacenti, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Dungen, inter hereditatem Johannis Willemss. ex uno et inter hereditatem Willelmi van den Hoerinck ex alio, insuper ex una modiata terre, sita in parochia de Gestel prope Herlaer, inter hereditatem Henrici Wellens ex uno et inter hereditatem Willelmi van den Hoerinck ex alio, quem censum predictum dictus Henricus, filius quondam Huberti, filii quondam Arnoldi Graets, erga Hubertum, filium quondam Wolteri, filii quondam Johannis Aelbrechss., acquisierat, prout in litteris, legitime supportaverunt dictis Huberto necnon Elisabeth et Barbare, eius sororibus, liberis Elisabeth et quondam Henrici primodictorum, ad opus eorum et ad opus Gerarde, eorum sororis, filie

eorundem Elisabeth et quondam Henrici, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes, cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 274r-274v
22 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Hubertus et Barbara, eius soror, necnon Johannes, filius quondam Servacii van der Stegen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Gerarde, sue uxoris, cum tutore, tres quartas partes ad ipsos spectante in hereditario censu predicto, hereditarie supportaverunt dicte Elisabeth, eorum sorori, filie dicti quondam Henrici, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Gerarde, necnon ex parte dicti quondam Henrici, eorum patris, in dictis tribus quartis partibus deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXII$^{da}$ decembris.

R1271, fol. 274v
22 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Supradicti Rodolphus et Elisabeth, eius uxor, relicta ut supra, cum tutore usufructum dicte, ut dicebant, competentem in hereditaria pactione duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradenda ex quodam prato Petri, filii quondam Petri Bruyninx, sito in parochia de Bercheyck, in loco dicto die Langevoirt, inter hereditatem liberorum quondam Johannis Bruyninx ex uno et inter hereditatem Henrici et Ghiselberti, liberorum quondam Ghiselberti die Rademeker ex alio, insuper ex quodam prato Henrici, filii quondam Johannis van den Berge, quatuor diurnatas vel circiter continente, sito in dicta parochia, inter aggerem dictum den Broekerdyck ex uno et inter hereditatem domus de Postula ex alio, quam pactionem predictam Henricus, filius quondam Huberti Sgraets, erga dictum Petrum, filium quondam Petri Bruyninx, maritum et tutorem legitimum Delyane, sue uxoris, filie quondam Johannis Henric Meeuss., et dictum Henricum, filium quondam Johannis van den Berghe emendo acquisierat, prout in litteris, legitime supportaverunt dictis Huberto, Elisabeth et Barbare ad opus eorum et ad opus dicte Gerarde, eorum sororis, utsupra, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 274v
22 december 1502
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Hubertus, Elisabeth, Barbara et Johannes, filius quondam Servacii, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Gerarde, sue uxoris, cum tutore, dictam heriditariam pactionem duorum modiorum siliginis, hereditarie supportaverunt dicto Rodolpho, filio quondam Theoderici de Doerne, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes cum

tutore indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Gerarde, necnon ex parte dicti quondam Henrici, eorum patris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 274v
23 december 1502
Raas Raassen en Lambert Millinck

Johannes, filius quondam Marcelii de Ekart, pellificis, dimidium modium siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione unius et dimidii modiorum siliginis mensure de Vechel, quam pactionem iamdictam Nycolaus de Doernen, filius quondam Gerardi de Doernen, promiserat se daturum et soluturum Johanni dicto Roever de Thuystheze anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Vechel tradendum ex pecia terre, sita in parochia de Vechel, ad locum dictum Hamvelt, inter hereditatem Nycolai dicti Arntssoen et suorum liberorum ex uno et inter communitatem ex alio, item ex particula terre, sita in dicta parochia, ad locum dictum Akart, inter hereditatem Aelberti Zuermont ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Johannis Stansart ex alio, quem dimidium modium siliginis hereditarie pactionis predictum dictus Johannes, filius quondam Marceli de Ekart, erga Henricum et Gerardum, fratres, et Aleydem, eorum sororem, liberos Gerardi, filii naturalis quondam Henrici Roeverss. van Tuystheze, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Rodolphi dicti Roeff, filii quondam Johannis dicti Roevers de Tuystheze, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Raess. et Millinc, datum XXIII[a] decembris.

R1271, fol. 275r
24 december 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Henricus, filius Nycolai dicti Bogart, filii quondam Henrici Bogart, tamquam maritus et tutor legitmus, ut dicebat, Henrice, sue uxoris, filie quondam Willelmi dicti die Loyer, quendam campum terre paludialis, duo iugera terre vel circiter continente, situm in parochia de Berchen, ad locum dictum Int GoerRijt, inter hereditatem heredum quondam Wolteri dicti Shoessen ex uno et inter hereditatem Jacobi, filii Gerardi de Eyck, cum pluribus aliis ex alio, tendente ab hereditate conventus de Berna ad hereditatem Alardi dicti Quattels, liberorum quondam Lamberti Bollens et quorundam aliorum ibidem, ut dicebat, hereditarie vendidit Theoderico, filio quondam Henrici dicti Comanss., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis circumspectionibus, dictis scouwen, et aqueductibus, dictis weteringen, ad dictum campum terre e iure spectantibus, ut dicebat.
Testes Brecht et Berkel, datum XXIIII[a] decembris in profesto Nativitatis Domini.[17]

R1271, fol. 275r
24 december 1502
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

[17] *blijkens de aantekening in de marge is deze akte op 25 februari 1503 gecancelleerd.*

Theodericus predictus promisit super omnia et habenda dicto Henrico centum et quatuordecim florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, Purificationis proxime futuro persolvendos.[18]
Testes, datum supra.

R1271, fol. 275r
29 december 1502
Jan Back en Jan Heym

Johannes, filius quondam Arnoldi dicti van den Gheetzer, hereditarie vendidit Martino, filio quondam Thome dicti des Mesmakers de Zoemeren, hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Zoemeren absque onere precarie et aliis oneribus tradendum de et ex quarta parte ad dictum venditorem, ut dicebat, spectante in domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sedecim lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Zoemeren, ad locum dictum ter Geetzer aent Slynen, inter hereditatem liberorum quondam Johannis de Kessel ex uno et inter reliquam hereditatem dicti venditoris ex alio, tendente ab hereditate liberorum quondam Arnoldi van Otterdijck ad communem plateam, item adhuc ex domo, area, orto ac hereditate sibi adiacenti, undecim lopinatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sitis ibidem, inter domum, aream, ortum et hereditates predictos ex uno et inter hereditatem liberorum dicti quondam Arnoldi de Otterdijck ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad communem plateam, ut dicebat, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque viginti septem vasis siliginis ex primodictis integris, domo, area, orto et hereditatibus, atque censu fundi et hereditaria pactione duorum modiorum siliginis ex secundodictis domo, area, orto ac hereditatibus diversis personis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Back et Heym, datum XXIX$^{a}$ decembris.

R1271, fol. 275r-275v
29 december 1502
Jan Back en Peter de Borchgreve

Henricus, filius Wolteri dicti Everitssoen, hereditarie vendidit Jacobe, filie quondam Willelmi dicti van den Venne, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Domini et in Buscoducis absque omni onere precarie ceterisque exactionibus et incommodis libere tradendam de et ex pecia terre siliginee, tres vasatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sita in parochia de Scijnle, in communibus agris ibidem, iuxta ecclesiam, inter hereditatem Mathie dicti de Herenthom ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Henrici Pouwelss. de Gerwen ex alio, tendente cum fine utroque ad communes vias ibidem, item ex medietate ad dictum venditorem spectante, in quodam campulo terre duo iugera terre vel circiter continente, sito in dicta parochia de Scijnle, in loco dicto in Reynouts Hoeve, inter hereditatem olim Ermgardis dicte Zwertvegers, nunc Anthonii de Cellis, mariti et tutoris legitimi Elisabeth, sue uxoris, filie dicte Ermgardis, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Wolteri Reynerss. ex alio,

[18] *blijkens de aantekening in de marge is deze akte op 25 februari 1503 gecancelleerd.*

tendente ab hereditate Sororum de Orthen in Buscoducis ad hereditatem Lamberti dicti van den Acker, item ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacenti cum suis attinentiis, tres vasatas terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sitis in dicta parochia de Scijnle, ad locum dictum Aent Lutteleynde, inter hereditatem Liefkina, dicta Liefken, relicta quondam Petri van der Weteringen, et eius liberorum ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Lamberti dicti Guldeman, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno denario, stuver vocato, ex dicta medietate campuli predicti, atque censu fundi ad dimidium stuferum taxato, ac hereditaria pactione unius modii siliginis diversis personis ex domo, area, orto et hereditate predictis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Heym et Borchgreve, datum XXIX[a] decembris.

R1271, fol. 275v
29 december 1502
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Katherina, relicta quondam Goeswini dicti de Aken, pictoris, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in medietate domus et aree, sita in Buscoducis ad Forum, inter hereditatem Theoderici dicti Goyartss., kangieter, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Agnetis, relicte quondam Johannis Heer, et eius liberorum ex alio, tendente a communi platea seu foro ad hereditatem seu quandam cameram lapideam Nycolai dicti de Goch, item adhuc in medietate quorumcumque domus utensilium, in quibus dictus quondam Goeswinus decessit et dicta Katherina suum ad presens habet et possidet usufructum, in illa scilicet medietate premissorum que Anthonio, filio Katherine et quondam Goeswini predictorum, per et post mortem dicti quondam Goeswini, sui patris, iure successionis hereditarie advoluta est necnon eidem Anthonio per et post mortem dicte Katherine, sue matris, adhuc advolvenda adhuc (*sic*) est, ut dicebat, legitime supportavit eidem Anthonio, suo filio, et effestucando promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare.
Testes Brecht et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 275v
29 december 1502
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Anthonius dictam medietatem premissorum hereditarie supportavit dicte Katherine, sue matri, simul cum litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 275v
30 december 1502
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Lodovicus, filius Ghiselberti Loyen, promisisset super omnia et habenda Godefridi dicto van den Wyer duodecim et dimidiam libras monete, item totidem libras eiusdem monete, item adhuc totidem libras necnon sexaginta duos et dimidium florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, ad diversos terminos persolvendos, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Godefridus

premissa legitime supportavit Petro dicto van den Wyer, suo fratri, simul cum dictis litteris et iuribus.
Testes Heym et Borchgreve, datum penultima decembris.

R1271, fol. 276r
30 december 1502
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Johannes, filius quondam Willelmi Scutkenss., promisit super omnia et habenda Johanni, filio quondam Willelmi van den Velde, sex peters, XVIII stuvers vel valorem in alia pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et quinque consimiles stuvers a Purificationis proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes Heym et Borchgreve, datum iam supra.

R1271, fol. 276r
30 december 1502
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Hugo, filius quondam Theoderici Huygens., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Johannis, filii quondam Henrici Danelss., terciam partem totamque partem et omne ius ad ipsis, ut dicebat, spectantem in hereditaria pactione dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Michael dictus van der Hellen promiserat se daturam et soluturam Henrico, filio quondam Thome Mettenzoen, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex pecia terre, sita in parochia de Berlijkem, ad locum dictum Myddelrode, inter hereditatem Judoci dicti Bollenzoen ex uno et inter hereditatem dicti Henrici, filii quondam Thome Mettens., ex alio, pridem ad hereditarium pactum data dicto Michaeli ab Henrico predicto pro dicta pactione, et quam pactionem dictus Johannes, filius quondam Henrici Danelszoen, erga Johannem die Molneer, Everardum de Berlijkem, Petrum die Molneer et Theodericum, filium quondam Theoderici Bauwens, tamquam magistros et rectores capelle sanctorum Cornelii et Beate Marie Virginis, site in Myddelrode, in parochia de Berlijkem, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Adriano, filio quondam Aelberti dicti Sceentkens, sartori, marito et tutori legitimo Judoce, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis, filii quondam Henrici Danelss., simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Mechteldis, sue uxoris, deponere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 276r
31 december 1502
Jan Back en Raas Raassen

Sorores Heilwigis Keymps, mater, Margareta Goyens, procuratrix, et Katherina, filia quondam Johannis dicti van den Bloecke, ab eodem quondam Johanne et quondam Maria dicta Haveloes sua uxore, filia quondam Henrici dicti Haveloes et quondam Margarete Scoetelmans, eius uxoris, pariter genita, soror inhabitans Sororum de Orthen, Domus Sancti Andree, site in Buscoducis, ad vicum Hynthamensem, cum suo tutore, in presentia et de expressis consensu et voluntate fratris Theoderici *(hierna nog ruimte opengelaten voor een toevoeging)*, earum confessoris, nomine earum et dicte domus ac quarumcumque sororum eiusdem, presencium et futurarum, quecumque bona, mobilia et immobilia, hereditaria et parata, que dicte sorori Katherine per et post mortem dictorum quondam Johannis van den

Bloecke et Marie Haveloes, suorum parentum, necnon per et post mortem dicti quondam Henrici Haveloes, eius avi, et dicte quondam Margarete Scoetelmans, eius avie, iure successionis hereditarie seu alias via testamentarie ordinationis advoluta sunt, sive illa fuerint censualia sive feodalia, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, hereditarie supportaverunt Huberto dicto van den Bloecke, filio dicti quondam Johannis van den Bloecke, fratrique supradicte sororis Katherine, simul cum toto iure, ipsis seu Domui predicte quovismodo competente in quibuscumque litteris, instrumentis ac documentis mentionem inde facientibus, et effestucando, promittentes supradicte sorores Heilwigis, mater, Margareta Goyens, procuratrix, et Katherina, soror inhabitans, cum suo tutore predicto, indivise sub obligatione omnium bonorum dicte Domus et dicte sororis Katherine, ab eis ad presens habitorum ac imposterum ab eis habendorum et acquirendorum, ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte earum et dicte Domus ac quarucumque sororum eiusdem Domus, presentium et futurarum, deponere atque ipse premissis non convenient per se alium seu alios in iudicio seu extra iudicium seu alias quovismodo.
Testes Back et Raess., datum ultima decembris.

R1271, fol. 276v
31 december 1502
Jan Back en Raas Raassen

Supradicte sorores de quibus supra nominibus, cum tutore et in presencia ut supra, quecumque bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata, necnon tam feodalia quam censualia, que dicte sorori Katherine per et post mortem domini Mathie Haveloes, presbiteri, ac Johannis Haveloes, fratrum, liberorum quondam Henrici dicti Haveloes, ab eodem quondam Henrico et quondam Margreta Scoetelmans, sua uxore, pariter genitorum, avunculorumque supradicte sororis Katherine, iure successionis hereditarie seu via testamentarie ordinationis advolvenda sunt, quocumque locorum consistente, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebant, hereditarie supportaverunt dicto Huberto van den Bloecke, filio dicti quondam Johannis van den Bloecke, simul cum toto iure ipsis seu Domui predicte quovismodo competente in quibuscumque litteris, instrumentis, munimentis ac documentis mentionem inde facientibus, et effestucando, promittentes per totum ut iam immediate supra.
Testes Back et Raess., datum ultima decembris.

R1271, fol. 276v
31 december 1502
Jan Back en Raas Raassen

Want alsoe gesciet is ut iam immediate supra et fiat relacio ex eodem contractu in lingua vulgari, soe is gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirs. Hubert van den Bloecke ende heeft oepenbairlic bekent ende op verbijntenisse van allen zijnen gueden die hij nu heeft ende naemaels vercrigen sal, der voirs. suster Katherijnen, sijnre suster, wederomme geloeft dat naedien hij, Hubert, uuyt crachten der voirs. opdrachten ende vanwegen derselver suster Katherinen, zijnre suster, sal hebben aengeveert oft doen aenveerden, oft hebben ennige gueden, het zij vele oft luttel, die derselver suster Katherinen by versterffenisse oft by testamente oft by bezetsele aencomen weren ende toebehoirden, ende dat van den voirs. heren Mathyssen Haveloes ende Jannen Haveloes, hoere oemen, oft ennige van dien, dat hy alsdan ter stont sculdich sal wesen aen te leggen ende te betalen derselver suster Katherinen, zijnre suster, die somme van dartich Rijnsgulden, gerekent tstuck tot twentich stuvers currenter munten, ende all sonder fraude ende argelist.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 276v
31 december 1502
Jan Back en Raas Raassen

Dictus Hubertus promisit ut debitor principalis dicte sorori Katherine, sue sorori, quod ipse dabit et solvet eidem sorori Katherine annuam et vitalem pensionem quinque peters, XVIII stuvers vel valorem earundem in pecunia, termino solutionis currente pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam dicte sororis Katherine et non ultra, medatim Pasche et mediante Remigii confessoris, et pro primo solutionis termino Pasche proxime futuro de et ex omnibus et singulis suis bonis ab ea ad presens habituris ac imposterum ab eo habendis et acquirendis, promittens super omnia et habenda warandiam, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 276v-277r
31 december 1502
Jan Back en Raas Raassen

Dictus Hubertus promisit ut debitor principalis dicte sorori Katherine, sue sorori, quod ipse dabit et solvet eidem sorori Katherine hereditarium censum quinque consimilium peters anno quolibet hereditarie Remigii confessoris, et pro primo solutionis termino in festo beati Remigii confessoris,[19] obitum Sancte de la Rossa, uxoris dicti quondam Johannis van den Bloecke dum vixit, nunc vero relicte eiusdem quondam Johannis, immediate subsequente et non prius de et ex omnibus sui bonis, habitis et habendis, promittens super omnia et habenda warandiam, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 277r
31 december 1502
Jan Back en Raas Raassen

Et poterit redimere perpetue simul una pariter aut mediatim et mediatim videlicet dictum integrum censum, cum centum consimilibus peters et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout supradicte sorores cum tutore hoc palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum dicte domus dicto Huberto repromiserunt.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 277r
2 januri 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam Petri dicti van den Hoevel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie naturalis quondam Gerardi Sanders, hereditarie vendidit Nycolao dicto die Hoesch ad opus Nycolai, sui filii, ab ipso Nycolao primodicto et quondam Elisabeth, sua uxore, filia quondam Michaelis die Ruyter, pariter geniti, hereditarium censum septem florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Epiphanie Domini et pro primo solutionis termino ab Epiphanie Domini proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere

[19] *hierna ontbreekt vermoedelijk* post.

tradendum de et ex quodam manso, olim dicti quondam Gerardi Sanders, nunc vero dicti venditoris, sito in parochia de Oisterwijck, ad locum dictum Udenhout, ad locum dictum Aent Loensche Zant, videlicet ex domibus, areis, ortis, terris pratis, pascuis, mericis, lignicrescentibus ac ceteris iuribus et attinentiis eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat, ab eodem secundodicto Nycolao, filio, iure hereditario habendis et possidendis, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis vitali pactione unius modii siliginis ad vitam Henrici Rutten, calcificis, atque adhuc diversis censibus ad decem peters ascendentibus, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum secunda ianuarii.

R1271, fol. 277r
2 januri 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum et mediante centum consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout primodictus Nycolaus die Hoesch, nomine dicti Nycolai, sui filii, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Henrico venditore repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Nycolao, patri, aut Nycolao, filio, legitime preintimabit ac preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 277r-277v
2 januri 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Magister Anthonius Arntss., tinctor, hereditarie vendidit Geertrudi, filie quondam Wolteri dicti Scaeps, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dandum videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XXVIII stuferis, aureos florenos novos, per archiducem Philippum noviter monetatos, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, et alios denarios seu pecuniam nae advenande, secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Circumcisionis Domini de et ex domo, area, orto ac domo posteriori dicti venditoris, sitis in Buscoducis, in vico Tinctorum, inter hereditatem Arnoldi dicti Willemszoen ex uno et inter hereditatem Petri dicti Pels, tinctoris, ex alio, tendente a dicto vico retrosum usque ad Dyesam ibidem fluentem, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditario censu decem aureorum florenorum Renensium, necnon adhuc quatuor libris pagamenti diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum secunda januarii.

R1271, fol. 277v
2 januri 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue, simul una pariter, quemlibet huiusmodi florenis, videlicet cum et mediante sedecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Geertrudis cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium quarte partis unius anni prefate Geertrudi legitime preintimabit ac preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 277v
4 januri 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Symon, filius quondam Theoderici Symonss., relictus quondam Johanne, sue uxoris, filie quondam Johannis Gastken, filii quondam Henrici, usufructum competentem in hereditario censu trium librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, pariter unam lopinatam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Nysterle, ad locum dictum Vorstenbossche, inter hereditatem Gibonis Aben ex uno et inter hereditatem Egidii Rombouts ex alio, item de et ex duobus bonariis terre pascualis vel circiter, sitis in parochia de Vechel, ad locum dictum in die Monic Hoeve, inter hereditatem Arnoldi Danelss. ex uno et inter hereditatem Gerardi Eynssen et Gerardi Graet ex alio, quem censum predictum dictus Johannes Gastken, filius quondam Henrici, erga Wolterum Sporbosch, filium quondam Wolteri Sporbosch, emendo acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Adriano, filio Symonis et quondam Johanne predictorum, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum quarta ianuarii.

R1271, fol. 277v
4 januri 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Adianus supradictum censum hereditarie supportavit Thome, filio quondam Johannis dicti van der Donck, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis Gastken ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere. Quo facto dicti Symon et Adrianus, eius filius, palam recognoverunt se recepisse a dicto Thoma viginti unum peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet, occasione supportationis pretacte, clamantes inde quitum.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 277v
28 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dictus Thomas dictum censum hereditarie supportavit mihi ad opus Arnoldi dicti Arntss., simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVIII[a] ianuarii.

R1271, fol. 277v-278r
5 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Wij, Brecht et Borchgreve, scepenen in sHertogenbossche, doen condt enenyegelijcken dat opten dach van huyden, datum des briefs, voir ons gestanden is geweest Beatris, weduwe wilneer Jans van den Steen, seggende hoe dat hair aen Fredericken Heyntkens tachter onbetaelt staen drie ende een halff mudden roggen ende vyff sester raepsaets, die verschenen zijn bij tyden van den voirs. Jannen, haren man, ten ocsuyne van sekeren pachten die deselver Jan op den voirs. Fredericken jairlix vergeldende hadde, ende hoewael dieselver Jan den voirs. Fredericken dairvoir bevonnest hadde alhier, en heeft hij nochtans, gelyt zij oick en can, dairaf totter betaling nyet cunnen geraken, wat vervolge zij daeromme gedaen hebben, ende mitsdien zij dat voirts overmits andere occupacien diese te doen heeft, nyet vuechelic in haeren properen persoen vervolgen en can, soe heeft zij constitueert, gesedt ende geordineert ende mits desen jegenwoirdigen brieven constitueert, sedt ende ordineert Willemen Lambrechssoen van Heze, woenende tot Uden, haren procurator ende facteur, gevende ende verlenende denselven volcomen macht ende sunderlinge bevele die voirs. drie ende een half mudden roggen ende vyf sester raepsaets te manen, op te boeren, te ontfangen, van den ontfange quitancie te geven ende, ofs noot, opten voirs. Fredericken met wegen van recht voirts te vervolgen ende allet dairinne te doen dat die voirs. Beatris selver zoude moigen doen oft zij present ende voir oigen weer, geloevende die voirs. Beatris opte verbijntenissen van allen hoeren gueden vast ende stedich te houden allet geen ende zoe wes by den voirs. Willemen hierinne gedaen ende voirt gekeert sal werden, sonder wederseggen.
In kennessen der wairheid soe hebben wij, scepenen voirs., onse zegelen hier aen doen hangen.
Gegeven V$^{a}$ januarii.

R1271, fol. 278r
5 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Gerardus van den Venne, Mathias Janss. van Delft, Adrianus Wychmans, Johannes Michielss. promiserunt indivisi super omnia et habenda Martino de Campen nonaginta quatuor florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 278r-278v
5 januari 1503
Jan Back en Gozewijn van Brecht

Arnoldus, filius quondam Petri dicti Goessenss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, Lambertus, filius quondam Arnoldi dicti die Meyer, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleydis, sue uxoris, filiarum quondam Gerardi dicti die Werdt, ab eodem quondam Gerardo et quondam Katherina, sua prima uxore, pariter genitarum, necnon Christianus, filius quondam Christiani dicti Henrixs., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Marie, sue uxoris, filie quondam Nycolai dicti Bartrams, ab eodem quondam Nycolao et quondam Geertrude, sua uxore, filia quondam Johannis dicti die Cock et quondam Marie, sue uxoris, relicteque dum vixerat supradicti quondam Gerardi die Werdt, pariter genite, hereditariam pactionem decem sextariorum siliginis mensure de Buscoducis,

solvendam hereditarie Thome apostoli et in Buscoducis tradendam de et ex dimidio bonario prati Mathei, filii quondam Johannis Peyman, sito in parochia de Tilborch, ad locum dictum Aen den Dreyboem, inter hereditatem Laurencii, filii quondam Henrici Swysen, ex uno et inter hereditatem Adriani Peyman ex alio, item ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus Snellardi, filii Johannis Peyman, filii quondam Johannis Peyman, decem et octo lopinatas terre vel circiter continente, sitis in dicta parochia, ad locum dictum den Kerckdyck, inter hereditatem Anthonii de Boerden ex uno et inter hereditatem Berisii, filii quondam Petri Eelkens, ex alio, item ex pecia terre eiusdem Snellardi, quinque et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sita ibidem in oppositione domus et aree predicte, inter hereditatem dicti Berisii ex uno et inter hereditatem Anthonii Meeuss. ex alio, quam pactionem dictus Gerardus die Werdt, filius quondam Petri die Werdt, erga dictos Matheum et Snellardum emendo acquisierat, prout in litteris, et que pactio dictis Arnoldo et Lamberto, tamquam heredibus dicti quondam Gerardi die Werdt pro una medietate, necnon dicto Christiano, tamquam marito dicte Marie, suis (*sic*) uxoris, tamquam heredi secundodicte quondam Marie, relicte dicti quondam Gerardi, pro alia medietate, iure successonis hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Johanni, filio dicti Mathei, filii quondam Johannis Peyman, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes super omnia et habenda divisi, videlicet dicti Arnoldus et Lambertus indivisi pro una medietate et dictus Christianus pro alia medietate, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Gerardi die Weerdt deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa dicti Arnoldus et Lambertus obligationem et impetitionem ex parte dictarum suarum uxorum necnon ex parte Johannis, filii dicti quondam Gerardi die Werdt, deponere. Promisit adhuc dumtaxat dictus Lambertus sub obligatione premissa obligationem et impetitionem ex parte Katherine, filie impuberis quondam Petri, filii dicti quondam Gerardi die Werdt, deponere. Testes Back et Brecht, datum quinta ianuarii.

R1271, fol. 278v
5 januari 1503
Jan Back en Jan Heym

Johannes dictus Nyssoen, carpentator, Henricus et Martinus, fratres, liberi quondam Willelmi Martens, carpentarii, promiserunt indivisi super omnia et habenda Leonardo Arntss. ad opus Chistiani dicti Coenen nonaginta quinque Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, Remigii confessoris proxime futuro persolvendos. Testes Back et Heym, datum supra.

R1271, fol. 278v-279r
7 januari 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Jordanus, filius quondam Johannis Lemmens, ab eodem et quondam Theoderica, sua uxore, filia Johannis de Ryetvoirt, filii quondam Theoderici, pariter genitus, unum modium siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendum hereditarie Philippi et Jacobi apostolorum ex manso cum suis edificiis et attinenciis, olim Johannis Loze, sito in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Hynen, atque ex sex iugeribus terre, sitis ad locum dictum den Roemput, in loco dicto opten Lynd Beempt, inter hereditatem Henrici van den Arennest ex uno et inter hereditatem Petri de Bruggen ex alio latere, item ex quinque iugeribus, sitis in loco dicto den Hogenvliedert, quam pactionem duorum modiorum siliginis predictam dicta Theodericia, filia Johannis de Rietvoirt, filii quondam Theoderici, erga Johannem, filium quondam Boudewini dicti van der

Vlyet, maritum et tutorem legitimum Katherine, sue uxoris, filie quondam Hermanni, filii quondam Theoderici, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Jacobo Gysbrechss.van den Gever, Nycolao dicto Geritss., zoutcoeper, Zegero, filio quondam Johannis Becker, et Theoderico, filio naturali quondam Theoderici van den Hoevel, tamquam magistris pro tempore pauperum, vicinitatis seu tronci, dicti van den blocke van der Vyschmarct, infra opidum de Buscoducis, ad opus eorundem pauperum, simul cum dictis litteris aliis, instrumento et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti quondam Johannis, sui patris, ac dicte quondam Theoderice, sue matris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Raess. et Borchgreve, datum VII[a] ianuarii.

R1271, fol. 279r
7 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam Johannis Peterss. van Amboy, Weyndelmoedis, filia dicti Johannis Peterss. van Amboy, Johannes et Willelmus, fratres, liberi quondam Arnoldi, filii quondam Johannis Peterss. van Amboy, quinque libras monete Purificationis proxime futuro, totidem libras a Purificationis proxime futuro ultra annum, totidem libras necnon triginta unum peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia secundum modernam valuationem valuata pro quolibet computando, a Purificationis proxime futuro ultra duos annos persolvendos, promissos dicto Henrico pro una tercia parte, dicte Weyndelmoedi pro alia tertia parte et dictis Johanni et Willelmo, fratribus, pro tercia tercia parte, a Gerardo, filio quondam Henrici van Berselaer, prout in litteris, legitime supportaverunt Petro, filio quondam Nycolai de Walbeeck, fabro, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes super omnia et habenda dicto Petro in casu quo defectus acciderit in solutione premissorum, quod ipsi huiusmodi defectum realiter suppebunt *(sic, lees* supplebunt).
Testes Berkel et Borchgreve, datum VII[a] ianuarii.

R1271, fol. 279r
7 januari 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Laurencius, filius quondam Henrici Gerit Boyenss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Henrice, sue uxoris, filie quondam Henrici Witlocx, hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Arnoldi Meliszoen, hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Andree apostoli de et ex medietate ad dictum venditorem, ut dicebat, spectante in domo, area et orto ac hereditate sibi adiacenti, sex lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad locum dictum Cromvoirt, inter hereditatem Mathei, filii quondam Johannis Maess., ex uno et inter hereditatem Hessellonis, filii quondam Theoderici Brocxs., ex alio, tendente a communi platea ad quandam communem viam ibidem, item adhuc ex medietate ad eundem venditorem, ut dicebat, spectante in pecia terre, duas lopinatas terre vel circiter continente, sita ibidem inter hereditatem Adriani dicti Goyartss. ex uno et inter hereditatem Gerardi dicti Witlock ex alio, tendente a communi platea ad quandam communem viam ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ex domo, area, orto ac hereditate predictis, atque uno sextariato siliginis ex dicta integra pecia terre diversis personis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 279r
7 januari 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum quindecim peters, XVIII novos stuvers, per archiducem Philippum monetetatos, vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 279r-279v
7 januari 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Jordanus, filius quondam Johannis Lemmens, ab eodem et quondam Theoderica, sua uxore, filia Johannis de Rietvoirt, filii quondam Theoderici, pariter genitus, peciam terre arabilis, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Roesmalen, inter hereditatem Christine, relicte quondam Johannis Theeuwens, ex uno et inter hereditatem Willelmi dicti die Wever ex alio, tendente ab hereditate conventus Sancte Clare in Buscoducis ad communem plateam, in ea qualitate qua dicta pecia terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendidit michi ad opus Aleidis, filie quondam Johannis dicti van der Ryetvoirt, ab eadem iure hereditario habendam, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Raess. et Borchgreve, datum VII[a] ianuarii.

R1271, fol. 279v
7 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Barbara, relicta quondam Jacobi Sgoyens, cum tutore, hereditarium censum sex librarum monete, solvendum hereditarie Assumptionis Marie ex domo, area et orto, sitis in parochia de Gemart, inter hereditatem liberorum quondam Johannis Bacx et *(sic)* uno et fine uno et inter communem plateam ex alio, item ex prato dicto die Speedonck, sito ibidem, inter hereditatem Willelmi Fyensoen ex uno et inter hereditatem Rodolphi Geritszoen et eius liberorum ex alio, item ex campo dicto die Beeckcamp, unam modiatam terre vel circiter continente, sito ibidem inter hereditatem Johannis Wouterss. ex uno et inter hereditatem cuiusdam dicti Wyfflet ex alio, quem censum predictum dicta Barbara erga Willelmum, filium quondam Johannis de Loen alias die Gulijker, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio Henrici Stercken, filio quondam Jacobi Stercken de Ravensteyn, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 279v
7 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Hugo, filius quondam Theoderici Huygensoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechtildis, sue uxoris, filie quondam Johannis Henric Danelss., totam partem et

omne ius ad ipsum, ut dicebat, spectantem in quodam campo terre, olim Everardi dicti die Veer, sito in parochia de Orthen, ad locum dictum Maelstrem, inter quendam campum dictum Mols Camp, ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Shazen ex alio, tendente ab antiquo Dyesa ad novum Dyesam, ut dicebat, hereditarie supportavit Adriano, filio quondam Aelberti Sceentkens, simul cum toto iure sibi et dicte sue uxori competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 279v-280r
7 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Hillegondis, relicta quondam Aelberti de Berse, cum tutore, quecumque sua bona parata, gerede haeflike gueden communiter vocata, ab ea ad presens habita, unacum omnibus et singulis suis creditis, que sibi pro nunc debentur a personis quibuscumque, necnon usufructum sibi competentem in quibuscumque huiusmodi redditibus, censibus et pactionibus, dumtaxat redimibilibus, in quibus dictus quondam Aelbertus decessit et ipsa suum ad presens habet et possidet usufructum quocumque locorum, solvendis ac reperiendis, ut dicebat, legitime supportavit Arnoldo Paeuweter, tamquam marito et tutori legitimo Agnetis, sue uxoris, et Franconi, filio quondam Franconis de Langel, tamquam marito et tutori legitimo Elisabeth, sue uxoris, filiarum dictorum Hillegondis et quondam Aelberti, ad opus eorum et ad opus Mathei, filii eorundem Hillegondis et quondam Aelberti, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris, instrumentis, munimentis ac documentis mentionem inde facientibus et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum VII$^{a}$ Januarii.

R1271, fol. 280r
9 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Rodolphus, filius quondam Johannis Roelofs, relictus quondam Johanne, sue uxoris, filie quondam Petri Hacken, potens ad infrascripta vigore certarum litterarum scabinalium de Geffen desuper confectarum, ut apparebat, hereditarie vendidit Petro Toelinc, filio quondam Ghiselberti dicti Toelinc, hereditarium censum duorum et dimidii florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Domini et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacenti, tres lopinatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sitis in parochia de Geffen, iuxta ecclesiam ibidem, inter hereditatem heredum quondam Ghiselberti Dircxs. ex uno et inter communem plateam ex alio, tendente a cymitherio eiusdem ecclesie ad hereditatem Marcelii Willemszoen, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno sextario siliginis fabrice dicte ecclesie, uno sextario siliginis fabrice ecclesie de Roesmalen atque uno maldro siliginis hereditarie pactionis Arnoldo de Hoemen, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum IX$^{a}$ Januarii.

R1271, fol. 280r
9 januari 1503

Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue simul una pariter cum quadraginta consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 280r
9 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Rodolphus, filius Johannis Roelofss., et Johanna, eius uxor legitima, filia quondam Petri Hacken, hereditarie vendidissent Arnoldo, filio quondam Reyneri Colven, unum maldrum siliginis hereditarie pactionis mensure de Geffen, annuatim Purificationis solvendum ex quodam domistadio terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Geffen, iuxta cymiterium ecclesie ibidem, inter hereditatem heredum quondam Ghiselberti Dircxs. ex uno et inter communem plateam ex alio, item adhuc ex quatuor vasatis terre, sitis in dicta parochia, ad locum dictum After die Berch, ut videtur in litteris de Geffen contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Rodolphus palam recognovit et super omnia et habenda dicto Petro Toelinc promisit quod ipse Rodolphus dictum maldrum siliginis infra hinc et Purificationis proxime futuro redimet et acquitabit necnon redimere et acquitare tenebitur sic, quod dictum domistadium terre a solutione dicti maldri deinceps erit quitum, absolutum et penitus exoneratum.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 280v
*deze akte is onvolledig en niet gepasseerd*

Theodericus de Rode, filius quondam Gerardi, domum, aream.

R1271, fol. 280v
*deze akte is onvolledig en niet gepasseerd*

Notum sit universis quod cum Henricus, filius quondam Theoderici Arntszoen die Spelmeker, agrum terre.

R1271, fol. 280v
9 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum Theodericus de Rode, filius quondam Gerardi, agrum terre, situm in parochia de Beke prope Aerle, ad locum dictum Int Dwinckel, inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Thome van den Zantvoirt, ex uno et inter hereditatem Arnoldi die Becker ex alio, item adhuc peciam terre, sitam in dicta parochia, in loco dicto die Keddenshoeve, inter hereditatem liberorum quondam Godefridi van den Zantvoirt ex uno et inter communem vicum ex alio, erga Henricum Bredebairt per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisivisset, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Theodericus de Rode supradictos agrum terre et peciam terre hereditarie supportavit Godefrido, filio quondam Arnoldi dicti Ottenzoen, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et

impetitionem ex parte sui deponere, salvis tamen Henrico, filio quondam Theoderici Arntss. die Spelmeker, et sibi, Theoderico de Rode, reservatis, videlicet eidem Henrico sua hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis atque eidem Theoderico eciam sua hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, quas pactiones ipsi ex premissis annuatim solvendas habent iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum, salva inquam Agneti, relicte quondam Theoderici, filii quondam Arnoldi, filii quondam Johannis dicti Weert, et sibi reservata sua hereditaria pactione unius et dimidii modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Lambertus senior, Petrus et Lambertus iunior, fratres, et Ermgardis, eorum soror, liberi Johannis, filii quondam Henrici dicti Christinensoen, et Wolterus, filius quondam Henrici Wouterss., dudum prefato Arnoldo, filio quondam Johannis dicti Weert, hereditarie vendiderant, iuxta continentiam certarum litterarum desuper confectarum de data vero quinte diei mensis februarii anni Domini millesimi quadringentesimi quinquagesimi sexti, et quas pactiones predictas supradictus Godefridus, filius quondam Arnoldi Ottens., videlicet dicto Henrico dictam suam hereditariam pactionem unius modii siliginis dicto Theoderico suam hereditariam pactionem unius modii siliginis et dicte Agneti dictam suam hereditariam pactionem unius et dimidii modiorum siliginis, iuxta dictarum suarum litterarum vim, formam et tenorem perpetuis futuris temporibus de et ex agro terre et pecia terre predictis dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur, prout idem Godefridus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Theoderico, Henrico et Agneti repromisit.
Testes Raess. et Berkel, datum IX$^{a}$ januarii.

R1271, fol. 280v
9 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Domicellus Johannes de Cortenbach, dominus temporalis de Helmont, dedit Marcelio de Kryekenbeeck potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 281r
9 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Fratres Willelmus de Gravia, provisor pistrine, et Wolterus Steenhouwer, procurator, conventus Fratrum Predicatorum in Buscoducis, dedit michi ad opus Ottonis de Bruheze potestatem monendi quoscumque census et debita dicti conventus usque ad revocationem, ut in forma, hoc tamen salvo quod dictus Otto de suis receptis et levatis iustum computum, rotulum legalem et satisfactionem realem dictis fratribus semper ad eorum requestam prestabit et prestare tenebitur absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 281r
*deze akte is onvolledig en niet gepasseerd*

Goeswinus de Brecht hereditarie vendidit Goeswino van den Hezeacker hereditarium censum viginti florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Domini de et ex pecia terre ac sua lignicrescentia, dicta communiter tGeloect.

R1271, fol. 281r
9 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Goeswinus de Brecht hereditarie vendidit Goeswino van den Hezeacker hereditarium censum viginti florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, dando videlicet in hiis aureos florenos cum cruce sancti Andree, iusti ponderis, dictos gouden andriesgulden, gerecht van gewicht, pro viginti novem, aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro viginti octo, aureos florenos novos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philipsgulden, gerecht van gewichte, pro viginti quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et aliam pecuniam, nae advenande secundum eandem vuluationem, solvendum hereditarie Nativitatis Domini de et ex pecia terre ac sua lignicrescentia, dicta communiter tGeloect, sita in parochia de Gestel prope Oisterwyc, inter hereditatem Johannis die Witte et Godefridi Rozen ex uno et inter pratum Jacobi de Doeren ac pluria alia prata diversorum hominum ibidem ex alio, tendente ab hereditate Godefridi van der Poirten ad quandam communitatem, dictam die Houtvoirt, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus venditor supradictum censum redimere et acquitare poterit simul unapariter cum et mediante tricentis et viginti consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes dictus Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 281r-281v
30 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raassen

Willelmus, filius quondam Johannis dicti van der Hellen, palam recognovit et publice confessus est quatenus dudum videlicet ultra triginta annos dictus quondam Johannes, eius pater, solvere consueverat conventui Fratrum Predicatorum in Buscoducis septem sextaria siliginis mensure de Buscoducis, annuatim et hereditarie Purificationis de et ex certis suis bonis et hereditatibus in parochia de Roesmalen situatis, atque quod ipse Willelmus eadem septem sextaria siliginis interim, videlicet post mortem dicti quondam Johannis, sui patris, solvit ac actum est, annuatim termino predicto et in Buscoducis tradenda solvere tenetur dicto conventui Fratrum Predicatorum de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, duodecim lopinatas terre vel circiter continente, olim dicti quondam Johannis, sui patris, nunc vero dicti Willelmi, sitis in parochia de Roesmalen predicta, ad locum dictum tot Bruggen, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Gerardi de Heessel ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem cuiusdam dicti Ottensoen, promittens super omnia et habenda huiusmodi recognitiones ratam servare et non contravenire per se, alium seu alios, in iudicio seu extra iudicium, seu alias quovismodo. Quo facto frater Willelmus de Gravia, provisor pro tempore pistrine dicti conventus, nomine eiusdem conventus, palam recognovit et sub obligatione omnium bonorum eiusdem conventus prefato Willelmo repromisit quod ipse Willelmus de cetero pro dictis septem sextariis siliginis, dumtaxat solvet dicto conventui sex sextaria siliginis annuatim et hereditarie termino solutionis predicto, absque dolo et fraude.

Testes Brecht et Raess., datum penultima marcii, quinta post Letare.

R1271, fol. 281v
10 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Johannes, filius quondam Petri dicti die Wynne alias die Cuyper, hereditarie vendidit Zegero, filio quondam Johannis dicti Elyais, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area, domo posteriori seu stabulo sibi mutuo coadiacenti, dicti venditoris, sitis infra opidum de Eyndoven, inter hereditatem Judoci, filii quondam Petri de Bree, ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem Gerardi, filii Willelmi Doernkens; item ex quodam prato eiusdem venditoris, sito in parochia de Eyndoven. inter hereditatem Henrici Jan Damens. ex uno et inter hereditatem Jacobi, filii quondam Lodovici dicti Hagemans, ex alio, tendente ab hereditate Ludolphi dicti Lucass. ad communem plateam; item adhuc ex pecia terre, dicta een Hopvelt, sita in eadem parochia, inter hereditatem Katherine, relicte quondam Johannis Engelants Henricxs., et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Henrice, relicte quondam Arnoldi Thoniiss., et eius liberorum ex alio, tendente ab hereditate Elisabeth, relicte quondam Henrici Bacx, et eius liberorum ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis quatuordecim stuferis atque censu fundi ad undecim et dimidium stuferos ascendente ex domo, area et stabulo predictis, necnon una libra antique pecunie ex dicta pecia prati, diversis personis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Berkel, datum X$^{a}$ januarii.

R1271, fol. 281v
10 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Et poterit redimere perpetue quilibet *(?)* videlicet huiusmodi florenis cum et mediante quindecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 281v-282r
9 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Alsoe Katherijn, weduwe wilneer Louijs van den Velde, jegenwoirdelic sculdich is versceiden persoonen die somme van tweehondert ende vyftich Rijnsgulden, den gulden tot twentich stuvers te rekenen, welke somme ende sculde voirs. die voirs. Katherijn gemerct dat zij alleen een tochtersse is in de gueden, hair gebleven van ende nae der doot wylen Loniiss., haeren man voirs. als hy leefden, nyet en ziet noch oic hair by hairselven nyet moigelic en is te vervallen, anders dan by hulpe ende assistencie van hoere beyder kijnderen, alse seeghden ende bekenden, soe is gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirs. Katherijn ende

tutor, die tocht die hair toebehoirt ende competeert in allen den gueden dairinne die voirs. wilen Loniis, hair man, bestorven is, ende zij nae den rechten der stad van sHertogenbosch hair tocht heeft ende besitt, uuytgesceiden drie cameren, ruerens by een staende in der voirs. stad, in de Waterstraet by den thoeren voir der bruggen aldair, die zij tot haeren gebruyck hair leven geduerende ende nyet langer reserveerden, heeft zij wittelic opgedragen meester Ghysbrechten van den Velde, canonick in der voirs. stad, ende Luytgarden, zijnre suster, kijnderen van Katherijnen ende wylen. Lonyss, voirs., tot behoeff heure ende tot behoeff der andere kijnderen derselver Katherinen ende wylen Loniis, tsamen metten alinge rechte hair competerende in den brieven dairaf mentie makende, ende heeft helmelinge die overgegeven in manieren in dien gewoentlic, geloevende die voirs. Katherijn, met haren mombaere voirs., opte verbyntenisse van allen haeren gueden, nu hebbende ende namaels vercrigende, als dat zij dese voirs. opdrachte ende overgeven vast ende stedich sal houden, sonder wederseggen.
Testes Brecht et Berkel, datum IX[a] janunarii.

R1271, fol. 282r
9 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Condt ende kenlic zij enenyegelyc, alsoe Katherijn, weduwe etc., et fiat relacio ex contractu precedenti usque ibi, tsamen metten alingen recht, et tunc sic, soe sijn gestaen voir scepenen hier onder gestreven die voirs. meester Ghysbrecht ende Luytgart, zijn suster, ende hebben voir henselven ende voir die andere kijnderen van Katherynen et wylen Lonijss. voirs. opte verbijntenisse van allen hoeren gueden, hebbende ende vercrigende, derselver Katherinen, hare moeder, wederome geloeft dat zij die voirs. sculden totter voirs. sommen toe van twehondert ende vyftich Rijnsgulden gedraigende betalen sullen, alsoe dat die voirs. Katherijn dairvan voirtane ongelast zal bliven ende dat naedien die voirs. meester Ghijsbrecht ende Luytgart, metten voirs. anderen kijnderen, van den voirs. gueden zullen hebben genomen, het zij bij vercope oft veroeveringe, van dat dieselve gueden jairlix prouffijteren zullen zoe vele dat die voirs. sculden totter voirs. sommen toe betaelt zullen wesen, ende al bij goeder wittiger rekeningen die deselver meester Gijsbrecht ende Luytgart metten anderen kijnderen voirs. der voirs. Katherinen, hoere moeder, dairvan sculdich zullen wesen te doen, dat zij meester Ghysbrecht, Luytgart ende die andere kijnderen voirs. alsdan sculdich zullen wesen die voirs. onvercofte gueden der voirs. Katherinen, hore moeder, wederomme over te geven metten brieven dair af sprekende, ende metten alingen rechte hen dairinne competerende, alleen nochtans tot hare tochten, in alder manieren ende voegen als zii die besat voir der opdrachten ende conventien voirs. ende al sonder argelist.
Testes, datum supra.

R. 1271, fol. 282v
10 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Magister Henricus Ghyzels domum, aream et ortum olim Lamberti Coelen, sitos in Buscoducis in vico dicto die Putstraet, inter hereditatem olim magistri Godefridi dicti die Cromme, nunc vero Jutte dicte Pelgroms ex uno et inter hereditatem olim Willelmi Zecker, nunc vero Sophie, relicte quondam Godefridi Cuyper, ex alio, quos domum, aream et ortum predictos dictus magister Henricus erga Henricum de Uden et Aelbertum Keteler, tamquam magistros facbrice ecclesie sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Ludovico dicto Loy van der Lijnden, filio quondam Lodovici dicti van der Lijnden, fabro, simul cum dictis litteris aliis, instrumentis et iure, promittens

super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditariis censibus ad novem libras monete, septem solidos et sex denarios ascendente, diversis personis, necnon hereditario censu sex librarum dicte monete Willelmo Hels Claess., annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Raess. et Berkel, datum X[a] januarii.

R. 1271, fol. 282v
11 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum Henricus, filius Godefridi Hannen, pellificis, ab eodem Godefrido et quondam Katherina, sua uxore, filia quondam Henrici van den Oetheren, filii quondam Johannis Geritss. van den Oetheren, pariter genitus, unum modium bone et dative siliginis hereditarie pacionis etc., mensure de Woenssel, solvendum hereditarie Purificationis ex quadam pecia terre, dicta in geen Brake, sita in parochia de Woenssel, inter hereditatem Arnoldi Happenzoen ex uno et cum alio latere iuxta hereditatem Christiani, filii quondam Arnoldi Spykings; item adhuc quatuordecim lopinos siliginis mensure de Eyndoven, quos Happo, filius quondam Theoderici van den Bogart, promiserat se daturum et soluturum Petro, filio quondam Theoderici Beelenzoen, anno quolibet hereditarie Purificationis ex sexta parte et tercia parte unius sexte partis, que ad dictum Happonem spectabant in tribus mansis, quarum duo in parochia de Woenssel, ad locum dictum op Meyelsfoirt, ad locum dictum Vlochoven, et tercius in parochia de Tongelre, ad locum dictum Cleyn Tongelre, siti sunt, et ex attinentiis dictarum sexte partis et tercie partis unius sexte partis singulis et universis, hereditarie supportasset dicto Godefrido, suo patri, prout in diversis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Theodericus et Jacobus, fratres, et Jutta, eorum soror, liberi dicti quondam Godefridi Hannen, pellificis, ab eodem quondam Godefrido et Hillegonde, sua secunda uxore, filia quondam Johannis de Empel, pariter geniti, necnon dominus Johannes die Bever, rector et confessor pro tempore conventus Sororum Regularissarum, siti prope opidum de Helmont, ad locum dictum in die Hage, nomine dicti conventus ac sororis Johanne, filie dictorum quondam Godefridi Hannen et Hillegondis, sue secunde uxoris, sororisque professe dicti conventus ac nomine quarumcumque aliarum sororum eiusdem conventus, presentium et futurarum, cum tutore dicte Jutte, totam partem et omne ius ad ipsos et dictum conventum, ut dicebant, spectantem in dictis uno modio et quatuordecim lopinis siliginis hereditariarum pactionum predictarum, hereditarie supportavit domino Henrico predicto, presbitero, filio dictorum Godefridi Hannen et Katherine, sue prime uxoris, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes dicti Theodericus, Jacobus et Jutta, cum tutore, super omnia et habenda et dictus dominus Johannes sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti conventus ac quarumcumque sororum eiusdem, presentium et futurarum, deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum XI[a] januarii.

R. 1271, fol. 282v
28 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dictus dominus Henricus dictos unum modium et quatuordecim lopinos siliginis hereditariarum pactionum hereditarie supportavit magistro Nycolao Colen, presbitero, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, cum conditione consueta.

Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVIII[a] januarii.

R. 1271, fol. 283r
11 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum Henricus, filius Godefridi Hannen, ab eodem Godefrido et quondam Katherina, eius uxore, filia quondam Henrici van den Oetheren, filii quondam Johannis Geritss. van den Oetheren, pariter genitus, hereditarium censum quinque librarum et quindecim solidorum monete, quem censum Gerardus van Uden, filius quondam Johannis de Uden, promiserat se daturum et soluturum Johanni de Ghiessen, anno quolibet hereditarie Lamberti martiris de et ex domo, area et orto, sitis in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad locum dictum aen die Coninx Brake, ex uno et inter communem aqueductum ibidem ex alio, hereditarie supporttasset dicto Godefrido, suo patri, prout in litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Theodericus, Jacobus, Jutta et dominus Johannes ut supra in contractu precedenti, totam partem et omne ius ad ipsos et dictum conventum, ut dicebant, spectantem in censu predicto, hereditarie supportaverunt dicto domino Henrico, et ulterius per totum ut supra in contractu precedenti.
Testes, datum supra.

R. 1271, fol. 283r
11 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra in ambobus contractibus immediate precedentibus et fiat relatio ex eisdem debito modo, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus dominus Henricus, filius quondam Godefridi Hannen et Katherine, eius prime uxoris, predictorum, super quibuscumque aliis bonis immobilibus et hereditariis, per dictum quondam Godefridum Hannen, eius patrem, saltem post mortem dicte quondam Katherine, sue matris, quovismodo acquisitis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat, atque super toto iure sibi quovismodo competente, in quibuscumque litteris et instrumentis quovismodo competente, ad opus dictorum Theoderici, Jacobi, Jutte et conventus hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R. 1271, fol. 283r
11 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Dictus dominus Henricus dedit Henrico, filio quondam Theoderici Hannens., potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum supra.

R. 1271, fol. 283r
12 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Adam, filius quondam Willelmi de Eyck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Agnetis, sue uxoris, filie quondam Henrici, filii Henrici, filii quondam Willelmi, filii

quondam Deenkini dicti Fyenzoen, hereditariam pactionem decem et octo lopinorum siliginis mensure de Vechel, solvendam hereditarie Purificationis ex agro terre, dicto den Langenecker, sito in parochia de Vechel, ad locum dictum dat Hoge Boect, inter hereditatem Wolteri dicti Doncker ex uno et inter hereditatem Agnetis dicte Boertmans ex alio, quem agrum terre Constantinus dictus Costken, filius quondam Willelmi dicti Cost, erga Florencium dictum de Mekeren pro annnuo et hereditario censu duorum caponum et dicta pactione ad pactum acquisierat, simul cum dicto censu duorum caponum, quam pactionem simul cum eodem censu primodictus Henricus, filius quondam Willelmi, filii quondam Deenkini Fyens., erga secundodictum Henricum, suum patrem, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Gerardo, filio quondam Mathie dicti de Loeken, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Agnetis, sue uxoris, necnon ex parte primodicti quondam Henrici ac quorumcumque suorum heredum et successorum in dictis pactione et censu exeuntes deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum XII[a] janunarii.

R. 1271, fol. 283v
12 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Adam, filius quondam Willelmi de Eyck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Agnetis, sue uxoris, filie quondam Henrici, filii quondam Henrici, filii quondam Willelmi dicti Danelss. de Vechel, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Vechel tradendam de et ex domo, area et orto ac pecia terre sibi coadiacenti, sitis in parochia de Vechel, ad locum dictum dat Dorhout, inter communitatem de Vechel undiquaque adiacente, quam pactionem primodictus Henricus erga secundodictum Henricum, suum patrem, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Rodolpho dicto Roeff, filio quondam Johannis dicti Roeverszoen de Thuystheze, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Agnetis, sue uxoris, necnon ex parte primodicti quondam Henrici ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum XII[a] januarii.

R. 1271, fol. 283v
12 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Dictus Adam, tamquam maritus et tutor dicte Agnetis, sue uxoris, filie quondam Henrici dicti Heyman, filii quondam Henrici Willemss., unum bonarium prati, situm in parochia de Vechel, ad locum dictum after Poyervelt, cum uno latere iuxta hereditatem spectantem ad altare beate Agathe in ecclesiae de Vechel ibidem et cum alio latere olim ad hereditatem Romboldi Lemkens, nunc vero Arnoldi dicti Arntss., tendentem ab hereditate olim Theoderici van den Ham, nunc vero liberorum quondam Johannis de Heze, ad quandam hereditatem, dictam die Poyervelsche Hoeve, de quo quidem prato dictus quondam Henricus dictus Heyman unam medietatem erga Johannem, filium quondam Rutgeri Roelofss., et reliquam medietatem erga Gerardum Gielis Batens., maritum et tutorem legitimum Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Henrici Danelss., atque Danielem Henrixs. dudum emendo acquisierat, ut videtur in diversis litteris de Vechel contineri, hereditarie supportavit Geerlaco, filio quondam Geerlaci dicti Knode, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Agnetis, sue uxoris,

necnon ex parte dicti quondam Henrici dicti Heyman et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R. 1271, fol. 283v
*deze akte is onvolledig en niet gepasseerd*

Dictus Geerlacus promisit super omnia et habenda dicto Ade viginti duos et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc.

R. 1271, fol. 283v
12 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Dictus Geerlacus promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dicto Ade ad spacium trium annorum Purificationis proxime futuro sine medio sequente quolibet dictorum annorum unum florenum Renensem, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante, necnon adhuc in ultimo termino dictorum annorum viginti duos et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia predicta pro quolibet computando.
Testes, datum supra.

R. 1271, fol. 283v-284r
12 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Wolterus de Haren Wouterss. promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Anne, filie quondam Arnoldi Hagens, ad spacium quatuor annorum Purificationis proxime futuro sine medio sequente quolibet dictorum annorum decem stuferos vel valorem Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proximo futuro ultra annum, et sic deinceps dictis annis durante, necnon adhuc in ultimo termino dictorum annorum decem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando.
Testes, datum supra.

R. 1271, fol. 284r
12 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Gerardus, filius quondam Arnoldi dicti die Necker, promisit super omnia et habenda Laurencio, filio quondam Henrici dicti Heylen, quatuordecim florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R. 1271, fol. 284r
12 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Wolterus, filius quondam Henrici Goessens., promisit super omnia et habenda Laurencio, filio quondam Pauli, filii quondam Johannis Pouwelss., sex libras monete Purificationis proxime futuro, totidem libras necnon triginta sex florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia valuata pro quolibet computando, a Purificationis proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R. 1271, fol. 284r
16 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Dictus Laurencius sex libras et XXX$^{ta}$ sex florenos Renenses de premissis cedentibus adhuc Purificationis proxime futuro legitime supportavit Ghiselberto Dircxs. die Becker, simul cum dictis litteris et iuribus.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XVI$^{ta}$ junii, sexta post octavam Pentecostes.

R. 1271, fol. 284r
12 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Godefridus, filius quondam Johannis Goyartss., relictus quondam Katherine, sue uxoris, filie quondam Leonii de Dynther, potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dicte quondam Katherine, ut apparebat, domum, aream et ortum ac hereditates sibi coadiacentes, quatuor lopinatas terre vel circiter, sitos in parochia de Gemonden, in iurisdictione de Rode, inter hereditatem Robberti van den Audenhuys ex uno et inter hereditatem Johannis, filii Wolteri Emontss., ex alio, quos domum, aream, ortum et hereditates predictos dictus Godefridus, filius quondam Johannis Goyartszoen, erga Elyam, filium quondam Arnoldi die Necker, dudum acquisierat, prout in litteris, simul cum dictis litteris aliis, instrumento et iure occasione premissorum, dedit ad hereditarium censum Johanni, filio quondam Wolteri Emontss., predicto, ab eodem, iure hereditario habendos et possidendos pro hereditaria pactione unius modii siliginis Theoderico, filio Petri Wolter sHerens., et Zeberto Henricxs. van den Westerlake, prius annuatim exinde e iure solvendos, ut dicebat, dandos et solvendos ab alio termino solutionis et loco ad hoc debitis et consuetis, atque pro hereditaria pactione duorum sextariorum siliginis mensure de Buscoducis et pro hereditario censu quinque et dimidio librarum monete, dandam et solvendam videlicet dictam pactionem duorum sextariorum siliginis dicto Godefrido quoad eius ius hereditarium atque dictum censum eidem Godefrido quoad eius usufructum dumtaxat necnon proximioribus heredibus supradicte quondam Katherine quoad ius hereditarium ab alio, anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum et dictam pactionem duorum sextariorum siliginis in Buscoducis tradendam de et ex premissis, promittens super omnia et habenda ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte sui deponere; quo facto alter repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Godefrido dictam pactionem duorum sextariorum siliginis quoad ius hereditarium necnon adhuc eidem Godefrido dictum censum dumtaxat quoad eius usufructum atque eundem censum dictis proximioribus heredibus dicte quondam Katherine quoad ius hereditarium anno quolibet hereditarie termino solutionis et loco predicto de et ex premissis. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes, datum supra.

R. 1271, fol. 284r

12 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Dictus Johannes, filius quondam Wolteri Emontss., promisit super omnia et habenda dicto Godefrido quinque et dimidiam libras monete necnon viginti septem et dimidium florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, a Purificationis proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R. 1271, fol. 284v
12 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Godefridus, filius quondam Johannis de Os, ab eodem et quondam Margareta, eius uxore, filia quondam Godefridi Wittop, pariter genitus, Martinus dictus de Geffen Janss., maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechtildis, sue uxoris, et Symon, filius quondam Theoderici Symonszoen, maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Marie, sue uxoris, filie dictorum quondam Johannis et Margarete, quecumque bona, mobilia et immmobilia, hereditaria atque parata, que eis seu eorum alteri per et post mortem quondam Elisabeth, Katherine et Mechteldis, sororum, filiarum dicti quondam Godefridi Wittop, iure successionis hereditarie seu alias quovismodo advoluta sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Matheo, filio quondam domini Gerardi Teelen, presbitero, simul cum toto iure eis seu eorum alteri quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum suarum uxorum necnon ex parte quorumcumque heredum dictarum quondam Elisabeth, Katherine et Mechtildis, sororum, deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XII$^{a}$ januarii.

R. 1271, fol. 284v
12 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dictus Matheus promisit super omnia et habenda dictis Godefrido, Martino et Sijmoni decem et octo peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R. 1271, fol. 284v
13 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Henricus, filius Godefridi Hannen, pellificis, ab eodem Godefrido et quondam Katherina, eius uxore, filia quondam Henrici van den Oetheren, filii quondam Johannis van den Oetheren, hereditarium censum quinque librarum et quindecim solidorum monete, quem censum Gerardus van Uden, filius quondam Johannis de Uden, promiserat se daturum et soluturum Johanni de Giessen anno quolibet hereditarie Lamberti martiris ex domo, area et orto, sitis in parochia de Vucht Santci Lamberti, ad locum dictum aen die Coninxbrake, ex uno et inter communem aqueductum ibidem ex alio, hereditarie supportasset dicto Godefrido, suo patri, et cum deinde Theodericus et Jacobus, fratres, et

Jutta, eorum soror, liberi dicti quondam Godefridi Hannen, ab eodem quondam Godefrido et Hillegonde, sua secunda uxore, filia quondam Johannis de Empel, pariter geniti, necnon dominus Johannes de Bever, rector et confessor pro tempore conventus Sororum Regularissarum, siti prope opidum de Helmont, in loco dicto in de Haghe, nomine dicti conventus ac sororis, filie dictorum quondam Godefridi Hannen et Hillegondis, sue secunde uxoris, sororisque professe dicti conventus, totam partem et omne ius ad ipsos et ad dictum conventum spectante in censu predicto, hereditarie supportassent dicto Henrico, presbitero, filio dicti quondam Godefridi Hannen, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis idem dominus Henricus dictum censum hereditarie supportavit Johanni dicto Eyckman, filio quondam Arnoldi Eyckman, pellifici, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti quondam Godefridi, sui patris, necnon ex parte dicti quondam Henrici van den Oetheren, eius avi, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XIII[a] januarii.

R. 1271, fol. 284v-285r
13 januari 1503
Jan Back en Peter de Borchgreve

Jacobus dictus van der Eynde hereditariam pactionem duorum et dimidii modiorum siliginis mensure de Zoemeren, quam pactionem Goeswinus Bloys promiserat se daturum et soluturum Henrico de Penu anno quolibet hereditarie Purificationis et in Zoemeren traditurum ex quodam prato dicto communiter den Rodenacker Beempt, sito in parochia de Zoemeren, inter hereditatem Geerlaci, filii quondam Luce de Erpe, ex uno et inter hereditatem Mechteldis Haecx ex alio, atque ex quodam agro terre, dicto communiter dat Aude Huys, sito ibidem, inter hereditatem Arnoldi Haengreve ex uno et inter hereditatem Johannis Nennen ex alio; insuper ex quadam particula terre, dicta communiter die Gheer, sita ibidem inter hereditatem spectantem ad ecclesiam de Zoemeren ex utroque latere; preterea ex quadam particula terre, dicta communiter dat Cleyn Hegackerken, sita in dicta parochia, inter hereditatem Theoderici Vroede ex uno et inter hereditatem Henrici Costers ex alio, quam pactionem predictam dictus Jacobus erga Arnoldum, filium quondam Danielis Symonss., acquiserat prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio Theoderici, dicto Slechz, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Back et Borchgreve, datum supra.

R. 1271, fol. 285r
10 januari 1504
Busco en Roever

Elizabeth,[20] filia quondam Henrici Oemss., filii quondam Henrici, in absentia Johannis, filii quondam Theoderici Slechs, prebuit patentes denarios ad redimendum dictam pactionem *(hierna ontbreekt* e*)* iure proximitatis et obtinuit.

[20] *deze akte, die een jaar later in het protocol is tussengevoegd, is gecancelleerd op 18 januari 1504, zie de toevoeging in de marge*: Ista Elisabeth in presentia Johannis Slechz consentiit quod ista contractus cassetur et annihillatur. Actum XVIII[a] januarii anno 3[o]. *Bij de datering van de registratie is uitgegaan van het gebruik van de paaastijl in de stedelijke secretarie van 's-Hertogenbosch. De genoemde schepenen Willem van den Bosch (de Busco)*

Testes Busco et Roever, datum X januarii anno tertio.

R1271, fol. 285r
13 januari 1503
Jan Back en Gozewijn van Brecht

Henricus, filius quondam Gerardi, filii naturalis quondam Florencii van der Aa, palam recognovit quod conventus de Dumo prope Eyndoviam a multis preteritis annis et temporibus solvendam habere consueverat et hodiernis temporibus adhuc solvendam habet annuam et hereditariam pactionem trium sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, pariter unam modiatam terre arabilis et duos pastus, dictos scharen, continente, sitis in parochia de Bucstel ultra pontem, dictum die Halsche brugge, inter communitatem et communem plateam ex uno et utroque fine uno et cum reliquo latere inter aquam ibidem fluentem sub ponte predicto, et promisit dictus Henricus ut debitor principalis quod ipse dictam pactionem trium sextariorum siliginis hereditarie dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur magistro Willelmo de Busco annuatim et hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradet de et ex domo, area, orto ac hereditatibus et pastibus predictis, tali annexa conditione quod dictus Henricus eandem pactionem perpetue redimere et acquitare poterit cum et mediante quindecim peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis.
Testes Back et Brecht, datum supra.

R1271, fol. 285r-285v
13 januari 1503
Jan Back en Gozewijn van Brecht

Henricus dictus Bor, filius quondam Nycolai dicti Bor, relictus quondam Luytgardis, sue uxoris, filie quondam Wynrici de Os, potens ad infrascripta vigore instrumenti donationis inter vivos, sibi per Hermannum Janss., maritum et tutorem legitimum Agnetis, sue uxoris, sororis supradicte quondam Luytgardis, dum vixerat, facte, ut apparebat, domum et aream, sitam in Buscoducis, iuxta pontem, dictum die Beverbrugge, inter communem vicum ex uno et inter hereditatem Ghiselberti dicti van den Brekelen ex alio et fine uno; insuper hereditarium censum quatuor librarum monete, quem censum Henricus de Haren, carnifex, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Jacobo, filio Gerardi dicti Groy de Driel, hereditarie mediatim Nativitatis Domini et mediatim Nativitatis Baptiste, ex domo et area, sita in Buscoducis, iuxta pontem dictum communiter Beverbrugge, quos domum, aream et censum predictos dicta Luytgardis, filia quondam Wynrici de Os, erga Hillegondem, filiam quondam Henrici Maes Henricxs., acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico de Uden, magistro et rectori pro tempore fabrice ecclesie sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, ad opus eiusdem fabrice, simul cum dictis litteris aliis, instrumentis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte quondam Luytgardis, sue uxoris, necnon ex parte quorumcumque heredum et successorum eiusdem quondam Luytgardis deponere, excepto hereditario censu sex librarum monete, quem dicti Henricus Bor et Luytgardis dudum ex premissis Chistiano van den Meeracker vendiderant aut solvere promiserant, ut dicebat.
Testes Back et Brecht, datum XIII[a] januarii.

---

*en Gerlach de Rover zijn schepen zijn van Den Bosch in het schepenjaar dt loopt van 1 oktober 1503 tot 30 september 1504, zie Jacobs, Jusititie en Politie, 269.*

R1271, fol. 285v
13 januari 1503
Jan Back en Gozewijn van Brecht

Henricus de Uden, tamquam magister et rector pro tempore fabrice ecclesie sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, domum et aream, sitam in Buscoducis, iuxta pontem dictum die Beverbrugge, inter communem vicum ex uno et inter hereditatem Ghiselberti van den Brekelen ex alio et fine uno, quam domum et aream dictus Henricus de Uden ad opus dicte fabrice erga Henricum dictum Bor, filium quondam Nycolai dicti Bor, hodierna die acquisierat, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, locavit recto locationis modo dicto Henrico Bor, ab eodem Henrico Bor, quamdiu in humanis vixerit et non ultra, habendam et possidendam pro hereditario censu sex librarum monete, Katherine, relicte quondam Christiani van den Meeracker, prius annuatim exinde e iure solvendo, dando et solvendo ab alio termino solutionis ad hoc debito et consueto, atque pro annuo censu sex librarum dicte monete dando et solvendo dicte fabrice ab Henrico Bor predicto, anno quolibet Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, promittens sub obligatione omnium bonorum dicte fabrice huiusmodi locationem ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte dicte fabrice deponere; quo facto alter repromisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dicte fabrice dictum annuum censum sex librarum anno quolibet termino solutionis predicto, atque quod ipse dictum hereditarium censum sex librarum supradicte Katherine dabit et solverit et dare ac solvere tenebitur sic et taliter quod dicte fabrice ad et supra dictam domum et aream dampna exinde non eveniant in futuro atque quod ipse eandem domum et aream, quamdiu in humanis vixerit, suis propriis expensis in bona et laudabili dispositione de tecto et parietibus tenebit et conservabit ac tenere et conservare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 285v-286r
14 januari 1503
Jan Back en Gerit van Berkel

Henricus, filius quondam Henrici Arntss., hereditarie vendidit Helene, filie quondam Mathie de Gerwen, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendum ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus dicti venditoris, unam modiatam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Berlijkem, ad locum dictum Loeffoirt, iuxta repagulum ibidem, inter communitatem ex uno et inter hereditatem Rutgeri Jacopszoen ex alio, tendente a communi platea usque ad communem aqueductum ibidem, item ex campo terre, dicto Kepkens acker, tria et dimidium iugera terre vel circiter continente, sito ibidem inter hereditatem Margarete Jonckers et Theoderici die Cangieter ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis die Sluyter ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem liberorum quondam Pauli Peterss., item ex campo terre, dicto Sint Jans camp, sito ibidem, inter communem stegam, dictam Sint Jans stege, ex uno et inter hereditatem Mathie, filii quondam Gerardi Peterss., ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem liberorum quondam Willelmi Rutten, item adhuc ex domo, area, horreo, domuncula, dicta een eesthuys, ac hereditatibus arabilibus, tres maldratas terre continente, ac campo terre pascualis sibi mutuo coadiacentibus, sitis in parochia de Berlijkem et loco predicto, ad locum dictum aen den Veedyck, inter hereditatem domini Johannis de Ouden, presbiteri, ex uno et fine uno et

inter hereditatem Nycolai dicti Coel Zeben et Johannis dicti die Smyt ex alio, tendente cum fine reliquo ad communem plateam, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione trium modiorum siliginis mensure de Buscoducis, hereditaria pactione duorum modiorum siliginis dicte mensure, hereditaria pactione quatuor lopinorum siliginis, adhuc hereditaria pactione duorum lopinorum siliginis atque hereditaria pactione duorum lopinorum siliginis, hereditario censu septem librarum monete, hereditario censu trium et dimidie librarum dicte monete, hereditario censu viginti solidorum dicte monete atque hereditario censu duodecim solidorum monete predicte, diversis personis ex predicto domo, area, orto ac hereditatibus, duobus campis terre predictis, necnon duobus et dimidio modiis siliginis hereditarie pactonis et hereditario censu duodecim librarum dicte monete ex secundodicto domo, area, horreo, domuncula, hereditatibus et campo terre pascualis predictis, diversis personis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Back et Berkel, datum XIIII[ta] januarii.

R1271, fol. 286r
14 januari 1503
Jan Back en Gerit van Berkel

Et poterit redimere perpetue simul et semel cum viginti quatuor peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rynsgulden, gerecht van gewichte, pro viginti octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe goude philippusgulden, gerecht van gewichte, pro viginti quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande, secundum eandem valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate emptrici legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 286r-286v
14 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Anthonius, filius quondam Petri dicti Lu, filii quondam Johannis, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex agro terre, sex et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Scijnle, ad locum dictum dWybosch, inter hereditatem Arnoldi de Zochel et plurium aliorum ex uno et inter hereditatem Willelmi dicti Scijndelman ex alio, quam pactionem predictam dictus Petrus Lu, filius quondam Johannis, erga Danielem, filium quondam Jacobi dicti Arntss., dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Petro, filio quondam Godefridi dicti van den Wyer, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum XIIII[ta] januarii.

R1271, fol. 286v
14 januari 1503

Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta octo peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pro nunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in hiis aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro viginti octo stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande, secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Petrus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Anthonio repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 286v
14 januari 1503
Jan Back en Gerit van Berkel

Henricus, filius quondam Heymerici Peterss., ab eodem et quondam Hadewige, sua uxore, filia quondam Godescalci Buck, pariter genitus, et Jacobus, filius quondam Jacobi Wautgerszoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elsbene, sue uxoris, filie dictorum quondam Heymerici et quondam Hadewigis, campum terre, olim dicte quondam Hadewigis, nunc vero dictorum venditorum, situm infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, ad locum dictum aen de Poeldonck, inter hereditatem Yde, relicte quondam Johannis Engbrechs., ex uno et inter communem plateam ex alio, tendente ab hereditate Willelme, relicte quondam Johannis Glavymans, et eius liberorum ad hereditatem Rodolphi dicti Janss., ut dicebant, hereditarie vendiderunt Woltero dicto van den Vlasvoirt, filio quondam Johannis, ab eodem, promittens indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere.
Testes Back et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 286v-287r
14 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum Johannes et Mechteldis, eius soror, liberi quondam Andree Loden van der Strijpt, necnon Egidius, filius quondam Petri Gielissoen, maritus et tutor legitimus Elisabeth, sue uxoris, et Petrus, filius quondam Wolteri Cocx, maritus et tutor legitimus Margarete, sue uxoris, filiarum dicti quondam Andree Loden, hereditarie vendidissent Johanni Dachverlies hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex pecia terre, dicta den Hazenbairt, sita in parochia de Gestel prope Herlaer, ad locum dictum Ruymel, inter hereditatem Johannis Dachverlies ex uno et inter communem plateam ex alio, cumque dictus emptor palam recognovisset et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisisset quod iidem venditores dictam pactionem redimere et acquitare posset *(sic)* perpetue cum viginti septem aureis florenis, Rijnsgulden communiter vocatis, decem denarios, vueryseren communiter vocatos, vel valorem eorundem in alia pecunia pro quolibet huiusmodi aureos florenos computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout in diversis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Johannes et Mechteldis, eius soror, atque Petrus, eorum sororius, pro se ipsis et pro dicto Egidio ac eius uxore predicta, cum tutore, dictam potestatem redimendi et acquitandi censum predictum hereditarie supportaverunt domicelle Goeswine, relicte dicti quondam Johannis Dachverlies, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam

servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte *(gedeeltelijk verbeterd uit* dictorum*)* Margarete, uxoris dicti Petri, necnon ex parte dictorum Egidii et Elisabeth, sue uxoris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 287r
14 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Luytgardis,[21] relicta quondam magistri Willelmi Clocgieters, cum tutore, usufructum sibi dicens competentem in quinque sextis partibus domus, aree, orti, domus posterioris ac suorum iurium et attinentiarum, dictorum communiter In den Noebel, sitorum in Buscoducis retro conventum Fratrum Minorum ibidem, inter hereditatem Lamberti Millinc, communi Diesa interfluenti ex uno et inter hereditatem Godefridi dicti Godden, sartoris, et Elisabeth, filie quondam Goeswini Jonckers, ex alio, tendente a communi platea retrorsum ultra communem Diesam ad quendam viculum, dictum dat Ulenborch straetken, in illis videlicet quinque sextis partibus premissorum, que Lamberto et Woltero, fratribus, Weyndelmoedi, Yde et Margarete, eorum sororibus, liberis Luytgardis at quondam magistri Willelmi predictorum, per et post mortem eiusdem quondam magistri Willelmi, eorum patris, iure successionis hereditarie advolute sunt, necnon eisdem per et post mortem dicte Luytgardis, eorum matris, adhuc sunt advolvende, ut dicebat, legitime supportavit dictis Lamberto et Weyndelmoedi, eius sorori, ad opus eorum et ad opus dictorum Wolteri, eorum fratris, necnon Yde et Margarete, eorum sororum, et effestucando promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 287r
14 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Notum[22] sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu precedenti et fiat relatio ex eodem ut in forma prout in litteris, et tunc sit cumque per prius dictus Wolterus, filius quondam magistri Willelmi Clocgieters, dedisset, contulisset et concessisset dicte Luytgardi, sue matri, plenam et liberam potestatem ac mandatum speciale omnia bona, hereditaria et parata, sibi per et post mortem dicti quondam magistri Willelmi iure successionis hereditarie advoluta et per mortem dicte Luytgardis advolvenda, vendenda, alienanda et cum illis facienda, que dictus Wolterus cum eisdem faceret seu facere posset si presens et personaliter interesset, prout in aliis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Lambertus et Weyndelmoedis, eius soror, necnon Henricus, filius quondam Henrici de Sprengel alias die Verwer, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Margarete, sue uxoris, cum tutore, pro se ipsis et dicta Yda, pro qua se fortes fecerunt, necnon cum eis dicta Luytgardis nomine dicti Wolteri, sui filii, vigore potestatis sibi ab eodem, ut premittitur, attribute, cum tutore, hereditarie vendiderunt Lamberto die Wolff ad opus Johanne, sue matris, hereditarium censum viginti unius florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in hiis aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewicht, pro XX$^{ti}$ octo stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et aliam pecuniam nae advenande, secundum eandem

[21] *in de marge staat bij dit contract:* A.
[22] *in de marge staat bij dit contract*: B.

valuationem, solvendum hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et ex supradictis quinque sextis partibus premissorum, ab eadem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi domino duci, sedecim stuferis conventui Predicatorum, una libra communis pagamenti Infirmarie Maioris Curie Beginarum in Buscoducis atque dimidia libra communis pagamenti conventui de Porta Celi prope Buscumducis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 287v
14 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Et poterint redimere perpetue cum tricentum et triginta duobus consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Lambertus nomine dicte Johanne, sue matris, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Johanne legitime preintimabunt ac preintimare tenebuntur, absque dolo.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XIIII$^{ta}$ januarii.

R1271, fol. 287v
16 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Luytgadis *(sic)*, relicta quondam magistri Willelmi Clocgieter, cum tutore, usufructum sibi dicens competentem in quinque sextis partibus domus, aree, orti, domus posterioris ac suorum iurium et attinenciarum, dictorum communiter In den Nobel, et sic ulterius ut in contractu latere precedente A signato usque finem.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XVI$^{ta}$ januarii

R1271, fol. 287v
16 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset et ulterius cumque per prius dictus Wolterus, filius quondam Willelmi Clocgieter, dedisset, ut in contractu eiusdem alterius lateris B signato, usque ibi constituti, et tunc sic, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Lambertus et Weyndelmoedis, eius soror, necnon Henricus, tamquam maritus ut supra, cum tutore, pro se ipsis et dicta Yda, pro qua se fortes fecerunt, atque cum eis dicta Luytgardis, cum tutore, nomine dicti Wolteri, sui filii, vigore potestatis sibi ab eodem, ut premittitur, attribute, hereditarie vendiderunt mihi ad opus Nycolai, filii quondam Nycolai dicti die Bont, ab eodem quondam Nycolao et dicta Weyndelmoede, pariter geniti, hereditarium censum decem consimilium florenorum Renensium, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et ex quinque sextis partibus premissorum, promittentes indivisi cum tutore super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis dictis oneribus in contractu B comprehensis, atque hereditario censu viginti unius florenorum Renensium Johanne die Wolff, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere, tali annexa conditione quod dicti venditores dictum censum redimere et acquitare poterunt perpetue cum

centum quinquaginta et quinque consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 287v-288r
16 januari 1503
Raas Raessen en Gerit van Berkel

Bertha, filia quondam Arnoldi dicti de Vaerlair, pro se ipsa, cum tutore, Johannes, filius quondam Ambrosii Everitss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie dicti quondam Arnoldi de Vaerlair, pro se ipso, et Margareta, filia eiusdem quondam Arnoldi, sororeque dicte Katherine, necnon Theodericus, filius quondam Luce de Hackenem, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Christine, sue uxoris, filie dicti quondam Arnoldi de Vaerlaer, pro se ipso, totam partem et omne ius ad ipsos, supradictam Margaretam, eorum sororem, atque ad dictas suas uxores, ut dicebant, spectante in hereditario censu quatuor librarum monete, solvendo hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacenti, pariter decem lopinatis terre vel circiter continente, sitis in parochia de Dynther, ad locum dictum Vorstenbossche, inter hereditatem Johannis Philipszoen et Johannis Lambrechs. ex uno et inter communem plateam alias uindique adiacente, quem censum predictum Engela, filia dicti quondam Arnoldi de Vaerlair, erga Henricum, filium quondam Henrici Elyaes, emendo acquisierat; item in hereditario censu trium librarum monete, quem censum Henricus, filius quondam Willelmi die Meester, pellificis, promiserat ut debitor principalis dicte Engele, filie quondam Arnoldi de Vaerlair, quod ipse daret et solveret eidem Engele anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste de et ex domo, area, orto ac domo posteriori dicti Henrici, sitis in Buscoducis, in vico Vuchtensi, inter hereditatem heredum quondam Goeswini Heer ex uno et inter hereditatem Johannis, filii quondam Godefridi Poynenborchz, ex alio; item adhuc in una et dimidia libris hereditarii census de hereditario censu duarum librarum dicte monete et unius pulli censualis, quem censum Engela, filia quondam Arnoldi de Vaerlair, et Henricus Aben solvere tenebantur anno quolibet hereditarie Purificationis ex certis eorum hereditatibus, sitis in parochia de Dynther, ad locum dictum op tReytsel, iuxta plateam, dictam die Ellincstraet, inter hereditatem Henrici Geck ex uno et uno fine et inter hereditatem fabrice ecclesie de Dynther ex alio, quem censum duarum librarum ultimodictum dicta Engela erga Nycolaum van den Dael, filium quondam Hermanni van den Daele, maritum et tutorem legitimum Aleidis, sue uxoris, filie quondam Henrici Voegelsanck de Novomagio, acquisierat, prout in diversis litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio dicti quondam Arnoldi de Vaerlair, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum suarum uxorum deponere, promittens insuper sub obligatione premissa dictus Johannes, filius quondam Ambrosii Everits, obligationem et impetitionem ex parte dicte Margarete deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 288r
16 januari 1503
Raas Raessen en Gerit van Berkel

Dicti Johannes de Vaerlair, pro se ipso et Thoma, suo fratre, Bertha, eius soror, necnon Theodericus, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Christine, sue uxoris, ut supra, totam partem et omne ius ad ipsos et et *(sic)* ad dictum Thomam ac dictam Christinam, ut dicebant, spectante in hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, quam

pactionem Godefridus, filius quondam Willelmi Goyartss., promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Engelberne, filie quondam Arnoldi de Vaerlair, filii quondam Arnoldi, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis traditurum de et ex medietate pecie terre arabilis, dicte den Hulseacker, duodecim lopinatas terre vel circiter continente, site in parochia de Dynther, inter hereditatem domini de Helmont ex utroque latere, pridem ad hereditarium pactum data dicto Godefrido ab Engelberna predicta pro dicta pactione et quibusdam aliis oneribus, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Johanni, filio quondam Ambrosii Everitss., tamquam marito et tutori legitimo dicte Katherine, sue uxoris, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Christine deponere. Promisit insuper dictus Johannes de Vaerlair sub obligatione premissa obligationem et impetitionem ex parte dicti Thome, sui fratris, deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 288r
*deze akte is onvolledig*

Supradicti Johannes, pro se ipso et Thoma, suo fratre, Bertha, eius soror, necnon Theodericus, tamquam maritus et tutor dicte Christine, sue uxoris.

R1271, fol. 288r-288v
16 januari 1503
Raas Raessen en Gerit van Berkel

Supradicti Johannes, pro se ipso et Thoma, suo fratre, Johannes, filius quondam Ambrisii *(sic)*, tamquam maritus et tutor dicte Katherine, sue uxoris, pro se ipso, et dicta Margareta necnon Theodericus tamquam maritus et tutor dicte Christine, sue uxoris, totam partem et omne ius ad ipsos et ad supradictos Thomam et Margaretam, eius sororem, atque dictas Katherinam et Christinam, ut dicebant, spectante in hereditaria pactione dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Wolterus de Weert, filius quondam Henrici de Weert, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Arnoldo de Vaerlair, filio quondam Arnoldi, quoad vixerit in humanis et post eius decessum suis liberis, ab ipso Arnoldo et quondam Margareta, sua uxore, filia quondam Willelmi Janss., pariter genitis, anno quolibet hereditarie Purificationis et in parochia de Dynther traditurum de et ex tercia parte pecie prati, siti in parochia de Scijnle, in loco dicto dWaut, iuxta molendinum de Kilsdonck, in quodam prato, dicto den Pelsbeempt, inter hereditatem liberorum quondam Henrici Symonss. ex uno et inter hereditatem Henrici die Jonger et Willelmi de Vaerlair ex alio; item ex tercia parte cuiusdam ulterius pecie prati, site ibidem inter hereditatem Hillegonde Stanss. et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Henrici die Jonger ex alio, prout in litteris, hereditarie supportaverunt supradicte Berthe, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum Katherine et Christine deponere. Promiserunt insuper dicti Johannes de Vaerlair et Johannes Broess. obligationem et impetitionem, videlicet idem Johannes de Vaerlaer ex parte dicti Thome, sue *(sic)* fratris, et dictus Johannes Broes ex parte dicte Margarete deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum XVI$^{ta}$ januarii.

R1271, fol. 288v
18 februari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicta[23] Bertha, cum tutore, dictam pactionem hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Danielis die Heelt, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens et cum ea Nycolaus, eius filius, indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XVIII februarii.

R1271, fol. 288v
16 januari 1503
Raas Raessen en Gerit van Berkel

Supradicti[24] Johannes de Vaerlair, pro se ipso et dicto Thoma, suo fratre, Bertha, pro se ipsa, et Johannes Broes, tamquam maritus et tutor dicte Katherine, sue uxoris, pro se ipso, et dicta Margareta, filia dicti quondam Arnoldi, cum tutore, totam partem et omne ius ad ipsos atque ad dictos Thomam et Margaretam, atque dictam Katherinam, ut dicebant, spectantem in hereditario censu trium librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Domini ex quodam prato, dicto die Hoeve, unam diurnatam terre vel circiter continente, sito in parochia de Bucstel, inter communitatem ex uno et fine uno et inter hereditatem Johannis Lemmens ex alio; item ex pecia terre arabilis, quinque lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, inter communem viam ex uno et fine uno et inter hereditatem Gerardi Michielss. ex alio; item ex pecia terre arabilis, unam et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia predicta, inter communem viam ex uno et uno fine et inter hereditatem Johannis van den Egelvoirt ex alio; item ex pecia prati, diurnatam terre vel circiter continente, siti in parochia predicta, inter hereditatem Gerardi Michiels ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis Moelengraefs ex alio, quem censum predictum Engela, filia dicti quondam Arnoldi de Vaerlair, erga Arnoldum, filium quondam Lamberti die Scoenmeker, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt dicto Theoderico, tamquam marito et tutori legitimo dicte Christine, sue uxoris, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes super omnia et habenda cum tutore ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere. Promiserunt insuper dicti Johannes de Vaerlaer et Johannes Broes sub obligatione premissa obligationem et impetitionem, videlicet dictus Johannes de Vaerlaer ex parte dicti Thome, sui fratris, et dictus Johannes Broes ex parte dicte sue uxoris atque dicte Margarete deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 288v-289r
18 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dominus Ghiselbertus de Erpe, filius quondam Godefridi de Erpe, presbiter, hereditarium censum duarum librarum monete, quem censum Jacobus, filius quondam Leonii Henricxs., promiserat ut debitor principalis Johanni, filio quondam Johannis dicti Martens, quod ipse daret et solveret eidem Johanni anno quolibet hereditarie Purificationis ex domo, area, orto ac

[23] *deze akte is later tussengevoegd.*
[24] *in de marge staat nog een latere, ongedateerde toevoeging*: Dictus Henricus, filii quondam Danielis die Heelt, dictam pactionem hereditarie supportavit Hermanno Collart, filio quondam Petri, cum dictis litteris, aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.

hereditate sibi coadiacente, sextariatam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Vechel, iuxta ecclesiam ibidem, inter hereditatem Johannis Dircxs. ex uno et inter hereditatem olim Arnoldi Loyen, nunc vero Arnoldi die Cremer, ex alio, quem censum predictum magister Petrus de Os ad opus dicti domini Ghysberti erga dictum Johannem, filium quondam Johannis dicti Martens, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Theoderici dicti de Zontvelt, simul cum dictis litteris liis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XVIII[a] januarii.

R1271, fol. 289r
18 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum magister Johannes, filius Johannis Sampson, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area, orto, vacua hereditate ac camera et stabulo posterioribus cum suis fundis ac quadam parva domuncula cum suo fundo, predicte domui lateraliter adiacenti, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Zadelstraet, iuxta forum in oppositum statere ibidem, inter hereditatem Christiani Bitter ex uno et inter hereditatem Petri die Sceymeker ex alio, item ex domo, area, orto ac domo posteriori, sitis in Buscoducis in *(*vico*)* Vuchtensi, inter hereditatem Agnetis, relicte quondam Ghysberti Liscop, ex uno et inter hereditatem Judoci Zeben ex alio, hereditarie supportasset Johanni Hamer, tinctori, prout in litteris, constituti igitur coram scabinis infrascripti Hubertus, filius dicti quondam Johannis Hamer, tinctoris, Willelmus, filius Thome de Broegel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Luytgardis, sue uxoris, et Johannes de Baecx, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Marie, sue uxoris, filiarum dicti quondam Johannis Hamer, palam recognoverunt et publice confessi sunt supradictam pactionem duorum modiorum siliginis ad manus suas per magistrum Alardum Balyart, decanum Boxtellensem ac canonicum, et dominum Willelmum de Dommelen, benificiatum ecclesie collegiate sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, necnon Jordanum de Boirt, tamquam executores testamenti ac ultime voluntatis quondam domini Henrici de Berse, canonici et cantoris dum vixit dicte ecclesie, esse redemptam et acquitatam, clamantes igitur dicti recognoscentes supradictos executores ac quoscumque alios huiusmodi quitanciam indigentes et eorum bona de dicta pactione ac ab ulteriori solutione eiusdem continente, absque dolo.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 289r
18 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Nota quod quitatio predicta non preiudicabit dictis recognoscentibus in actione quam huiusmodi *(?)* adhuc contra magistrum Johannem Sampson ac in debito in quo idem ipsis tenetur, de quo protestati sunt.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 289r-289v
18 januari 1503
Raas Raasen en Lambert Millinck

Dominus Franciscus de Prato, provincialis ordinis beati Willelmi ac prior conventus de Porta Celi prope Buscumducis, quamcumque potestatem monendi, levandi, percipiendi ac via iuris, si opus fuerit, assequendi quoscumque census, redditus et pactiones dicti conventus et credita quecumque eiusdem conventus et bona sua regendi, datam et attributam fratri Arnoldo de Balen, dudum cellerario conventus predicti, ante datam litterarum presentium iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat, coram scabinis infrascriptis hic expresse revocavit, dans et concedens hic de novo fratri Laurencio, filio Wolteri Dircx de Nuenen, plenam et liberam potestatem ac mandatum speciale monendi, levandi, percipiendi ac via iuris, si opus fuerit, assequendi omnes et singulos census, reddictus et pactiones dicti conventus et credita quecumque eiusdem conventus, que eidem conventui debentur ac debebuntur a personis quibuscumque occasione quacumque atque bona eiusdem conventus regendi ac via iuris, si opus fuerit, hic et ubicumque locorum defendendi in omnibus et per omnia, simul cum potestate substituendi unum vel plures qui habebunt eandem potestatem modo et forma quibus supra, presentibus vero post revocationem dicti domini provincialis seu prioris conventus predicte extunc in antea minime valituris.
Testes Raess. et Millinc, datum XVIII[a] januarii.

R1271, fol. 289v
18 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Condt ende kenlic zij enenyegelijcken alsoe Peter geheiten Pusellere, viscoeper, wittelic ende erflic vercoft hadde Fredericken den Becker enen jaerlijcken ende erfliken chijns van twentich scillingen, den alden grooten Tournoysen penninc der munten des coninx van Vranckyck voir sestien penningen in dien gerekent oft die werde dair voir, te betalen alle jair, voir deen helfte in den hoichtyde der geboirten Sint Jans Baptisten ende voir dander helfte in den hoichtyde der geboirten ons Heren van ende uuyt enen huyse ende erve, gelegen in sHertogenbosch, over die Vyschbrugge, ende dairnae Arntzoen Gevarts van Eyndoven, als man ende mombare Jutten, zijnre huysvrouwen, dochter wilneer Peters Steenwech, den voirs. erfchijns van twentich scillingen auts met meer andere erfchijnsen hadde wittelic ende erflic opgedragen Claessen Spierinc Meeussoen, gelyc in versceyden scepenenbrieven van Den Bosch dair op gemaect volcomentliken is begrepen, soe zijn gestaen voir scepenen hier onder gescreven jouffrouwe Sophie, wedue wilneer Anthoniis Spierinck, ende met hair jouffrouwen Luytgart ende Lysbeth, gesusteren, hair wittige dochteren, zoe voir heur selven ende oic mede voir Claessen ende Adriaenen, gebrueders, zoenen van jouffrou Sophien ende wilneer Anthonys. voirs., als proprietarisen ten tyde van den voirs. erfchijns van twentich scillingen audts, ende hebben oepelic bekent ende consenteert als dat die proprietaris van den huyse ende erve voirs. die voirs. twentich scillingen audts voirtane sal moigen betalen, mits dair voir gevende alle jair ten termynen voirs. enen alden scilt, sonder droch ende argelist.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 289v-290r
19 januari 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Johannes, filius quondam Arnoldi Henrick Ghybens., hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex pecia terre siliginee, sita in parochia de Berchen, ad locum dictum Opten Acker, inter hereditatem Reymboldi Peterss. et quorundam aliorum ex uno et inter hereditatem Johannis Zebrechss. ex alio et uno fine, quem censum predictum dictus Johannes, filius quondam Arnoldi Henric Ghybens., erga Wolterum, filium

quondam Lodovici Myss., emendo acquiserat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni dicto Bouman, filio quondam Johannis dicti Bouman, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Raess. et Borchgreve, datum XIX[a] januarii.

R1271, fol. 290r
19 januari 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Dictus Johannes Bouman, filius quondam Johannis dicti Bouman, unum hont terre, situm in parochia de Berchen, ad locum dictum op die Berchensche Gemeynt, inter hereditatem Willelmi dicti de Elsen ex uno et inter hereditatem heredum Constantini dicti Steyns sHoessen ex alio, et tendit cum uno fine ad hereditatem Jacobi Peterss., ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Johanni, filio quondam Arnoldi Henric Ghybens., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 290r
19 januari 1503
Jan Back en Gerit van Berkel

Henricus, filius quondam Gerardi Florijss., Theodericus, filius quondam Pauli Jan Pouwelss., pistor, Henricus, filius Wolteri Udensoen, et Wolterus, filius Yewani Willemss., promiserunt indivisi super omnia et habenda Anthonio Hinckart triginta duos et dimidium florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, Martini hyemalis proxime futuro persolvendos.
Testes Back et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 290r
19 januari 1503
Lambert Millinck en Gerit van Berkel

Rutgerus, filius quondam Johannis Rutgerss. de Os, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Mechteldi, relicte quondam Johannis Keymp, ad spacium trium annorum datam presentem sine medio sequente, videlicet primo anno dictorum annorum quadraginta septem denarios, scilde communiter vocatos, quindecim denenarios, stuvers communiter vocatos, vel valorem in pecunia quemadmodum semper dabitur dominis Epternacensibus de eorum decima ibidem, pro quolibet computando, necnon sex consimiles stuvers, et quolibet aliorum dictorum annorum, sexaginta et dimidium consimiles scilde Bartholomei apostoli, et pro primo solutionis termino Bartholomei apostoli proxime futuro, et sic deinceps moneto predicto dictis annis durante, occasione impactionis duarum quotarum, dictarum schootenthienden, decime in Os, ut dicebant.
Testes Millinc et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 290r-290v
19 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum Petrus Vannijs, filius quondam Elye, Arnoldus de Lairhoven, filius quondam Arnoldi, et Johannes, filius quondam Gerardi Wijtmans, hereditarie vendidissent Petro, filio quondam Nycolai de Walbeeck, hereditarium censum duodecim florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste et in Buscoducis libere ab omnibus precariis et aliis incommodis tradendum ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, quindecim lopinatas terre vel circiter continente, dicti Petri Vannijs, filii quondam Elye, sitis in parochia de Haren, inter hereditatem Lamberti Millinc ex uno et inter hereditatem eiusdem Lamberti Millinc et Arnoldi Brocken ex alio; insuper ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, duas modiatas terre vel circiter continente, Arnoldi de Lairhoven predicti, sitis in dicta parochia, inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Arnoldi Hacken, ex uno et inter communem plateam, dictam die Groeystraet, ex alio; insuper ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, modiatam terre vel circiter continente, dicti Johannis Wytmans, sitis in dicta parochia, ad locum dictum Belver, inter hereditatem Engberti Elenss. ex uno et inter hereditatem Cornelii, filii quondam Johannis Geritss., ex alio, cumque dictus emptor palam recognovisset et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisisset quod iidem venditores dictum censum redimere possent perpetuis temporibus semper dum eis placuerit, simul et semel cum centum et quinquaginta huiusmodi florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout in diversis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Christianus, filius naturalis quondam Nycolai Heyen, Arnoldus, filius quondam Petri Goetscalcx, Johannes, filius naturalis quondam Johannis die Roever, et Wolterus, filius quondam Adriani van den Loe, incole ville de Haren, palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dicto Petro, emptori, promiserunt quod cum supradictus census iuxta dictarum litterarum continentiam redimitur et acquitatur, quod tunc ipsi Christianus, Arnoldus, Johannes et Wolterus ultra dictos censum et quinquaginta florenorum Renensium adhuc superaddent, dabunt et persolvent eotunc necnon superaddere, dare et persolvere tenebuntur eidem Petro, emptori, ex causa acquitationis eiusdem census summam vero triginta septem florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in hiis aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX$^{ti}$ octo stuferis, et denarios, dictos dobbel vueryseren, pro temporibus blanccen et alios denarios nae advenande, absque condictione dolo et fraude, premissis non obstante.
Testes Millllinc et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 290v-291r
19 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Georgius, filius quondam Johannis Woutersz., Theodericus, filius quondam Rodolphi dicti Smeetszoen, Johannes, filius quondam Theoderici dicti van den Rodeacker, et Henricus, filius quondam Frederici dicti Ykenss., hereditarie vendiderunt Coenrardo, filio quondam Gerardi dicti Dagens, hereditarium censum viginti florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewicht, pro XX$^{ti}$ octo, aureos florenos cum cruce sancti Andree, iusti ponderis, dictos gouden andriesgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ novem stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios seu pecuniam nae advenande, secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Sebastiani martiris et in Buscoducis absque omni onere precarie ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum de et ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, novem lopinatas terre vel circiter continente, dicti Georgii,

sitis in parochia de Beeck prope Aerle, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Beeck predicta ex uno et inter communitatem ac aquam dictam die Aa alias adiacentem; item ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, duas modiatas terre vel circiter continente, dicti Theoderici, sitis in dicta parochia, inter hereditatem conventus de Bijnderen ex uno et inter hereditatem Lamberti Millinc ex alio, tendente cum uno fine ad communem plateam; item ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, octo lopinatas terre vel circiter continente, dicti Johannis, sitis in dicta parochia, inter hereditatem Godefridi dicti Ottens. ex uno et inter hereditatem heredum Rodolphi dicti Roef Alartss. ex alio, tendente cum fine utroque ad communem plateam; item adhuc ex agro terre, duas et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, dicti Henrici, sito in dicta parochia, inter hereditatem Theoderici de Couwenberch ex uno et fine uno et inter hereditatem Johannis de Boirt ex alio, tendente cum fine reliquo ad communitatem de Erpe, ut dicebant, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque hereditaria pactione unius modii siliginis ex dictis domo, area, orto et hereditatibus dicti Georgii, item censu fundi ad viginti unum stuferos ascendente domino de Helmont, ex domo, area, orto ac hereditatibus dicti Theoderici, item hereditaria pactione duorum modiorum siliginis, tercia parte decem et novem librarum pagamenti et censu fundi ex domo, area, orto ac hereditatibus dicti Johannis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 291r
19 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Et poterint redimere perpetue, simul et semel cum et mediante tricentis et viginti consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintamabunt aut preintimabunt eorum alter.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 291r
19 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Johannes, filius quondam Theoderici de Hersel alias de Oirle, promisit super omnia et habenda Henrico de Uden ad opus fabrice ecclesie sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, quod ipse dabit et solvet eidem fabrice ad spacium octo annorum Martini hyemalis ultimo preteritum, sine medio sequente quolibet dictorum annorum, duodecim peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Martini hyemalis et pro primo solutionis termino Martini hyemalis proxime futuro et sic deinceps anno quolibet dictis annis durantibus, occasione locationis quatuor iugerum terre et duorum hont terre, sitorum in Kessel et Maren, tali conditione annexa quod dictus Johannes tenebitur observare omnia opera ad premissa conservandi spectantia absque dampna dicte fabrice, exceptis sluysgelt et mergengelt, et quod ipse premissa in duobus ultimis annis non seminabit, sed ad pascuam dimittet; eciam condicionatum est quod dicta locatio ad finem quatuor primorum annorum ad voluntatem alterius partium exspirabit, hoc salvo quod id alter alteri debito tempore preintimabit.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 291r
19 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Rutgerus, filius quondam Johannis de Berlijkem, Johannes, filius quondam Gerardi van der Aa, Anthonius Rutgerss. van den Eenquinckel, Henricus, filius quondam Nycolai Boyens, et Nycolaus, filius quondam Godefridi Broess., promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus Henrici van den Keelen, receptoris domini nostri ducis, quatuordecim florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, ad ultimam septembris proxime futuro, item decem et octo consimiles florenos Renenses ab ultima septembris proxime futuro ultra annum, item adhuc decem et octo florenos Renenses ab ultima septembris proxime futuro ultra duos annos persolvendos, occasione impactionis forestarie de Berlijkem, ut dicebant.
Testes Raess. et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 291v
19 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Dictus Rutgerus, filius quondam Johannis de Berlijkem, promisit super omnia et habenda dictos suos compromittentes de premissis abque dampnis indempnes servare.
Testes Raess. et Berkel, datum XIX$^{ta}$ januarii.

R1271, fol. 291v
*deze akte is onvolledig en niet gepasseerd*

Gerardus, filius quondam Wolteri Colens., promisit super omnia et habenda Ghiselberto dicto die Cock quatuordecim florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Pasche et mediatim Pentecostes proxime futuro persolvendos.

R1271, fol. 291v
20 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Henricus, filius quondam Lamberti dicti van der Stegen, textor laneorum, hereditarie vendidit Aleidi, filie quondam Henrici dicti Bogart, hereditarium censum decem et dimidii florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in annuali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande, secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Geertrudis virginis et pro primo solutionis termino a Geertrudis virginis proxime futuro ultra annum de et ex domo, area ac duabus cameris sibi mutuo adiacentibus dicti venditoris, sitis in Buscoducis, ad locum dictum den Alden Huls, inter hereditatem Johannis de Hedel ex uno et inter hereditatem Johanne, relicte quondam Lamberti dicti van den Bogart, et eius liberorum ex alio, tendente a communi platea ad murum opidi de Buscoducis ibidem; item adhuc ex quadam alia domo, area et orto eiusdem venditoris, sitis ibidem extra murum iamdictum, inter hereditatem dicti Johannis de Hedel ex

uno et inter communem stegam ibidem, dictam die Moelenstege, ex alio, tendente a iamdicto muro ad aquam ibidem retro fluentem, die Meer vocatam, ut dicebat, ab eadem, promittens, et cum eo Cornelius, eius filius, atque Johannes de Hedel predictus, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis diversis censibus ad duodecim libras pagamenti ascendente, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum XX[a] januarii.

R1271, fol. 291v-292r
*deze akte is onvolledig, in de marge:* vacat hic

Et poterint dictus venditor et compromittentes predicti dictum censum redimere perpetue cum centum et quinquaginta consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori et eius compromittentibus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditor et eius compromittentes huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate emptrici legitime preintimabunt a (*sic*) preintimabit eorum alter, tali eciam conditione annexa quod huiusmodi redemptione sic, ut premittitur, quod tunc ipsa Aleidis redimente dictum censum, eundem censum coram scabinis in Buscoducis ad eius instanciam hereditarie resupportabit, simul cum dictis litteris et iuribus, ac omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet.

R1271, fol. 292r
20 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Et poterint dicti venditor et eius compromittentes dictum censum redimere et acquitare perpetue cum centum et quinquaginta consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix hoc palam recognovit et super omnia et habenda, cum tutore, dictis venditori et eius compromittenibus repromisit, hoc tamen salvo quod huiusmodi redimens eandem redemptionem per spacium dimidii anni prefate emptrici legitime preintimabit, hoc eciam addito quod huiusmodi redemptione sic, ut premittitur facta, eadem emptrix dictum censum eidem redimenti ad eius instanciam coram scabinis in Buscoducis hereditarie supportabit, simul cum dictis litteris et iure, et ulterius promittet prout stilus camere ibidem exegerit, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 292r
20 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus venditor palam recognovit et super omnia et habenda dictis suis compromittentibus promisit quod ipse venditor exnunc deinceps perpetue dictum censum dabit et solvet necnon redimet et acquitabit ac dare et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod eisdem suis compromittentibus ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 292r

21 januari 1503
Lambert Millinck en Gerit van Berkel

Rycardus dictus Ryck Vranckensoen, medietatem tredecim denariorum, scilden communiter vocatorum, quatuordecim denarios, stuvers communiter vocatos, pro quolibet huiusmodi denariorum, scildt vocatorum, computando, dando et solvendo anno quolibet hereditarie ad festum beati Petri apostoli ad Cathedram cum currenti pecunia supra quoddam contrapignus, situm inter hereditatem Wolteri Ghysbertss. ex uno et inter hereditatem heredum quondam Amelii Everits ex alio, videlicet supra medietatem iamdicti contrapignoris, tendente a fossato, dicto den Hoygrave, usque ad Mosam, quam medietatem tredecim scilden vocatorum Arnoldus dictus Janssoen dicto Rycardo dudum coram scabinis in Waelwyc firmaverat, ut videtur in litteris de Waelwyck desuper confectis contineri, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Nycolai dicti die Wolff, ab eodem Johanne post obitus dicti Rycardi et Elisabeth, sue uxoris legitime et non prius, habendam et possidendam, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris ac suorum heredum deponere premissis tamen salvis, tali annexa conditione in casu quo supradicta medietas dictorum tredecim scilden durante vita dictorum Rycardi et Elisabeth seu alterius eorundem redimeretur et denarii ex huiusmodi redemptione proventi, ad manus dicti Johannis pervenerint, prout eciam de iure tenebuntur, quod tunc idem Johannes eosdem denarios iterum convertet in consimilem medietatem dictorum tredecim scilden, videlicet ad opus dictorum Rycardi et Elisabeth, eius uxoris, quoad eorum aut superstititum *(sic)* eorundem usufructum aut saltem eisdem et superstiti eorundem valorem supradicte medietatis tredecim scilden de suis propriis bonis, quoad eorum aut superstiti eorundem vitam et non ultra porriget et porrigere tenebitur, prout idem Johannes recognovit et super omnia dicto Rycardo ad opus sui et dicte Elisabeth, sue uxoris, repromisit.
Testes Millinc et Berkel, datum XXI[a] januarii.

R1271, fol. 292v
21 januari 1503
Lambert Millinck en Gerit van Berkel

Dictus Rycardus dictus Ryck Vranckens., nomine sui ac Elisabeth, sue uxoris legitime, pro qua se fortem fecit, ut asseruit, omnibus melioribus modo via iure, causa et forma, quibus melius, firmius et commodosius facere scivit et potuit, causa sui ac dicte sue uxoris testamenti et ultime voluntatis statuit, condidit, ordinavit, voluit et mandavit, videlicet quod omnia sua domus utensilia et bona parata, vulgariter dicentia allen hoeren huysraet, gerede ende haeflijke gueden, quocumque locorum consistentia ac reperienda, illa videlicet in quibus dicti Rycardus et Elisabeth, eius uxor legitima, decedent et que post se relinquent statim post mortem eorundem Rycardi et Elisabeth, sue uxoris, amborum et non prius, iure pleno et hereditario succedere debeant et devolvi ad dictum Johannem, filium quondam Nycolai die Wolff, aut ad suos proximiores heredes, promittentes *(sic)* dictus Rycardus super omnia et habenda premissa ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Elisabeth, sue uxoris, et suorum heredum deponere.
Testes Millinc et Berkel, datum XXI[a] januarii.

R1271, fol. 292v
21 januari 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Willelmus dictus Glavyman, filius quondam Johannis dicti Glavymans, hereditarie vendidit Henrico dicto Glavyman, filio quondam Willelmi dicti Glavymans, hereditarium censum duorum aureorum florenorum, boni auri et iusti ponderis vel valorem eorundem in alia bona pecunia, solvendum hereditarie Pauli Conversionis et pro primo solutionis termino a conversionis Pauli proxime futuro ultra anni et in Buscoducis libere tradendum ex domo, area, horreo, orto ac hereditabus, partim arabilibus et partim pascualibus, sibi mutuo coadiacentibus, dicti venditoris, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, ad locum dictum Opte Sporct, inter hereditatem Romboldi, filii Johannis Engbrechss., ex uno et inter hereditatem Rutgeri Henric Peterss. ex alio, tendente ab hereditate Willelmi Rutten ad communem plateam; item adhuc ex campo terre pascualis, duo bonaria terre vel circiter continente, sito in parochia de Berlijkem, inter hereditatem Nycolai dicti Ruttensoen ex uno et inter hereditatem Rodolphi, filii Henrici Ruttens., ex alio, tendente ab hereditate Rutgeri dicti Spierinc Henricxs. ad hereditatem Henrici, filii quondam Gerardi Weygerganx; item ex pecia terre arabilis, undecim lopinatas terre vel circiter continente, sita infra dictam libertatem et ad locum predictum, Dungen vocatum, ad locum dictum Op Griensvenne, inter hereditatem Johannis dicti de Rode ex uno et inter hereditatem Aleydis, filie quondam Henrici Rutten, ex alio, tendente ab hereditate Wolteri van den Berselaer ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditaria pactione unius modii siliginis et hereditario censu sex librarum communis pagamenti ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus predictis, item censu fundi ad sex grossos antiquos et terciam partem unius grossi antiqui ascedente ex dicto campo, item censu fundi hereditario censu octo librarum pagamenti et hereditario censu septem librarum pagamenti ex dicta pecia terre, exceptis eciam tribus libris pagamenti ex premissis integris hereditatibus, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 292v-293r
21 januari 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta duobus consimilibus aureis florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 293r
21 januari 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Arnoldus Monix, filius quondam magistri Johannis Monix senioris, pro se ipso et suis coheredibus medietatem unius jugeris terre, siti in parochia de Orthen, in loco dicto die Slaigen, inter hereditatem capituli ecclesie sancti Johannis evangliste in Buscoducis ex uno et inter hereditatem Johannis, filii quondam Nycolai Coelen, ex alio, tendente a communi stega ad communem aqueductum, dictum die Gemeyn Weteringe, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Johanni, filio quondam Nycolai dicti Coelen, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis sluysis, fossatis et aqueductibus, dictis weteringen, ad dictam medietatem e iure spectante, ut dicebat.

Testes, datum supra.

R1271, fol. 292v-293r
21 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Katherina, relicta quondam Leonii dicti van den Velde, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in medietate Porte Captivorum, site in Buscoducis iuxta forum atque in iure preconatus eiusdem Porte ac ceteris iuribus et attinentiis earum medietatis ac iuris preconatus, singulis et universis, in illis scilicet medietate ac iure preconatus premissorum, in quibus dictus quondam Leonius decessit et dicta Katherina suum ad presens habet et possidet usufructum, ut dicebat, legitime supportavit magistris Ghiselberto et Henrico, fratribus, canonicis in Buscoducis, et Luytgardi, eorum sorori, liberis dictorum Katherine et quondam Leonii, necnon Adriano de Ravenscot, marito et tutori legitimo Aleydis, sue uxoris, filie eorundem Katherine et quondam Leonii, ad opus eorum et ad opus Arnoldi Zoens, tamquam mariti et tutoris legitimi Bele, sue uxoris, filie Katherine et quondam Leonii predictorum, et effestucando promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare.
Testes Raess. et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 293r-293v
21 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti magistri Ghiselbertus et Henricus, fratres, Luytgardis, eorum soror, atque Adrianus de Ravenscot, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Aleidis, sue uxoris, cum tutore dicte Luytgardis, pro se ipsis ac nomine dicti Arnoldi Zoens, mariti et tutoris legitimi dicte Bele, sue uxoris, hereditarie vendiderunt Arnoldo dicto Bernts ad opus Yde, filie quondam Arnoldi de Orthen, hereditarium censum undecim florenorum Renensium, XX$^{ti}$ (*sic*) vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rynsgulden, gerecht van gewichte, pro viginti octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe hertoich philipsgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios seu pecuniam nae advenande, secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et ex medietate Porte Captivorum, iure preconatus et aliis iuribus et attinentiis predictis, promittentes super omnia et habenda indivisi cum tutore warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis diversis censibus ad sexaginta florenos Renenses vel circiter ascendentibus, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere, tali annexa conditione quod dicti venditores dictum censum redimere et acquitare poterint perpetue, simul et semel quemlibet videlicet huiusmodi florenis cum et mediante quatuordecim et dimidio consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, absque dolo.
Testes Raessen et Berkel, datum XXI$^{a}$ januarii.

R1271, fol. 293v
13 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Nycolans dictus de Boechem, filius quondam Amelii dicti de Boechem, hereditarie vendidit Johanni dicto Bacx ad opus Eustacii, filii quondam Willelmi Peterssoen de Dyeperbeeck, cultellificis, hereditarium censum quinque florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureos florenos cum cruce sancti Andree, iusti ponderis, dictos gouden andriesgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ novem, aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewicht, pro XX$^{ti}$ octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryeren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande, secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Ephiphanie Domini ex quodam manso, olim dicti quondam Amelii, nunc vero dicti venditoris, sito in parochia de Dynther, in loco dicto in Loesbroeck, videlicet ex domibus, areis, ortis, terris pratis, pascuis, mericis, lignicrescentibus, ceterisque iuribus et attinentiis eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi et hereditaria pactione dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus venditor dictum censum redimere et acquitare poterit perpetuis temporibus, cum et mediantibus septuaginta quinque consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Eustacio legitime preintimabit ac preintimare tenebitur.
Testes Raess. et Berkel, datum XIII$^{a}$ januarii.

R1271, fol. 293v-294r
13 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Wij Raessen ende Berkel, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelijcken dat op huyden datum des briefs voir ons gecompareert is Claes van Boechem, zoen wylen Amelis, zeer sieck ende cranc in zijnen ziecbedde liggende, ende heeft met zijnen vrijen wille ende onbedwongen gesedt ende geordineert in zijnen procureur ende facteur meester Claess. Kuyst, secretaris der voirs. stadt, absent wesende, om in den nane van hem ende zijnrer wegen te compareren voir den edelen, wysen ende voirsienigen heren den stadhelder van den leenen ons aldergenedigsten heren des eertshertogen in zijnen genaden lande van Brabant, oft anderen persoenen, geestelic oft werlic, dair ende alsoe dat behoeren sall, ende aldair voir denselven heren zijn leenen, hem by der aflivicheit zijns vaders ende moeders oft yemants anders verstorven ende aengecomen, in den voirs. lande van Brabant gelegen, te nemen ende te ontfangen allen dengenen dien aengheet oft sal moigen aengaen gelove, hulde ende eede van getrouwicheiden te doen, eere ende reverencie te bewysene ende alle andere behoirlijke geloeften te doen in alle manieren als die natuere van denselven leenen dat heysschen ende sculdich is te geschiene, brieven van kennessen in behoirlijcken formen dairaf te doen expedieren ende generalic allet dair inne te doen dat die voirss. constituent selver soude moigen doen oft hy aldaer present ende tegenwoirdich weere, met volcomen macht eenen oft meer procureur oft procureurs by denselver meester Claess. te moigen substitueren, die deselve macht zullen hebben die de voirs. zijn geconstitueerde procureur heeft, gelovende die voirs. constituent op verbyntenissen van zijnen gueden, hebbende ende vercrigende, vast ende stedich te houden allet dat by den voirs. procureur, zijnen substituyt oft substituyten hier inne gedaen zal wesen ende hen van allen commer, costen, scaiden ende interest, die hen ter causen van desen ennichsins toecoemen muchten, te releveren ende scadeloos te houden.

In kennessen der wairheid soe hebben wy scepenen voirs. onse zegelen hier aen doen hangen. Datum supra.

R1271, fol. 294r-294v
13 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Alsoe Gerit Kuyst tanderen tyden voir notaris ende getuygen met Judoca, zijnren dochter, van hem ende wylen Aleiten, zijnren huysvrouwen doen se leefden, dochter wylen Gysberts Kesselmans, te samen gewonnen, in behulpe des huwelix tussen derselver Judoca ende Claessen van Boechem, zoen wylen Amelis, onder meer geloeft hadde te geven jairlix seventhien ponden payments, die men hem geldende was, alse seeghden, uuyt enen huyse, staende in sHertogenbosch, opten hoeck van Sint Jacopsstraet, alse seeghden in ener oepenbaeren instrument dair op gemaect volcomentliken begrepen te wesene, soe is gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirs. Claes ende heeft mits redenen hen dair toe porrende volcomentlic quytgescouden Geritden Kuyst voers. seven gelycke ponden van den seventhien ponden voirs., bekennende hem in deselve seven ponden egeen recht noch actie te hebbene, nu oft in toecomenden tyden, geloevende dieselver Claes voir hem ende zijne erfgenamen, op hem ende allen zijn gueden, hebbende ende vercrigende, denselven Geritden Kuyst, zijn erven ende nacomelingen ende hoir gueden nummermeer ter cause van denselven seven ponden van den voirs. seventien ponden te molesteren by hemzelven oft by yemanden anders in enniger manieren, mar dat hij altyt te vreeden sal wesen, boerende alleen die thien ponden van den seventien ponden voirs., casserende hieromme ende te nyet doende alle alsulkenen geloeften als hem aengaende den voirs. seven ponden in enniger manieren by Geritden voirs. gedaen moigen wesen, die andere geloeften in den voirs. instrument begrepen altyt sorterende nochtans heur effect ende van werden blijvende.
Testes Raessen et Berkel, datum XIII[a] januarii.

R1271, fol. 294v
13 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Alsoe Gerit Kuyst tanderen tyden met Judoca, zijnren dochter, in behulpe des huwelix tusschen derselver Judoca ende Claess. van Boechem, zoen wylen Amelis, gecelebreert voir notaris ende getuigen, geloeft hadde onder meer andere geloeften thien Rijnsgulden erflic, die deselve Gerit den voirs. Claess. assigneren ende bewysen zoude op goede onderpanden, dairvoir goet genoch wesende, gelyc dat in enen instrumente oft huwelicxe vorwairde dair op gemaect volcomentliken is begrepen, soe is gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirs. Gerit Kuyst, willende derselver geloeften voldoene ende heeft bewesen, geassigneert ende overgegeven denzelven Claess. in behulpe desselfs huwelix eenen camp lants, elf hondt oft dair omtrent begripende, gelegen in den prochien van Empel, tsamen metten alingen recht, hem toebehoerende, in ennige brieven dairaf mentie makende, ende heeft helmelingen dien overgegeven in manieren in dien gewoentlic, geloevende die voirs. Gerit super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 294v-295r
13 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Want dat alsoe gesciet is, soe is gestaen voir scepenen hieronder gescreven die voirs. Claes ende heeft mits der voirs. assignacien ende overgevinge des voirs. camp lants den voirs. Geritden, als van den voirs. thien Rijnsgulden erflic, gehelic ende all quijtgescouwen, geloevende super omnia et habenda voir hem ende zijn erfgenamen den voirs. Geritden noch zijn erfgenamen ende hoir gueden ter cause van der geloeften van den thien Rijnsgulden voirs. nummermeer te molesteren, in recht oft dair buyten, oft ter cause van dien te laten molesteren in enniger manieren.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 295r
24 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Petrus, filius quondam Willelmi dicti Henricxs., et Henricus, eius filius, palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda Johanni, filio quondam Nycolai dicti Colen, ad opus sui et ad opus fabrice ecclesie de Orthen promiserunt quod ipsi Petrus et Henricus huiusmodi duas libras hereditarii census communis pagamenti, quos Nycolaus dictus Broessen in suo testamento dicte fabrice legaverat, solvendas anno quolibet,hereditarie Nativitatis Domini ex suis bonis in Orthen situatis, et quas duas libras dictus Johannes Colen ad quinque annos ultimo preteritos vel circiter solvit, ut dicebant, exnunc deinceps de et ex tribus iugeribus terre ad ipsos spectante, sitis in parochia de Roesmalen, in loco dicto in de Hynensche Beemde, inter hereditatem Domus Leprosorum, dicte ter Eyendonck, site prope opidum de Buscoducis, ex uno et inter hereditatem domicelle Elsbene, relicte quondam Rutgeri Berwouts, ex alio, tendente a communi via ad hereditatem Jutte, relicte quondam Wolteri van Gewanden, ut dicebant, annuatim termino solutionis predicto dicte fabrice dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dicto Johanni ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXIIII$^{ta}$ januarii.

R1271, fol. 295r
24 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Aelberta, filia quondam Henrici die Hoessche, cum tutore, duas libras grossorum pagamenti Flandrie hereditarii redditus, solvendas singulis annis infra opidum de Delft, pro una medietate in profesto Nativitatis Domini et pro alia medietate ipso die Sancti Johannis in medio estatis, et sic ulterius de anno in annum et de termino in terminum, quas duas libras hereditarii redditus frater Hermannus Henricx, prior Regularum de Doncka Sancti Martini in Hollandia australi, dicta Zuythollant, cum consensu sui conventus, cum beneplacito et consensu sui superioris prioris de Syon extra Delft et aliorum priorum et rectorum generalis capituli de Syon, vendiderat Jacobo, filio quondam Jacobi Lambrechss., et quem redditum dictus frater Hermannus Henricxs., prior regularum de Doncka predicta, dicto Jacobo modo prefato assignaverat et asservaverat supra dictum conventum Sancti Martini et supra omnia bona dicti conventus, mobilia et immobilia, ab eodem conventu protunc habita et posterea acquirenda, quocumque locorum infra opida vel extra sita, prout in litteris sigillo conventus regularium Sancti Martini et sigillo officii fratris Judoci Claess., prioris dicti conventus de Syon, sigillatis desuper confectis plenius videbatur contineri, et qui redditus post mortem quondam Luytgardis, uxoris dum vixit dicti Jacobi, filii quondam quondam (*sic*) Jacobi Lambrechs., dicte Aelberte advolutus est, ut dicebat, legitime et hereditarie supportavit michi ad opus magistri Francisci Toelinc, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens cum tutore

super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 295v
24 januari 1503
Gerard van Berkel Peter de Borchgreve

Dicta Aelberta, cum tutore, quatuor libras grossorum Flandrie annui et redimibilis hereditarii redditus, solvendas hereditarie vicesima die mensis julii aut infra mensem postea, quas quatuor libras grossorum Flandrie annui et hereditarii redimibilis redditus Gerardus, filius Ghiselberti Toelincx de Buscoducis, erga burgimagistros, scabinos, consules et omnes incolas opidi de Delft legitime emendo acquisierat, prout in litteris magno sigillo dicti opidi de Delft sigiliatis plenius dicebatur contineri, et quas quatuor libras grossorum Flandrie annui et hereditarii redimibilis redditus predicti dictus Gerardus, filius Ghiselberti Toelinx, Franconi de Langel ad opus Jacobi, filii quondam Jacobi Lambrechss., legitime et hereditarie supportaverat, prout in litteris scabinorum de Buscoducis, et que quatuor libre grossorum Flandrie hereditarii et annui redimibilis redditus supradicte Aelberte post mortem quondam Luytgardis, uxoris dum vixit dicti Jacobi, filii quondam Jacobi Lambrechss., advolute sunt, ut dicebat, hereditarie supportavit michi ad opus magistri Francisci Toelincx predicti, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXIIII$^{ta}$ januarii.

R1271, fol. 295v-296r
24 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum Elsbena, relicta quondam Hectoris dicti van den Berge, filii quondam Willelmi van den Berge, medietatem ac totum ius hereditarium ad ipsum spectantem in domistadio et agro terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, et pecia pascue, dicta Wissevenne, sitis in parochia de Vucht Sancti Petri, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno et inter hereditatem Rodolphi dicti Groot Roeff ex alio, insuper in domo, area et orto, sitis in dicta parochia, inter hereditatem Jacobi de Loenen ex uno et inter hereditatem Nycolai dicti Coel Knoeden ex alio; insuper adhuc in pecia terre, sita in eadem parochia, inter hereditatem Theoderici de Os ex uno et inter hereditatem Martini die Greve, filii quondam Johannis die Greve, ex alio; item adhuc usufructum sibi competentem in reliqua medietate premissorum, legitime et hereditarie supportasset Petro, filio Theoderici de Hijnden, prout in litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Johannes dictus de Dilsen, cuius opidi Traiectensis superioris, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, et Petrus dictus Schuyten, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Agnetis, sue uxoris, filiarum sororis quondam Elisabeth van den Berge alias de Helmont, begine dum vixerat Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, sororisque supradicti quondam Hectoris van den Berge, pro se ipsis, dictis suis uxoribus ac nomine suorum liberorum, potentes ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis supradictam quondam Elisabeth van den Berge alias de Helmont, ymmo eciam vigore legationis ipsis, suis uxoribus et liberis inibi facte, necnon virtute procurationis ipsis desuper concesse, ut apparebat, duas quartas partes seu medietatem supradicte relique medietatis premissorum hereditarie supportaverunt dicto Petro de Hijnden, simul cum toto iure ipsis, dictis suis uxoribus et liberis seu eorum alteri quovismodo competente in quibuscumque litteris et

instrumentis mentionem inde facientibus, et effestucando, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum, dictarum suarum uxorum ac suorum liberorum necnon ex parte dictorum quondam Hectoris van den Berge et Elisabeth, sue sororis, et quorumcumque suorum heredum et successorum in dictis duabus quartis partibus seu medietate supradicte relique medietatis premissorum existentes ac imposterum eventuras deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 296r
24 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerit van Berkel

Supradicti Johannes de Dilsen, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Johanne, sue uxoris, et Petrus Schuyten, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Agnetis, sue uxoris, filiarum sororis quondam Elisabeth van den Berge alias de Helmont, begine dum vixerat Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, pro se ipsis et suis liberis, palam recognoverunt eis per Johannem Wyntkens et Henricum Bonarts, tamquam executores testamenti ac ultime voluntatis dicte quondam Elisabeth, plenariam factam assignationem et solutionem de omnibus et singulis legatis ipsis, suis uxoribus et liberis per dictam quondam Elisabeth in dicto testamento factis et legatis, clamantes eosdem executores et omnes alios huiusmodi quitanciam indigentes de premissis quitos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 296r
26 januari 1503
Raas Raassen en Gerit van Berkel

Johannes, filius quondam Amelii dicti Ameliss., peciam terre arabilis, quatuor vasatas terre vel circiter continente, sitam in parochia de Os, ad locum dictum Op Osser Scadewyck, ad locum dictum Op Abben Rott, inter hereditatem Jacobi dicti Urlinx ex uno et inter hereditatem Johanne, relicte quondam Henrici Corstiaenss., et eius liberorum ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem capelle sancti Anthonii ibidem, ut dicebat, locavit recto locationis modo Henrico, filio quondam Rutgeri, filii quondam Henrici Ghyben, ab eodem Henrico ad spacium quatuordecim annorum datam presentium sine medio sequente habendo et possidendo pro quatuor vasis siliginis mensure de Os, dandis et solvendis dicto Johanni ab Henrico predicto anno quolibet dictorum annorum Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino notanter a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum, et sic deinceps dictis annis durante, omni dolo secluso.
Testes Raess. et Berkel, datum XXVI$^{ta}$ januarii.

R1271, fol. 296r
26 januari 1503
Jan Back en Gerit van Berkel

Notum sit universis quod cum Hubertus, filius quondam Emondi de Gemart, dudum habitans in Domo Leprosorum, dicta Ter Eyendonck in Hyntham prope Buscumducis, condendo suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem declarando legasset et iure testamenti reliquisset Jacobe, filie Petri dicti Emontszoen, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex omnibus et singulis bonis ipsius Huberti, ut videtur in quodam

instrumento publico desuper confecto contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Willelmus dictus de Weert, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Roeveri Janss., ab eodem et dicta Jacoba, sua uxore, pariter genite, dictam pactionem hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Laurencii dicti van den Loeken, simul cum dictis instrumento et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte sue uxoris necnon ex parte dicte quondam Jacobe ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Back et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 296v
26 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Aleidis, relicta quondam Johannis, filii naturalis quondam Henrici de Uden, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus; insimul decem lopinatas terre vel circiter continente, sitas in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad locum dictum Cromvoirt, prope aggerem ibidem, inter hereditatem liberorum quondam Henrici Hessels ex uno et inter communitatem ibidem ex alio et fine uno, tendentes cum alio fine ad hereditatem liberorum quondam Arnoldi de Zeelant; insuper in pecia terre arabilis, quinque lopinatas terre vel circiter continente, sita ibidem inter hereditatem Ghiselberti Floren ex utroque latere, tendente ab hereditate Wolteri Wouterss. ad hereditatem Laurentii Vanny; insuper in pecia terre, unam sextariatam terre vel circiter continente, sita ibidem inter communem stegam ibidem ex uno et inter aggerem ibidem ex alio, tendente ab hereditate capelle de Cromvoirt ad communitatem; insuper in una diurnata prati, siti ibidem in pratis, dictis die Cromvoirtsche Beemde, inter hereditatem liberorum quondam Johannis Straetmans ex utroque latere, tendente ab hereditate Adriani de Esch ad communitatem, quos domum, aream, ortum, hereditates sibi adiacentes, peciam terre arabilis, peciam terre et diurnatam prati predictos dictus Johannes, filius naturalis quondam Henrici de Uden, erga Johannem, filium quondam Nycolai dicti Coel Peterss., maritum et tutorem legitimum Aleidis, sue uxoris, Amelium, filium quondam Johannis Peterss., maritum et tutorem legitimum Mechteldis, sue uxoris, et Petrum, filium Judoci Peterss., maritum et tutorem legitimum Bele, sue uxoris, filiarum quondam Theoderici, filii quondam Theoderici Janss., dudum ad pactum acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Henrico et Godefrido, fratribus, et Adriane, eorum sorori, liberis Aleidis et quondam Johannis predictorum, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Raess., datum XXVI$^{ta}$ januarii.

R1271, fol. 296v-297r
26 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Henricus et Godefridus, fratres, et Adriana, eorum soror, cum tutore, premissa hereditarie supportaverunt Henrico, filio quondam Theoderici dicti Berkelmans, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittentes indivisi cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Johannis, eorum patris, et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, exceptis oneribus in dictis litteris contentis atque oneribus aggerum ad primissa e iure conservandi spectantibus, ut dicebant, exceptis eciam adhuc dimidio modio siliginis, quem sorores de Orthen,

commorantes in Buscoducis, ex premissis solvendo habent, atque uno modio siliginis cuidam alteri eciam ultra premissa onera annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebant, quos dimidium modium et unum modium siliginis iamdictos dictus Henricus Berkelmans ex premissis annuatim dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dictis Henrico et Godefrido, fratribus, ac Adriane, eorum sorori, ad et supra se ac bona sua ac reliqua bona dicti quondam Johannis dampna exinde non eveniant in futuro, prout dictus Henricus Berkelmans hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Henrico et Godefrido, fratribus, ac Adriane, eorum sorori, repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 297r
26 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Dictus Henricus Berkelmans promisit super omnia et habenda dicte Aleydi decem et octo florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia termino solutionis communiter currente pro quolibet computando, Purificationis proxime futuro, necnon totidem consimiles florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia termino solutionis infrascripto currente pro quolibet computando, necnon dimidium modium siliginis mensure de Buscoducis, a Purificationis proxime futuro ultra annum persolvendos, et dictam siliginem in Cromvoirt tradendam.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 297r
26 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Jan, zoen wilneer Jans van den Lair, als man ende mombaere Hadewigen, zijnre huysvrouwen, dochter wilneer Jans van Vyfeycken, een huys, erve ende hoff ende erffenisse dair aen liggende, gelegen in der prochien van Nulant, ad locum dictum aen den Wolfsdyck, tussen erffenissen Hectoirs die Bever aen deen zijde ende tusschen twee streepen lants des voirs. Jans, aen dander zijde, streckende van den Wolfdyck oft van den gemeynre straten totter erffenissen Dircx, zoen wilneer Dircx van Herssel, als hy seegt, heeft hy gegeven tot enen jairlijcken ende erfliken pacht Jannen, zoen wilneer Danels van Vlierden, van denselven Jannen van Vlierden Danelssoen erflic te hebbene ende te besittene voir ende omme enen erfpacht pacht *(sic)* van enen mudde roggen der maten van Den Bosch, den convente van den Coudenwater, gelegen in der prochien van Roesmalen, dairuuyt jairlix voir te vergeldene, te geven ende te betalen van Jannen van Vlierden voirs. alle jair ten termynen ende plaetsen als dat gewoentlic is, ende noch voir ende omme eenen jairlijcken ende erflijken pacht van sess sester roggen der maten van Den Bosch, te geven ende te betalen den voirs. Jannen van den Lair van Jannen van Vlierden voirs. alle jair erflick in den hoichtyde van Lichtmisse, ende voir den iersten termyn van betalinge van den hoichtyde van Lichtmisse nu naestcomende over twee iaren, ende tot Nulant te leveren van ende uuyt den huyse, erve, hoff ende erfenissen voirs., den voirs. Jannen van Vlierden als voirs. is ten pacht uuytgegeven, geloevende super omnia et habenda warandiam pro premissis ac alias obligationem et impetitionem deponere; desen gesciet zijnde heeft wederomme geloeft die voirs. Jan Vlierden als sculdenaer principael te geven ende te betalen den voirs. Jannen van den Lair den voirs. pacht van sess sester roggen alle jair ten termyne ende plaetse voirs. van ende uuyt den voirs. erffenisse, hem als voirs. is ten pacht uuytgegeven, met condicien hierinne toegedaen dat Jan van Vlierden voirs. van eenen pael, staende teynden den bogart, dairmede die voirs.

uuytgegeven erffenissen van den voirs. twe streepen lants des voirs. Jans van den Lair van malcanderen gepaelt liggen, voirts ter straten toe sal moigen leggen tusschen beyde enen grave ende enen wall moigen scyeten oft maken aldair opten erve Jans van den Lair, alsoe hoech dat dairmede zijn erve van den Mazen gevrijdt mach wesen ten ewigen dagen; item es noch in desen vorwardt dat den grave aldaer van den voirs. pael streckende nederwairts sal wesen ten ewigen daigen half den voirs. Jannen van den Lair ende half den voirs. Jannen van Vlierden, alle droch ende argelist in desen uuytgesceiden.
Testes Brecht et Raess., datum XXVI[ta] ianuarii.

R1271, fol. 297v
*deze akte is onvolledig*

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando.

R1271, fol. 297v
26 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Et poterit *(hierna ontbreekt* redimere*)* dictam pactionem sex sextariorum siliginis perpetue cum triginta peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes van den Laer hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni de Vlierden repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 297v
26 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Dictus Johannes de Vlierden promisit super omnia et habenda dicto Johanni van den Lair viginti peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, a Purificationis proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 297v-298r
26 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam Godefridi dicti Brabants, promisit ut debitor principalis Godefrido, filio quondam Henrici dicti Janss., quod ipse dabit et solvet eidem Godefrido hereditariam pactionem duorum sextariorum siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis tradet de et ex medietate ad ipsum, ut dicebat, spectante in pecia terre, novem lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Haren, in agris ibidem iuxta quandam arborem, dictam dat Heilichs Boemken, inter hereditatem Johannis de Haren ex uno et inter hereditatem heredum quondam magistri Johannis Monix senioris ex alio, tendente ab hereditate Hospitalis Virorum magistri Ade de Myerde ad hereditatem heredum quondam magistri Johannis Monix iunioris; item ex medietate ad ipsum, ut dicebat, spectante in domo, area, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, septem lopinatas terre vel circiter continente, sitis in dicta parochia de Haren, ad locum dictum aent Haren Eyndt, inter hereditatem Petri,

filii quondam Elye Vannys, ex uno et inter hereditatem Lamberti Millinc ex alio, tendente ab hereditate dicti Petri ad communem plateam, item ex medietate cuiusdam campi terre pascualis, tria bonaria terre vel circiter continentis, siti in dicta parochia de Haren, inter hereditatem altaris beate Anne in ecclesia de Oisterwyck ex uno et inter hereditatem heredum quondam magistri Johannis Monix iunioris ex alio, tendente ab hereditate Johannis Monix Willemss. ad communem plateam, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, necnon septem stuferis atque tribus et dimidio modiis siliginis ex premissis integris hereditatibus et quibusdam aliis hereditatibus, diversis personis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 297v
15 juni [1504][25]
Hendrik Kuijst en Matthijs Brugmans

Idem Henricus, filius quondam Godefridi dicti Brabants, promisit ut debitor principalis eidem Godefrido, filio quondam Gerardi dicti Janss., quod ipse dabit et solvet eidem Godefrido hereditariam pactionem duorum sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum et in Buscoducis tradet ac deliberabit de ac ex dictis contrapignoribus ut supra in contractu immediate precedenti specificatis, promittens super warandiam, obligationem deponere, exceptis oneribus prius narratis, et satisfacere.
Testes Kuyst et Brugman, datum XV iunii.

R1271, fol. 297v
15 juni [1504][26]
Hendrik Kuijst en Matthijs Brugmans

Et poterit redimere perpetue cum novem florenis, XX stuvers pro quolibet computando (?) forma (?) et sicut in redempcionem immediate sequente de (?) duobus sextariatis prius promissis ex eisdem contrapignoribus.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 298r
26 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante novem florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Godefridus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Henrico repromisit, hoc tamen salvo quod idem Godefridus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Godefrido legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 298r
26 januari 1503

[25] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen*.
[26] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen*.

Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Willelmus, filius quondam Petri, filii quondam Willelmi Heynens., relictus quondam Marie, sue uxoris, filie Adriani dicti de Kaem, potens ad infrascripta, ut dicebat, nichilominus in presentia et de expressis consensu et voluntate Petri, fratris dicti Willelmi, et avunculi liberorum impuberum dictorum Willelmi et quondam Marie, necnon Adriani predicti, avi eorundem liberorum impuberum, ymmo propter meram oportunitatem et profectum liberorum predictorum, ut dicebat, medietatem pecie terre, dicte den Breem Acker, site in parochia de Goerle, inter hereditatem Goeswini de Brecht ex uno et inter hereditatem Hermanni, filii quondam Wolteri Hermanss., ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Johannis dicti Velts, illam scilicet medietatem pecie terre predicte, que sita est contigue iuxa dictam hereditatem dicti Goeswini de Brecht, prout et quemadmodum eadem medietas cum suis iuribus ibidem sita est et palata iacet, ut dicebat, dedit ad hereditarium pactum Cornelio, filio quondam Gerardi dicti Weyns, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro censu fundi ad unum oirtkinum ascendente, necnon hereditaria pactione duodecim vasorum siliginis conventui de Porta Celi, sito prope Buscumducis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, dandis et solvendis ab alio terminis et locis ad hoc debitis et consuetis, atque pro hereditaria pactione quatuor vasorum siliginis mensure de Buscoducis, danda et solvenda dicto Willelmo pro una medietate et dictis suis liberis impuberibus pro alia medietate ab alio, anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter, et in Goerle tradenda de et ex dicta medietate pecie terre predicte, sibi ad pactum, ut dicebat, est data, promittens super omnia et habenda warandiam pro premissis et alias obligationem et impetitionem deponere. Quo facto alter repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Willelmo pro una medietate et dictis suis liberis pro alia medietate dictam pactionem quatuor vasorum siliginis anno quolibet hereditarie termino et loco predictis de et ex medietate pecie terre predicte, sibi ad pactum, ut premittitur, data. Promisit insuper dictus Cornelius super omnia et habenda dicto Willelmo ad opus sui et ad opus dictorum suorum liberorum quod ipse Cornelius dictam pactionem duodecim vasorum siliginis ex nunc deinceps ex dicta medietate dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod eisdem Willelmo et suis liberis predictis ad et supra se et bona sua ac reliquam medietatem dicte pecie dampna exinde non eveniant in futuro, atque quod ipse non amputabit aliquas quartinas arbores in dicta medietate consistentes, nisi prius dictam pactionem quatuor vasorum siliginis redemerit, absque dolo. Testes, datum supra.

R1271, fol. 298v
26 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Frater Hubertus de Loen, prior conventus fratrum Carthusiensium, siti prope Buscumducis in villa de Vucht Sancti Lamberti, potens ad infrascripta nomine dicti conventus, ut dicebat, peciam terre, dictam die Rust, sitam in parochia de Oirschot, ad locum dictum Verrenbest, cum uno latere ad hereditatem Godefridi Jan Beckerss. et cum alio latere ad hereditatem Wolteri dicti Meeus van Beerwinckel, item adhuc peciam terre, dictam die Myspelteren, sitam cum uno latere ad hereditatem dicti Godefridi Jan Beckerss. et cum alio latere ad hereditatem heredum Geerlaci Lucass., tendentem cum uno fine ad communem plateam, item adhuc peciam terre, dictam den Braker Beempt, sitam cum uno latere ad hereditatem Johannis Cupers et cum alio latere ad hereditatem Henrice et Aleidis, sororum, filiarum quondam Johannis, filii Jacobi Keymps., tendentem cum uno fine ad hereditatem Theoderici die Leghe, super quibus tribus peciis terre predictis dicte Henrica et Aleidis, sorores, filie

dicti quondam Johannis, filii Jacobi Keympssoen, ab eodem quondam Johanne et quadam Bertha, filia Henrici Cupers, pariter genite, ad opus Willelmi, eorum fratris, legitimi filii dicti quondam Johannis Jacop Keympss., hereditarie renunciaverant, ut videtur in litteris de Oirschot contineri, et que tres pecie terre predicte via testamenti dicti Willelmi, professi donati dum vixit dicti conventus, eidem conventui advolute sunt, ut dicebat, hereditarie supportavit Nycolao, filio quondam Henrici de Henxthem alias dicto de Delft, simul cum dictis litteris aliis, instrumento et iuribus, promittens sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti conventus ac dicti quondam Willelmi necnon ex parte quorumcumque fratrum eiusdem conventus, presentium et futurorum, deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVI$^{ta}$ ianuarii.

R1271, fol. 298v
26 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Nycolaus promisit super omnia et habenda dicto fratri Huberto, priori, ad opus dicti conventus centum florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 298v-299r
26 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Johannes, filius quondam Henrici de Nuenen, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, dando in annali solutione dicti census aureos florenos, overlens koervorster gulden vocatos, monete imperatorum vel electorum imperii, iusti ponderis, ad XX$^{ti}$ octo stuvers, florenum dictum Bourgoensche gulden cum cruce sancti Andree, iusti ponderis, ad viginti novem stuvers, denarium dictum dat dobbel vueryseren, ad duos stuferos et quartam partem unius consimilis stuferi, et alios denarios valuatos nae advenande secundum presentem et modernam valuationem, solvendum hereditarie Laurencii martiris ex quodam manso Philippi, filii dicti quondam Henrici de Nuenen, sito in parochia de Uden, ad locum dictum Boekel, dicto Folcart, atque ex iuribus et attinentiis dicti mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, quem censum predictum dictus Johannes erga dictum Philippum, suum fratrem, tamquam maritum et tutorem legitimum domicelle Sophie, sue uxoris, filie quondam Henrici de Esdonck, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni dicto Herberts ad opus magistri Nycolai de Nyspen, simul cum dictis litteris notanter aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 299r
26 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Condt ende kenlyc zij enenyegelijck alsoe Arnt, zoen wilneer Claes Symons, hadde geloeft super omnia et habenda meester Henricken, zoen wilneer Dircx van Os, vyf ende dartich peters, negentien stuvvers oft die werde dair voir in anderen paymente voir elcken peter te

rekenen, ende seven vaet roggen der maten van Den Bosch, op Pinxten doen naestcomende te betalen, prout in litteris quarum datum continet decima septima die mensis novembris anno Domini millessimo quadringentesimo nonagesimo sexto, soe is gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirs. Arnt ende heeft oepelic bekent ende beleden dat hij den voirs. meester Henricken ter causen van den voirs. XXXV peters egenen vordere pacht betaelt en heeft noch doen betalen, dan nae inhoude van den voirs. brieve.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 299r
27 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Johannes, dictus Herbertszoen, Henricus, filius quondam Petri dicti van den Gasthuys, et Godefridus, filius quondam Johannis de Rode, tamquam magistri et rectores pro tempore Mense Sancti Spiritus in Rode et eo nomine potentes ad infrascripta vigore certarum litterarum procuratorialium, ipsis concessarum, ut apparebat, septem modios siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione decem modiorum siliginis mensure de Rode, quam pactionem decem modiorum siliginis iamdictam Theodericus dictus de Amerzoyen, filius quondam Henrici de Amerzoyen, promiserat ut debitor principalis Arnoldo die Gruyter ad opus dicte Mense, quod ipse daret et solveret eidem Mense anno quolibet hereditarie Purificationis et in parochia de Rode traderet de et ex domo, area et orto cum suis attinentiis, sitis in dicta parochia de Rode, ad locum dictum opten Dijck, inter hereditatem Arnoldi dicti Houbraken ex uno et inter communitatem ex alio, item ex quodam prato, dicto den Grooten Beempt, sito ibidem inter pratum, dictum sHeilichs Geest Beemptken, ex uno et inter hereditatem vicarie de Eerschot ex alio, prout in litteris, hereditarie supportaverunt michi ad opus sororum Tercie Regule Sancti Francisci, Domus Sancte Elisabeth, site in Buscoducis, retro locum dictum After die Tolbrugge, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicte Mense, habitorum et habendorum, warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere atque quod ipsi dictos septem modios siliginis hereditarie pactionis ab omnibus precariis et exactionibus domini ducis ac ceterisque *(sic)* incommodis, dictis onraet, libertatis de Rode perpetuis futuris temporibus quitabunt et quitos observabunt absque dolo.
Testes Brecht et Raess., datum XXVII[a] ianuarii.

R1271, fol. 299r-299v
27 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Dictus[27] Johannes, filius Herberti, filii quondam Johannis Rycoutss., Henricus, filius quondam Petri van den Gasthuys, et Godefridus, filius quondam Johannis de Rode, hereditarie vendiderunt Jacobo de Fine ad opus sororum Tercie Regule Sancti Francisci, Domus Sancte Elisabeth, site in Buscoducis, retro locum dictum After die Tolbrugge,

[27] *in de marge, d.d. 16 april 1704:* Den hooghgeboren Johan, baron Leefdael, Deurne etc., als rentmeester van den geestelicken goederen over dese stadt en meijerije van dien, heeft bij sijne quitantie, geschreven in dorso van den originele constitutiebrieff in date de 15 april 1704, heeft openlic bekent ende beleden dat de regenten van St. Oedenrode de nevenstaande chijns van seven gulden metten achterstel van dien aen sijne handen in sijne voors. qualité hebben affgelost ende gequeten, consenterende oversulx in de cassatie deses. Actum den sestiende april XVII[C] ende vier. W. Seffelen 1704.

hereditarium censum septem florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX$^{ti}$ octo, aureos florenos cum cruce sancti Andree, iusti ponderis, ad XX$^{ti}$ novem stuferos, denarios dictos dobbel vueryseren pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Georgii martiris et militis et pro primo solutionis termino Georgii martiris et militis proxime futuro notanter, et in Buscoducis absque omni precaria certerisque oneribus et incommodis libere tradendum de et ex quodam prato dicti Johannis, sito in parochia de Erpe, iuxta pontem ibidem, inter communem aquam, die Aa vocatam, ibidem ex uno et inter hereditatem Nycolai, filii Johannis Alartss., cum quibusdam aliis ex alio, tendente a quibusdam hereditatibus, dictis die Empeldonc, ad hereditatem reliquam dicti Johannis cum quibusdam aliis; item ex quodam agro terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dicti Henrici van den Gasthuys, sito in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Aent Verrehout, inter hereditatem magistri Willelmi de Busco ex uno et inter hereditatem Wolteri dicti die Jeger ex alio, tendente a communitate ad hereditatem heredum quondam Thome van der Goyendonck; item ex quodam manso dicti Godefridi, sito in parochia de Rode predicta, ad locum dictum Houthem, atque de et ex iuribus et attinentiis eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebant, ab eisdem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditario censu duarum librarum ac diversis censibus ad triginta sex stuferis ascendente atque diversis pactionibus ad decem et octo modios siliginis ascendente ex manso et eius attinentiis dicti Godefridi, diversis personis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XXVII$^{a}$ ianuarii.

R1271, fol. 299v
27 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Et poterint redimere perpetue cum et mediante centum et triginta quinque consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Jacobus de Fine nomine et pro parte dictarum sororum hoc palam recognovit et super omnia dictis venditoribus repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 299v
*deze akte is onvolledig*

Petrus, filius quondam Petri dicti Janss., tamquam tutor, ac nomine et ex parte Theoderice, filie impuberis quondam Theoderici, filii quondam Theoderici die Cort, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Elisabeth, relicte quondam Jacobi, filii quondam Henrici Hessels, ad spacium sex annorum Purificationis proxime futuro, sine medio sequente quolibet dictorum annorum, quatuor vasa siliginis mensure de Buscoducis, Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum et sic deinceps dictis annis durante, et adhuc in ultimo termino dictorum sex annorum decem peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, dando videlicet in hiis denarios, dictos dobbel vueryseren, ad tres blanccas, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem et dictam siliginem in Buscoducis tradendam.

R1271, fol. 300r

27 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Arnoldus, filius quondam Johannis Michielssoen, quatuor sextaria siliginis hereditarie pactionis de hereditarie pactione septem sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem iamdictam Willelmus, filius quondam Henrici Snyders, promiserat se daturum et soluturum Johanni, filio quondam Gerardi de Doerne, pro una medietate, necnon Gerardo et Thome, fratribus, liberis eiusdem Gerardi de Doerne, pro alia medietate, anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex quatuor septimis partibus domus, aree et orti ac pecie terre sibi coadiacentis, sitorum in parochia de Gemonden, in iuridictione de Gestel prope Herlair, ad locum dictum Aabruggen, inter hereditatem Willelmi, filii quondam Henrici Snyders, ex utroque latere adiacentis, atque ex iuribus et attinenciis earundem quatuor septimarum partium, necnon adhuc ex una septima parte que ad dictum Willelmum spectabat in premissis; insuper hereditariam pactionem octo lopinorum siliginis dicte mensure, quam pactionem simul cum annua et hereditaria pactione trium quartarum partium unius lopini siliginis dicte mensure Willelmus, filius quondam Henrici Snyders, promiserat se daturum et soluturum Luce, filio quondam Gerardi dicti de Doernen, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis traditurum de et ex septima parte domus, aree, orti ac pecie terre predictorum, quas pactiones predictas dictus Arnoldus, filius quondam Johannis Michielss., erga Arnoldum, filium quondam Luce, filii quondam Gerardi dicti de Doernen, acquisierat, prout in diversis litteris, hereditarie supportavit michi ad opus conventus Fratrum Bogardorum Tercie Regule Sancti Francisci, siti in Buscoducis iuxta vicum Tinctorum, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 300r
27 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam Johannis, filii quondam Henrici dicti Oems, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Henrici de Dulleken, hereditarie vendidit michi ad opus dicti conventus hereditarium censum sex librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere ab omnibus oneribus, precarie aut aliis subventionibus tradendum de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, pariter septem lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Gemonden, in iurisdictione de Gestel prope Herlair, ad locum dictum Aabruggen, inter hereditatem Rutgeri Goessens ex uno et inter hereditatem heredum quondam Emondi Colen ex alio, tendente ab hereditate Johannis van den Hoeck ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus sextariis siliginis necnon una et dimidia libris pagamenti, prius annuatim exinde e iure solvendum, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 300r-300v
27 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Bartholomeus, filius quondam Johannis dicti de Nulant, hereditarie vendidisset Godefrido, filio Godefridi Cuypers, hereditariam pactionem trium modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini et in Buscoducis tradendam de et ex medietate ad ipsum, ut dicebat, spectante in molendino venti, sito in parochia de Geffen, atque in attinentiis et iuribus dicti molendini, singulis et universis; item adhuc ex medietate ad ipsum spectante in tercia parte decime, tam grosse quam minute, site in parochia de Geffen, prout in litteris quarum data continet XXIIII$^{ta}$ die mensis novembris anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Bartholomeus palam recognovit et publice confessus est se recepisse a Sophia, relicta primodicti quondam Godefridi, filii quondam Godefridi Cuypers, preter et ultra denarios pro dicta pactione ex causa venditionis eiusdem prius datos, adhuc pro eadem paccione summam vero triginta septem florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers monete nunc valuate pro quolibet computando, clamans igitur dictus Bartholomeus eandem Sophiam et eius bona inde quitos, promittensque super omnia et habenda eidem Sophie quod ipse nec sui succesores posteriores pro tempore molendini ac decime predictarum numquam presument se redimere seu acquitare dictam pactionem vigore aliquarum ordinationum per ducem seu Status Brabantiae super acquitationibus pactionum et reddituum cum levi modiata emptarum, factarum et ordinatarum, omni dolo secluso.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVII$^{a}$ ianuarii.

R1271, fol. 300v
27 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Heilwigis, filia quondam Symonis van der After, et Mathias dictus Janss. de Delft, braxator, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie dicti quondam Symonis, peciam terre tres vasatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Os int Westervelt, inter hereditatem Arnoldi dicti Claes Symonszoen ex uno et fine uno et inter hereditatem Ghibonis, filii dicti quondam Nycolai Symonss., ex alio, tendentem cum fine reliquo ad hereditatem heredum quondam Johannis dicti Didden, ut dicebat, hereditarie vendiderunt dicto Arnoldo, filio quondam Nycolai Symonss., ab eodem, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 300v
27 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Johannes, filius quondam Theoderici dicti sBrouwers, septem lopinos siliginis hereditarie pactionis mensure de Berse, quos septem lopinos siliginis predictos Elyas, filius quondam Petri Coppens., promiserat se daturum et soluturum Johanni, filio quondam Johannis Venmanss., anno quolibet hereditarie Purificationis ex pecia terre, dicta den Hulsberch, sita in parochia de Oistelberse, cum uno latere ad hereditatem Wolteri van Kuyc et eius liberorum et cum alio latere ad hereditatem Johannis, filii Johannis Bacx, et quos septem lopinos siliginis predictos Willelmus, filius quondam Johannis, filii quondam Johannis Venmans, primodicto Johanni ad opus Elisabeth, sue matris, quoad eius usufructum, necnon ad opus eiusdem primodicti Johannis et Pauli, filii quondam Ghibonis Vlemyncss., eius sororii, quoad ius hereditarium hereditarie supportaverat, prout in litteris, hereditarie supportavit magistro Danieli de Herssel, canonico Oirschottensi, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui,

necnon ex parte dictorum Elisabeth, sue matris, et Pauli, sui sororii, deponere, cum conditione consueta.
Testes Brecht et Raess., datum supra.

R1271, fol. 300v-301r
27 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus magister Daniel supradictos septem lopinos bone et dative hereditarie pactionis predicte hereditarie supportavit michi ad opus Mense Sancti Spiritus in Myddelberze, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, tali annexa conditione quod magistri et rectores Mense pretacte annualem pactionem dictorum septem lopinorum siliginis perpetuis futuris temporibus singulis annis vendent et pecunias ea occasione provenientes semper convertent in semen raparum, quod ulterius in oleum conteri facient et procurabunt, et id idem oleum iidem magistri Mense pretacte semper circa ieiunium pauperibus magis degentibus in parochia de Middelberze predicta fideliter distribuent et distribuere tenebuntur, sic videlicet quod semper ante feriam sextam proxime sequente dominicam qua cantatur Invocavit, erit distributum, absque contradictione et fraude.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 301r
27 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Johannes, filius quondam Theoderici dicti sBrouwers, dimidium modium bone et dative siliginis hereditarie pactionis mensure de Berse, quem dimidium modium siliginis predictum Johannes, filius Henrici Rosenzoen, promiserat Johanni, filio Johannis Aleitens., anno quolibet hereditarie Purificationis ex domo, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Oistelberse, inter communitatem ibidem undique adiacentibus, et quem dimidium modium siliginis predictum Willelmus, filius quondam Johannis, filii quondam Johannis Aleytens., primodicto Johanni ad opus Elisabeth, sue matris, relicte dicti quondam Theoderici sBrouwers, quoad eius usufructum, necnon ad opus eiusdem primodicti Johannis et Pauli, filii quondam Gibonis Vlemyncss., eius sororii, quoad ius hereditarium dudum hereditarie supportaverat, prout in litteris, hereditarie supportavit Gerardo dicto van den Doeren, magistro et rectori pro tempore Mense Sancti Spiritus in Myddelberze, ad opus eiusdem Mense, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, et hoc in loco huiusmodi dimidii siliginis quem dictus Johannes circiter tredecim annos ultimo preteritos et hactenus prefate Mense ex suis hereditatibus solvere consuevit, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, necnon ex parte dictorum Elisabeth, sue matris, et Pauli, sui sororii, deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 301r-301v
27 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Gerardus van den Doeren, tamquam magister pro tempore

dicte Mense, et eo nomine palam recognovit et sub obligatione omnium bonorum dicte Mense necnon adhuc super omnia et habenda dicto Johanni, filio quondam Theoderici sBrouwers, promisit quod ipse Gerardus apud illos qui dicte Mense habent providere absque mora notabili tantum faciet et sollicitabit quod omnes littere scabinales, instrumenta seu documenta que sunt seu quas et que dicta Mensa de secundodicto dimidio modio siliginis habet et quibus mediantibus dictus Johannes seu eius bona occasione eiusdem secundodicti dimidii modii siliginis imposterum impeti possent seu trahi in aliquo iudicio, ad manus eiusdem Johannis tradentur seu ad minus in eius presentia cassentur, rumpentur et ex libro dicte Mense deleantur, sic videlicet quod iidem Johannes et eius bona ab ulteriori solutione eiusdem secundodicti dimidii modii siliginis erunt et permanebunt quiti et exonerati aut saltem idem Gerardus primodictum dimidium modium siliginis, per dictum Johannem hodierna die ad opus dicte Mense, ut premittitur, supportatum, simul cum supradictis litteris eidem Johanni ad eius requestam coram scabinis dicti opidi resupportabit seu resupportari faciet et procurabit, omnino prout stilus camere eiusdem opidi hoc exegerit, absque dolo.
Testes Brecht et Raess., datum XXVII[a] ianuarii.

R1271, fol. 301v
27 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam Gerardi dicti Ruysch, hereditarie vendidit Margarete, relicte quondam Arnoldi, filii quondam Arnoldi dicti Haecx, ad opus sui quoad eius usufructum, et ad opus Elisabeth dicte Lyeken, filie Marie et quondam Arnoldi predictorum, quoad ius hereditarium hereditariam pactionem duodecim lopinorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Geffen tradendam de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus dicti venditoris, modiatam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Geffen, ad locum dictum Opte Vlijnt, inter hereditatem Everardi, filii quondam Arnoldi Evertss., carpentatoris, ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Jacopss. ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Wautgeri dicti Jacopss. et quorundam aliorum ibidem, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis quinque lopinis siliginis hereditarie pactionis fabrice ecclesie de Geffen, ac quatuor lopinis siliginis hereditarie pactionis quatuor ordinibus mendicantibus, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVIII[a] ianuarii.

R1271, fol. 301v
28 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue simul unapariter aut vicissim videlicet simul et semel quatuor lopinos, ac simul et semel octo lopinos siliginis et non aliter, scilicet dictam integram pactionem cum et mediante viginti octo et dimidio peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicte Margareta et Elisabeth, eius filia, hoc palam recognoverunt et cum tutore indivisi super omnia et habenda dicto venditori repromiserunt.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 301v
28 januari 1503

Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Jacobus, filius quondam Godefridi dicti Hessels, agrum terre arabilis, tres lopinatas terre vel circiter continentem, situm in parochia de Oisterwyck, ad locum dictum Berkel, inter hereditatem Petri dicti Priem ex utroque latere, tendentem cum uno fine ad hereditatem eiusdem Petri et quandam viam ibidem protensam, et cum alio fine ad hereditatem Katherine, relicte quondam Engberti Jan Emmens., ut dicebat, dedit ad hereditarium pactum Engberto, filio quondam Petri dicti van den Pasch, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro annua et hereditaria pactione dimidii modii siliginis mensure de Oisterwyck, danda et solvenda sibi ab alio anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et supra contrapignus predictum tradendum de et ex agro terre predicto, promittens super omnia et habenda et habenda *(sic)* warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere. Quo facto alter repromisit se daturum et soluturum dicto Jacobo dictam pactionem dimidii modii siliginis anno quolibet hereditarie termino solutionis et loco predictis ex agro terre predicto.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 302r
28 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Jacobus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Engberto repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 302r
28 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam Andree dicti Henricxs., ab eodem et quondam Katherina, sua uxore, filia quondam Wynrici dicti Marceliss., pariter genitus, quecumque bona immobilia et hereditaria que sibi per et post mortem dictorum quondam Henrici et Katherine, suorum parentium, iure successionis hereditarie advoluta sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, saltem in parochia de Beeck prope Aerle, ut dicebat, hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Johannis de Lynther, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, et effestucando promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 302r
28 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Theodericus, filius quondam Theoderici dicti Werneers, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Fratribus Carthusiensibus in Vucht ad spacium trium annorum datam presencium sine medio sequente quolibet dictorum annorum octo florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, Martini hyemalis, et pro primo solutionis

termino Martini hyemalis proxime futuro, et deinceps dictis annis durante, occasione locationis campi terre dictorum fratrum, siti infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, ad locum dictum die Poeldonck, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 302r
28 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Arnoldus, filius quondam Petri dicti Goetscalcx, unam lopinatam terre et quartam partem unius lopinate terre, sitas in parochia de Haren, ad locum dictum Belver, inter hereditatem Laurencii dicti Boyen ex uno et inter Elisabeth, filie quondam Johannis dicti Geritss., ex alio, tendentem cum fine utroque ad hereditatem Agnetis, relicte quondam Johannis Heer, carnificis, ut dicebat, hereditarie vendidit dicte Agneti, relicte quondam Johannis Heer, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 302r-302v
28 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Rutgerus, filius quondam Symonis Janszoen, tamquam relictus quondam Heilwigis, sue uxoris, filie Henrici dicti Voet, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in tercia parte pecie terre, unam maldratam terre vel circiter continente, site in parochia de Berliikem, ad locum dictum Myddelrode, ad locum dictum te Loo, inter hereditatem abbatis seu monasterii de Berna ex utroque latere, tendente ab hereditate Nycolai dicti Boyens ad communem plateam, item adhuc in tercia parte pecie terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, site ibidem ultra communem plateam inter hereditatem dicti Nycolai Boyens ex uno et inter communem plateam alias undique adiacentem, item adhuc in tercia parte unius et dimidii bonariorum terre vel circiter, sitorum in dicta parochia, in loco dicto int Lensbroeck, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno et inter hereditatem Barbare, relicte quondam Hermanni Henricxzoen de Orthen, ex alio, tendentium ab hereditate domini Johannis de Berliikem, presbiteri, ad communitatem ibidem, dictam die Wersst, in illa scilicet tercia parte premissorum, que Symoni, filio Rutgeri et quondam Heilwigis predictorum, per et post mortem eiusdem quondam Heilwigis, sue matris, iure successionis hereditarie advoluta sunt, necnon per et post mortem dicti Rutgeri, sui patris, adhuc advolvenda sunt, ut dicebat, legitime supportavit eidem Symoni, suo filio, simul cum toto sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVIII[a] ianuarii.

R1271, fol. 302v
28 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita esset ut iam supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Symon hereditarie vendidit Yde, filie quondam Lamberti de Ghyessen, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis

termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis tradendam de et ex supradicta tercia parte peciarum terre ac unius et dimidii bonariorum terre predictarum, promittens et cum eo dictus Rutgerus, eius pater, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis septem sextariis siliginis ex primodicta integra pecia terre, uno denario gwillelmusthuyn vocato, decem et septem ac dimidio stuferis necnon uno cumulo ordei, dicto een sleyckvaet, ex secundodicta integra pecia terre atque octo denariis, stuvers vocatis, ex dictis uno et dimidio bonariis terre prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 302v
28 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterint redimere perpetue cum et mediante decem et octo peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Yda cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Symoni et Rutgero, eius patri, repromisit, hoc tamen salvo quod huiusmodi redimens dictam redemptionem per spacium dimidii anni prefate Yde legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 302v
28 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Margareta, filia Theoderici dicti Cuypers, cum tutore, super quibuscumque causis, querelis et impeticionibus quibus mediante ipsam Katherinam, relictam quondam Jacobi, filii dicti quondam Cuypers, et eius liberos ex causa medietatis domus et aree, site in Buscoducis, in vico dicto dat Coerenstraetken, atque domus utensilium inibi existentium pridem venditorum, dicto Jacobo a Margareta predicta quovismodo impetere seu gravare posset in quocumque iudicio, spirituali aut temporali, occcasione quacumque, ut dicebat, atque iure ad opus dicte Katherine et eius liberorum hereditarie renunciavit effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum deponere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 303r
28 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Laurencius dictus de Bladel, filius quondam Johannis, filii quondam Arnoldi de Bladel, medietatem cuiusdam hereditatis Johannis dicti de Bucstel, postea Franconis dicti Nolleken, de hinc Johannis dicti Huybens., site in Buscoducis ad Forum, inter hereditatem Theoderici dicti de Myerfelt ex uno et inter hereditatem quondam Goeswini dicti Steenwech et Henrici dicti die Hoessche ex alio, quam medietatem hereditatis simul cum suis iuribus et attinenciis predictis necnon cum quibusdam censibus prius exinde solvendis ac postmodum redemptis et acquitatis dictus Johannes, filius quondam Arnoldi de Bladel, erga fratrem Johannem Huyben, priorem conventus fratrum Predicatorum in Buscoducis, et Paulum, eius fratrem, liberos Pauli dicti Ketheler, ab eodem Paulo et quondam Katherina, sua uxore, dum vixerat, filia quondam Johannis dicti Huyben senioris, pariter genitos, Adulphum dictum Sticken,

maritum et tutorem legitimum Bessele, sue uxoris, Hermannum, filium quondam Aelberti dicti Ketheler, maritum et tutorem legitimum Yde, sue uxoris, filiarum Pauli Ketheler et quondam Katherine predictorum, Johannem dictum Herinc, filium quondam Johannis dicti Herinc, atque Wolterum dictum de Berse, pellificem, acquisierat, prout in litteris, que quidem medietas hereditatis cum suis iuribus et attinenciis predictis dicto Laurencio de Bladel mediante quadam divisione hereditaria inter ipsum et suos coheredes dudum per iudicem facta, in partem cesserat, prout in litteris divisionum, et que medietas hereditatis cum suis iuribus et attinenciis predictis pronunc medietas cuiusdam domus et aree, ortus ac domus posterioris esse dinoscuntur et siti sunt ibidem inter reliquam medietatem eiusdem domus et aree ac hereditatem, dudum quondam Henrici dicti Wouterszoen de Bustel et Katherine, sue uxoris, nunc vero heredum eorundem ex uno et inter hereditatem olim Reyneri des Sadelmekers, nunc vero Martini, filii quondam Lamberti van der Moelen des Cangieters, ex alio, et tendunt a dicto Foro ad aquam ibidem retro fluentem, die Dyese vocatam, prout et quemadmodum iam premissa cum suis iuribus et attinenciis predictis pronunc ibidem consistunt et sita sunt dictus quondam Johannes de Bladel eadem possidere consueverat et in eisdem decessit, et pronunc ad dictum Laurencium pertinere dinoscuntur, ut dicebat, legitime et hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Folcardi dicti van den Dyck, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens dictus Laurencius super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti quondam Johannis, sui patris, ac suorum heredum deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex iam premissis plus fore solvendum quam onera infrascripta, videlicet census fundi domino duci, hereditarius census trium librarum monete Domui de Postula, hereditarius census unius libre eiusdem monete conventui Fratrum Predicatorum in Buscoducis, hereditaria pactio unius modii siliginis Confraternitati Venerabilis Sacramenti in ecclesia sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, prius annuatim exinde e iure solvendi atque hereditarii census sedecim florenorum Renensium, quem dictus Laurencius ex premissis dicto Folcardo van den Dyck aut eius filio dudum vendiderat aut solvere promiserat, ut dicebat, quod dictus Laurencius hoc plus prefato Henrico penitus deponet et que onera pretacta dictus Henricus exnunc deinceps dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dicto Laurencio ad et supra se ac reliqua sua bona dampna exinde non eveniant quovismodo in futuris, prout idem Henricus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Laurencio repromisit.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 303v
30 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Hermannus, filius quondam Petri dicti van den Hautart, promisit ut debitor principalis Johanni, filio quondam Hermanni dicti Jacopss., quod ipse dabit et solvet eidem Johanni hereditarium censum trium librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis, et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto, septem lopinatis terre arabilibus ac duobus bonariis terre sibi mutuo coadiacentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Scijnle, in loco dicto in de Hautart, inter hereditatem Henrici dicti Arntss. ex utroque latere et uno fine, tendente cum reliquo fine ad communem plateam; item ex quodam agro terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sito in dicta parochia, ad locum dictum aent Elschot, inter hereditatem Lamberti dicti van den Hautart ex uno et inter hereditatem Johannis dicti van den Hagen ex alio, tendente ab hereditate Katherine, relicte quondam Gerardi dicti van den Bogart, et eius liberorum ad communem plateam, ut dicebat, promittens insuper super omnia et habenda warandiam, alias

obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus modiis siliginis ac quatuor libris pagamenti diversis personis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum penultima ianuarii.

R1271, fol. 303v
30 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante sedecim et dimidio peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Hermanno repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Johanni legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 303v
30 januari 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Ghysbertus dictus Beertken van den Spyker Janss. promisit super omnia et habenda Johanni, filio quondam Servacii van der Stegen, sedecim florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon adhuc unum consimilem florenum Renensem pro censu annali, Jacobi apostoli proxime futuro persolvendos.
Testes Millinc et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 303v-304r
30 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Theodericus et Aleydis, eius soror, liberi quondam Godefridi dicti Bogarts, cum tutore, hereditarie vendiderunt Egidio, filio quondam Arnoldi dicti Geritss. hereditariam pactionem unius et dimidii modiorum siliginis mensure de Woenssel, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et in Woenssel tradendam de et ex duabus terciis partibus ad ipsos, ut dicebant, spectantibus in quodam manso, dicto die hoeve te Hetsrode, olim dicti quondam Godefridi Bogarts, sito in parochia de Woenssel, ad locum dictum Ekart, atque in iuribus et attinenciis eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistenibus, sitis ac reperiendis, ut dicebant, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi atque diversis pactionibus ad decem modios siliginis ex dicto integro manso et eius iuribus et attinenciis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 304r
30 januari 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Et poterint redimere perpetue cum et mediante triginta sex peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni

redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 304r
30 januari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Robbertus de Malsen, filius quondam Arnoldi de Malsen, filii Ottonis, decem et octo aureos florenos, Rijnsgulden communiter vocatos, hereditarii census de annuo et hereditario censu centum et triginta novem aureorum florenorum, Rijnsgulden communiter vocatorum, vel valorem eorundem in alia pagamento, solvendos anno quolibet hereditarie Petri apostoli ad Cathedram de et ex quodam manso, dicto die hoeve te Middegael, sito in parochia de Vechel; item ex quodam manso, dicto die Scorste Hoeve, sito in dicta parochia; item ex quodam manso, sito in parochia de Oisterwyc, ad locum dictum Udenhout; item ex quodam manso, sito in parochia de Bucstel, ad locum dictum Celizen, atque ex quadam decima tam grossa quam minuta, sita in parochia de Oirscot, necnon ex terris pratis, pascuis, mericis at ceteris iuribus et attinenciis dictorum mansorum et decime, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, quem integrum censum centum et triginta novem aureorum florenorum predictorum dictus Arnoldus de Malsen, filius Ottonis, erga Philippum et Anthonium, fratres, liberos quondam Willelmi dicti Hinckart, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Eustacio, filio quondam Willelmi Peterss. de Dyeperbeeck, cultellifici, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Arnoldi de Malsen, sui patris, ac suorum heredum deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 304r
30 januari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue dictos decem et octo aureos florenos Renenses hereditarii census cum et mediante ducentis necnon octuaginta octo aureis florenis Renensibus, iusti ponderis, dictis gouden Rynsgulden, gerecht van gewichte, viginti octo denarios, stuvers communiter vocatos, vel valorem eorundem in alia bona pecunia secundum modernam valuationem pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Eustacius hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Robberto repromisit, hoc tamen salvo quod idem Robbertus huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato Eustacio legitime preintimabit et preintimare tenebitur, et qua redemptione facta sic, ut premittitur, idem Eustacius supradictos decem et octo aureos florenos Renenses hereditarii census prefato Robbeto resupportabit et resupportare tenebitur, simul cum dictis litteris et iuribus, ac obligationem et impetitionem ex parte sui deponere permittet absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 304r-304v
30 januari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Servatius, filius quondam Johannis dicti Moerkens, tamquam proprietarius pro tempore domus, aree et orti, sitorum infra libertatem opidi de Buscoducis extra portam Vuchtensem,

iuxta leprosos ad aggerem Vuchtensem ibidem, inter hereditatem cuiusdam dicti meester Willem die Lynenwever ex uno et inter hereditatem Henrici dicti de Scijnle, leprosi, ex alio, quos domum, aream et ortum predictos ipse Servacius erga Cornelium, filium quondam Henrici, pistorem, dudum acqusierat, ut dicebat, palam recognovit et super omnia et habenda Tyelmanno de Questelborch et Mathie, filio quondam Johannis die Haen, pistori, promisit quod ipse Servacius de et ex domo, area et orto suis predictis huiusmodi tres libras pagamenti hereditarii census, quas opidium de Buscoducis ex eisdem annuatim e iure solvendas habet, exnunc deinceps perpetuis futuris temporibus dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dicto Tyelmanno ad et supra se ac domum quandam, ortum ac quinque cameras finaliter sibi contigue coadiacentes, olim dicti Cornelii, nunc vero dicti Tyelmanni, sitos in Buscoducis infra ambas portas ibidem, prope capellam sancti Cornelii, atque Mathie predicto ad et supra se et quandam suam domum et aream, eciam olim dicti Cornelii, nunc vero eiusdem Mathie, sitam in Buscoducis in vico Vuchtensi, dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Berkel et Borchgreve, datum penultima ianuarii.

R1271, fol. 304v
31 januari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Agnes, filia quondam Wautgeri dicti van den Engelbraken, cum tutore, quatuordecim lopinos siliginis hereditarie pactionis mensure de Oirschot, quos Ghysbertus dictus Beertken, filius quondam Johannis Beertkenss. van den Spijker, Elisabeth, filie quondam Beertkini van den Spiker, annuatim solvere tenetur ex quadam hereditate, sita in parochia de Oirschot, in pastoria de Vorstenbest, sita undique ad communem plateam et ad hereditatem olim Johannis Mortels, et quos quatuordecim lopinos siliginis predictos supradicta Elisabeth hereditarie supportaverat et resignaverat dicte Agneti, ut videtur in litteris de Oirscot contineri, hereditarie supportavit Henrico, filio Jordani dicti die Hoppenbrouwer, ad opus sui et ad opus liberorum Ghijsberti dicti Beertken van den Spiker, ab eodem et quondam Luytgarde, sua prima uxore, pariter genitorum, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum, necnon ex parte suorum fratrum et sororum deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum ultima ianuarii.

R1271, fol. 304v
31 januari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Dictus Henricus die Hoppenbrouwer promisit super omnia et habenda Reynero dicto Templeer Reynerss. triginta peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, Letare Jherusalem proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 304v
*deze akte is onvolledig*

Petrus, filius quondam Rutgeri dicti van den Laeck, presbiteri, promisit super omnia et habenda Ghijsberto, filio Ghijsberti van den Broeck, viginti sex peters vel valorem.

R1271, fol. 304v-305r

1 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Godefridus, filius quondam Rodolphi dicti Goyarts, hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Godefridi dicti sMolnerss., hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere tradendam de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sextariatam terre vel circiter continente, dicti venditoris, sitis in parochia de Erpe, ad locum dictum opt Erpsche Boordonck, inter hereditatem Johannis et Theoderici die Lu, fratrum, ex uno et inter hereditatem eorundem fratrum cum quibusdam aliis ex alio, tendente ab hereditate Katherine, relicte quondam Huberti Emonts, et eius liberorum ad hereditatem Theoderici dicti die Decker et eius liberorum; item adhuc ex domistadio terre ac edificiis et hereditatibus sibi adiacentibus, viginti unam lopinatas terre vel circiter continente, sitis in dicta parochia, ad locum dictum op Hoevelsberch, inter hereditatem Johannis dicti Goedewert ex uno et inter hereditatem Henrici, filii quondam Johannis die Smyt, ex alio, tendente a communitate ad quendam aqueductum ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, necnon tribus et dimidio modiis siliginis hereditariarum pactionum ex domistadio, edificiis et hereditatibus ultimodictis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raessen et Borchgreve, datum prima februarii, in profesto Purificationis.

R1271, fol. 305r
1 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta aureis florenis Renensibus, dictis gouden Rijnsgulden, vel valorem eorundem in alia bona pecunia, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 305r
1 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Petrus,[28] filius quondam Godefridi dicti Jacopss., hereditarie vendidit dicto Johanni, filio quondam Godefridi dicti sMolnerss., hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere tradendam de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Erpe, ad locum dictum opt Loo Eyndt, inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Arnoldi Gevarts, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Jacobi dicti Arntss. ex alio, tendente ab hereditate Andree, filii Johannis Maess., et quorundam aliorum, ad communitatem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

[28] *in de marge, d.d. 16 februari 1503:* Cancellatus est iste contractus de consensu partium XVI februarii anno XV$^{C}$ ende drie.

R1271, fol. 305r
1 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et[29] poterit redimere perpetue cum et mediante triginta aureis florenis Renensibus, dictis gouden Rijnsgulden, vel valorem eorundem in alia bona pecunia, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hos palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 305r
1 februari 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Everardus, filius quondam Johannis, filii Henrici Willemss., Johannes, filius quondam Theoderici Henrick Willemss., Martinus, filius quondam Wolteri Martenss., Johannes, filius quondam Godescalci van den Poel, Gerardus, filius quondam Luperti Goyartss. et Henricus, filius quondam Gerardi Ruysen promiserunt indivisi super omnia et habenda Ghysberto Janss. ad opus sui et ad opus Henrici Janss. et Johannis Peterss. viginti quatuor et dimidium florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Martini hyemalis proxime futuro persolvendos.
Testes Raso et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 305v
1 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Jacobus,[30] filius quondam Leonii dicti Henrixs., hereditarie vendidit Arnoldo dicto die Cuper, filio quondam Arnoldi dicti die Cuper, pellifici, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sextariatam terre vel circiter continente, dicti venditoris, sitis in parochia de Vechel, inter hereditatem Johannis dicti Dircxsoen ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti Loyen ex alio, tendente a communi platea ad communem aquam ibidem, die Aa vocatam, ut dicebat, ab eodem, promittens et cum eo Godefridus, filius quondam Rodolphi dicti Roeff Goyartss., indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis quatuor libris hereditarii census, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum prima februarii.

R1271, fol. 305v
1 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

[29] *in de marge*: Cancellatus est de consensu ut supra eodem tempore ut supra.
[30] *in de marge*: A.

Et[31] poterit redimere perpetue cum et mediante triginta peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 305v
1 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam Henrici dicti Jacopssoen., promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Fratribus Carthusiensibus in Vucht ad spacium sex annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum, octo florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, Martini hyemalis, et pro primo solutionis termino Martini hyemalis proxime futuro, et sic deinceps anno quolibet dicto annnorum spacio durante, occasione locationis cuiusdam campi terre pascualis, tria iugera terre vel circiter continentis, dictorum Fratrum, siti infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Op die Dungen, ad locum dictum Aen den Nyevelair, tali annexa conditione quod dicta locatio ad finem trium primorum annorum ad voluntatem alterius partium exspirabit, hoc tamen salvo quod alter alterius id ante festem beati Remigii confessoris abante legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 305v
1 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Jacobus, filius quondam Leonii Henricxs., in dicto contractu A signato nominatus, promisit super omnia et habenda dicto Godefrido, inbi eciam nominato, quod ipse exnunc deinceps supradictam pactionem dabit et solvet necnon redimet et acquitabit ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dicto Godefrido ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 305v-306v
3 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum dominus Godefridus die Cromme, canonicus in Buscoducis, domum, aream et ortum, sitos in Buscoducis, in vico Gruellatorum, inter quoddam domistadium ex uno et inter hereditatem Henrici Leydecker ex alio, item annuos et hereditarios census viginti, viginti et quatuordecim solidorum monete, solvendos hereditarie ex domo, area et orto predictis, hereditarie supportasset domino Symoni Geritszoen, canonico in Buscoducis, prout in litteris, et qui domus, area, ortus, unacum quadam domo posteriori, in fine eiusdem orti consistente et ad premissa spectante, nunc siti sunt ibidem inter hereditatem Wolteri de Hall, Godefridi Cuypers, filii quondam Godefridi, Laurencii de Ouden, filii quondam Hermanni, Jutte, relicte quondam Danielis Croeck, Ide, relicte quondam Goeswini

[31] *in de marge*: B.

die Wolff, et eius heredum, ac Engberti de Uden, ex uno et inter hereditatem Johannis Keerberchs alias die Coster, interiacente quodam muro lapideo, heymmuer vocato, ad premissa integraliter spectante, ex alio, tendente a communi platea, nunc die Putstraet vocata, retrorsum usque ad hereditatem Johannis Keelbreker et Danielis dicti Geritszoen, ut dicebat, et cum deinde dictus dominus Symon, condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem declarans, inter cetera inibi contenta et ordinata dictos domum, aream, ortum ac domum posteriorem cum suis iuribus et attinentiis legasset propter Deum et in puram elemosinam reliquisset Maiori Hospitali in Buscoducis ad opus pauperum ibidem pro tempore degentium, prout hec et alia in quodam instrumento videbatur contineri, cumque depost Theodericus dictus van den Elst, tamquam magister et rector pauperum dicti Hospitalis, cum expressis consensu et voluntate provisoris pro tempore eiusdem Hospitalis dumtaxat dictam domum et aream necnon quandam partem seu particulam dicti orti, illam scilicet partem seu particulam orti, que est prima in ordine, capiendo ordinem contigue ad et iuxta eandem domum et aream et sita est ibidem inter quandam viam ibidem ordinatam ex uno et inter hereditatem dicti Johannis Keerberchs, dicto muro lapideo, heymmuer vocato, interiacente ex alio, et tendit a dicta domo et area retrorsum usque ad reliquam partem seu particulam dicti Laurencii de Ouden, filii quondam Hermanni, quam idem Laurencius erga dictum magistrum Hospitalis pridem etiam acquisierat, simul cum parte dicti muri lapidei intersticialis primodicte parti seu particule orti ibidem contigue et lateraliter coadiacente, et que pars primodicta orti predicti, mensurando a muro posteriori supradicte domus et aree retrorsum ad oppositum medii stili domus posterioris dicti Laurencii de Ouden, continet in sua longitudine, videlicet ad latus contigue iuxta dictam viam, viginti sex pedatas minus uno pollice, et ad latus iuxta dictum murum intersticialem viginti septem pedatas minus uno pollice, simul cum iure utendi et fruendi, unacum dicto Laurencio de Ouden necnon Jacobo de Driel Henricxs. et eius liberis, supradicta via, sita ibidem ad et supra dictum ortum necnon quadam porta, dicta die Bynnenpoirte, ac quadam alia porta anteriori, dicta die Vorste Poirte, ad et iuxta dictum vicum ibidem consistente, necnon quodam transitu seu quadam via unacum quodam puteo inter dictas duas portas inibi situato, iuxta tamen modum et formam quorundam contractuum, conventionum et ordinationum inter dictos Godefridum Cuyper, Laurencium et Jacobum desuper factorum et initorum secundum tenorem quarundam litterarum scabinalium de Buscoducis desuper confectarum, hereditarie supportasset dicto Godefrido Cuyper, filio quondam Godefridi, prout in aliis litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis Sophia, relicta primodicti quondam Godefridi Cuypers, filii quondam Godefridi Cuypers, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in iamdicta domo et area ac medietate dicte iamdicte *(sic)* partis seu particule orti in illa, scilicet que est proxime sita ad et iuxta iamdictam domum et aream, simul in parte dicti muri lapidei intersticialis eiusdem medietatis particule orti ibidem contigue et lateraliter coadiacente, simul eciam in iure utendi et fruendi similiter Paulo Wijnants, tamquam marito et tutori legitimo Elisabeth, sue uxoris, filie dicti quondam Godefridi Cuypers de primo suo thoro, unacum dictis Laurencio de Uden, Jacobo de Driel et eius liberis, videlicet supradicta porta anteriori, dicta die Vorste Poirte, iuxta dictum vicum, die Putstraet vocatum, consistente necnon supradicto transitu seu via unacum dicto puteo inter dictam portam anteriorem et dictam aliam portam, dictam die Bynnenpoirte, inibi situato, legitime supportavit Henrico, filio dictorum Sophie et quondam Godefridi Cuypers, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda cum tutore ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia februarii.

R1271, fol. 306v-307r
3 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus in presentia et de expressis consensu et voluntate Gerongii de Busco, Wolteri Bolcx, Johannis die Wolff Claess. et Henrici de Lynther, tamquam executorum testamenti dicti quondam Godefridi Cuypers et proximorum de sanguine ex utroque parente eiusdem Henrici, ultimodictam domum et aream, dictam medietatem ultimodicte partis seu particule orti, simul cum parte dicti muri lapidei intersticialis eiusdem medietatis, simul etiam cum iure utendi et fruendi, similiter dicto Paulo unacum dictis Laurencio, Jacobo et eius liberis, videlicet dumtaxat iamdicta porta anteriori ac dicto transitu seu via, unacum dicto puteo inter eandem portam anteriorem et aliam portam, dictam die Bynnenpoirte, ibidem situatam, iuxta tamen modum et formam quorundam contractuum, conventionum et ordinationum inter dictos Godefridum Cuyper, Laurencium et Jacobum desuper factorum et initorum secundum tenorem quarundam aliarum litterarum scabinalium de Buscoducis, de data vero decime sexte diei mensis aprilis anni Domini millesimi quadringentesimi octuagesimi septimi, ut dicebat, hereditarie supportavit Godefrido, filio quondam Johannis de Loeven, pellifici, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, occasione iam premissorum, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Godefridi Cuypers, sui patris, et suorum heredum deponere in iam premissis dicto Godefrido, ut premittitur, supportatis, salvo nichilominus dicto Paulo, tamquam marito dicte Elisabeth, sue uxoris, vigore relique medietatis dicte particule orti ad se spectantis, suo usu in via, portis, transitu et puteo predictis, iuxta dictarum litterarum continentiam ac etiam testamenti dicti quondam Godefridi Cuypers, salvis etiam dictis conventionibus, contractibus et ordinationibus inter dictos Godefridum, Laurencium et Jacobum dudum initis, eisdemque iuxta dictarum aliarum litterarum tenorem in suis vi et robore permansuris, exceptis inquam conditionibus, recognitionibus et repromissionibus in dictis litteris comprehensis, et per dictum quondam Godefridum Cuper inibi factis, quas vero conventiones, ordinationes, conditiones, recognitiones et repromissiones predictas dictus Godefridus, filius quondam Johannis de Loeven sic et taliter adimplebit necnon ex premissis sibi, ut premittitur, supportatis censum fundi ac hereditarium censum octo librarum, in dictis litteris contentos, dabit et solvet necnon adimplere ac dare et solvere tenebitur, quod dicto Henrico ac Paulo predicto ad et supra se ac dictam reliquam medietatem dicte partictule orti ac reliqua bona sua dampna exinde non eveniant in futuro, prout idem Godefridus, filius quondam Johannis de Loeven hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Henrico et Paulo repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 307r
3 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Godefridus, filius quondam Johannis de Loeven, promisit super omnia et habenda dicto Henrico nonaginta octo peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 307r
3 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Idem Godefridus promisit super omnia et habenda eidem Henrico octo libras monete a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum ac totidem libras necnon quinquaginta sex consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 307r
3 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Henricus dictus de Eeuwoudt promisit super omnia et habenda Henrico dicto Valkenborchs decem florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, et quatuor consimiles stuvers, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 307r
4 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Johannes, filius quondam Amelii dicti Amelissoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Zeynse, sue uxoris, filie quondam Henrici, filii quondam Reymboldi Spornyerszoen, peciam terre arabilis, quatuor vasatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Os, ad locum dictum op Osser Scadewyck, ad locum dictum op Abben Rott, inter hereditatem Jacobi dicti Urlinx ex uno et inter hereditatem Johanne, relicte quondam Henrici Corstiaens, et eius liberorum ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem spectantem ad capellam sancti Anthonii ibidem, ut dicebat, hereditarie vendidit Beatrici, relicte quondam Rutgeri, filii quondam Henrici Gybenzoen, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepta tamen et Henrico, filio dicti quondam Rutgeri, filii Henrici Gybens., reservata sua locatione in pecia terre predicta, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Berkel et Borchgreve, datum quarta februarii.

R1271, fol. 307r
31 januari **[**1504]**[32]**
Boert en Rover

Adrianus, filius dicti quondam Amelii Meliszoen, in absentia dicte Beatricis, prebuit ad redimendum e iure proximitatis dictam peciam terre arabilis et optinuit.
Testes Boert et Roever, datum ultima ianuarii.

R1271, fol. 307r-307v
4 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Magister Johannes, presbiter, filius quondam Theoderici Andriess., Gerarda, relicta quondam Johannis, fratris dicti quondam Theoderici, dum vixit, necnon Andreas et Johannes, fratres, liberi eorundem Gerarde et quondam Johannis, palam recognoverunt ad manus suas per Delyanam, relictam quondam Arnoldi dicti Rycoutss., esse redemptum huiusmodi dimidium modium siliginis hereditarie pactionis, quem ipsa Delyana de et ex suis hereditatibus et bonis

[32] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen.*

in parochia de Vucht Sancti Petri, ad locum dictum die Slangwortel situatis, supradictis recogoscentibus et eorum parentibus, videlicet dictis Johanni et Theoderico Andries, fratribus, ultra viginti annos et interim ipsis solvere consueverat et tenebatur, ut dicebat, clamantes inde quitos, promittentes super omnia et habenda divisi, videlicet dictus magister Johannes pro unam medietate et Gerarda atque Andreas et Johannes, eius liberi, pro reliqua medietate, dictam Delyanam ac eius bona de dicto dimidio modio siliginis et ab ulteriori solutione eiusdem atque dampna indempnem servare.
Testes Berkel et Borchgrene, datum quarta februarii.

R1271, fol. 307v
4 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Adrianus, filius Gerardi dicti Voss, faber, promisit ut debitor principalis Matheo Kuyst quod ipse dabit et solvet eidem Matheo annuum et hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, anno quolibet mediatim Jacobi apostoli et mediatim Purificationis, et pro primo solutionis termino Jacobi apostoli proxime futuro de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi coadiacenti, tres lopinatas terre vel circiter continente, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Hyntham, inter hereditatem Johannis dicti Gysbertszoen ex uno et inter hereditatem Wolteri dicti die Raymeker ex alio, tendente a communi platea ad quandam communem stegam ibidem; item adhuc ex quodam agro terre, duas sextariatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Roesmalen, iuxta repagulum ibidem, inter hereditatem conventus de Porta Celi, siti prope dictum opidum, ad locum dictum die Baseldonck, ex uno et inter hereditatem Robberti dicti Willemss. ex alio, tendente a quadam communi stega ad hereditatem dicti conventus, ut dicebat, promittens et cum eo dictus Gerardus, eius pater, indivisi insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis diversis censibus ad quinque libras communis pagamenti ascendentibus, prius annuatim ex domo, area, orto ac hereditate predictis e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus census statim post mortem dicti Mathei et non prius, ad dictum Adrianum, promittentem, si protunc vixerit, alioquin ad suos veros et proximiores heredes et successores protunc in humanis agentes iure hereditario succedet et devolvetur, prout dictus Matheus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Adriano promittenti repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 307v
4 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti uno consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Matheus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Adriano repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 307v-308r
6 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Chistianus, filius quondam Luce dicti de Ham, promisit ut debitor principalis Bartholomeo, filio naturali Godefridi dicti de Lancvelt, ad opus sui et ad opus Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Johannis dicti Clootten, quod ipse dabit et solvet eisdem Bartholomeo et Mechteldi, eius uxori, ac diucius ex ipsis viventi in humanis, annuam et vitalem pensionem quinque florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando anno quolibet, ad vitam eorundem Bartholomei et Mechteldis, sue uxoris, ac diucius ex ipsis viventis et non ultra, mediatim Jacobi apostoli et mediatim Purificationis, et pro primo solutionis termino Jacobi apostoli proxime futuro de et ex duabus domibus, areis, ortis ac domibus posterioribus sibi mutuo coadiacentibus, sitis in Buscoducis, in vico Orthensi, ultra pontem dictum die Zevensneusche brugge *(sic)*, retro quandam parvam domunculam ibidem, dictam Onser Vrouwen Huysken, inter hereditatem Johannis, filii quondam Jacobi Ghenen, ex uno et inter hereditatem magistri Lamberti Hack ex alio, tendentibus a communi platea ad Dyesam ibidem retro fluentem, ut dicebat. Promisit insuper omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis diversis censibus ad decem et septem ac dimidiam libras monete vel circiter ascendentibus, prius annuatim exinde diversis personis e iure solvendis, et satisfacere.
Testes Raess. et Berkel, datum sexta februarii.

R1271, fol. 307v
4 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Domicella[33] Bela, relicta quondam Johannis Berwouts, cum tutore, usufructum sibi competentem in hereditario censu duarum librarum monete, solvendo hereditarie Pasche ex pecia terre, dicta die Hostat, sita in parochia de Helvoirt, inter hereditatem Herberti Berkelman ex uno; item ex pecia terre, sita in dicta parochia, in loco dicto in den Moelenacker, inter hereditatem dicti Herberti ex uno; item ex pecia terre, dicta Stockmans Beempt, sita in dicta parochia, inter hereditatem heredum quondam Arnoldi Heym ex uno; item ex pecia prati, sita in parochia de Vucht, inter loco dicto tVenne, inter hereditatem Arnoldi Demers ex uno et inter hereditatem dicti Herberti ex alio, quem censum Johannes Berwout, filius quondam Gerardi Berwout, erga Aelbertum, filium quondam Judoci Bauwens, acquisierat, prout in litteris, et quem censum predictum dictus Johannes Berwout in suo testamento cuidam Gerardo Berwout, suo nepoti, legaverat post mortem dicte domicelle Bele, sue uxoris, habendum, ut videtur in quodam instrumento contineri, legitime supportavit iamdicto Gerardo Berwout, simul cum dictis litteris, instrumento, aliis et iuribus, promittens cum tutore super omnia ratam servare.
Testes Raess. et Berkel, datum quarta februarii.

R1271, fol. 307v
4 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

[33] *deze akte is later bijgeschreven, zie de aantekening op fol. 308r onderaan*: Isti quatuor contractus fuerunt prius passati et postmodum prothocollati propter carentiam litterarum antiquarum.

Iamdictus[34] Gerardus dictum censum hereditarie supportavit dicte domicelle Bele, simul cum litteris aliis, instrumonto et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum iamsupra.

R1271, fol. 308r
6 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quadraginta quinque consimilibus florenis Renensibus et cum pensione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Bartholomeus pro se ac nomine dicte Mechteldis, sue uxoris, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Christiano repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 308r
*deze akte is onvolledig*

Notum sit universis quod cum Everardus, filius quondam Aelberti de Vucht.

R1271, fol. 308r
7 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Willelmus, Laurencius, fratres, et Herberta, eorum soror, liberi quondam Pauli, filii quondam Johannis Pouwelszoen, cum tutore, pro se ipsis et pro Jacobi, eorum fratre, domum, aream et ortum, sitos in Buscoducis, ad Aggerem Vuchtensem, inter hereditatem Henrici Kroeck ex uno et inter hereditatem Philippi dicti Boden aut heredum eius ex alio, quos domum, aream et ortum predictos dictus Paulus, filius quondam Johannis Pouwelss., erga Johannam, filiam quondam Theoderici, filii quondam Arnoldi dicti Schuerman, dudum acquisierat, insuper adhuc quandam aliam domum et aream, sitam in Buscoducis, ad vicum Vuchtensem, inter hereditatem quondam Henrici de Boert ex uno et inter hereditatem Stephani de Berse ex alio, quam domum et aream iamdictam dictus Paulus, filius quondam Johannis Pouwelss., erga Everardum, filium quondam Aelberti de Vucht, acquisierat, prout in diversis litteris, et de quibus domo, area, orto ac reliqua domo et area predictis Paula, filia dicti quondam Pauli, filii Johannis Pouwelss., unam quintam partem ad ipsam in premissis spectantem prefatis Willelmo, Laurencio et Jacobo, fratribus, et Herberte, eorum sorori, hereditarie supportaverat, prout in aliis litteris, hereditarie supportaverunt Nycolao, filio quondam Nycolai dicti Post, simul cum dictis litteris aliis et instrumentis et iure, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum, dicti Jacobi, eorum fratris, necnon ex parte dicti quondam Pauli ac suorum heredum deponere. Promiserunt insuper cum tutore indivisi sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris plus fore solvendum quam census fundi tredecim libre hereditarii census monete, tercia pars unius libre eiusdem monete et hereditarius census quatuor solidorum et sex et dimidii denariorum communis pagamenti, diversis personis annuatim exinde e iure solvendis, hoc plus dicti supportantes prefato Nycolao penitus deponent.

[34] *deze akte is later bijgeschreven, zie de aantekening op fol. 308r onderaan*: Isti quatuor contractus fuerunt prius passati et postmodum prothocollati propter carentiam litterarum antiquarum.

Testes Raess. et Berkel, datum VII[a] februarii.

R1271, fol. 308r
4 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Domicella[35] Bela, relicta quondam Johannis Berwouts, cum tutore, usufructum sibi competentem in dimidio modio siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, de hereditaria pactione trium modiorum siliginis dicte mensure, solvendum hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendum ex omnibus et singulis hereditatibus quas Mathias dictus Walraven in sede sue viduitatis acquisierat, ubicumque locorum, tam in parochia de Oisterwyc, ad locum dictum Huculum, quam ad locum dictum Wippenhout consistentibus sive sitis, quam pactionem unius modii siliginis predictam Gerardus dictus Berwout erga Henricum, filium quondam Mathie dicti Walraven acquisierat, prout in litteris, et quem dimidium modium siliginis predictum supradictus Johannes Berwout in suo testamento cuidam Gerardo Berwout, suo nepoti, legaverat post mortem dicte domicelle Bele, sue uxoris, habendum, ut videtur in quodam instrumento contineri, legitime supportavit eidem Gerardo Berwout, cum litteris, instrumento aliis et iuribus, promittens, cum tutore, super omnia ratam servare.
Testes Raess. et Berkel, datum quarta februarii.

R1271, fol. 308r
4 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Iamdictus[36] Gerardus dictum dimidium modium siliginis hereditarie supportavit dicte domicelle Bele, cum litteris aliis, instrumento et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 308v
7 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Dictus[37] Nycolaus Post promisit super omnia et habenda dicto Willelmo et Herberte pro una medietate atque Laurencio pro reliqua medietate centum ac octo et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon triginta unam libras monete, a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes Raess. et Berkel, datum VII[a] februarii.

R1271, fol. 308v
7 februari 1503

---

[35] *deze akte is later bijgeschreven, zie de aantekening op fol. 308r onderaan*: Isti quatuor contractus fuerunt prius passati et postmodum prothocollati propter carentiam litterarum antiquarum.
[36] *deze akte is later bijgeschreven, zie de aantekening op fol. 308r onderaan*: Isti quatuor contractus fuerunt prius passati et postmodum prothocollati propter carentiam litterarum antiquarum.
[37] *in de marge:* A.

Raas Raassen en Gerard van Berkel

Dictus[38] Nycolaus promisit adhuc super omnia et habenda dictis Willelmo et Herberte pro una medietate et Laurencio pro relinqua medietate centum ac octo et dimidium consimiles peters, necnon quindecim et dimidium libras monete predicte, a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 308v
11 oktober [1503][39]
Hendrik Kuijst en Jan van Boert

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in ambobus contractibus precedentibus, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Laurencius palam recognovit sibi per dictum Nycolaum Post plenarie fore satisfactum de medietate dicte medietatis sibi, ut premittitur, promisse, videlicet de quarta parte premissorum denariorum in ambobus contractibus comprehensorum, et clamavit Nycolaum et alios inde quitos.
Testes Kuyst et Boert, datum XI$^{ta}$ octobris.

R1271, fol. 308v-309r
7 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Dominus Lucas de Mera, presbiter, beneficiatus in ecclesia collegiata sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, necnon Adrianus dictus Glavyman et Thomas dictus Glavyman, fratres, tamquam executores testamenti ac ultime voluntatis quondam Johannis, filii quondam Bartholdi dicti Vannys, et eo nomine satisfacientes et solventes iuxta piam intentionem eiusdem quondam Johannis conventui de Porta Celi, sito prope dictum opidum de Buscoducis, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex omnibus et singulis bonis Johannis, filii quondam Arnoldi Groyss., quocumque locorum consistentibus sive sitis, item de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, olim quondam Hessellonis Appels, nunc vero Lamberti et Cornelii, fratrum, liberorum quondam Arnoldi, filii dicti quondam Hessellonis Appels, sitis in parochia de Haren, ad locum dictum Belver, inter hereditatem Henrici in den Beer ex uno et inter communem plateam ex alio et uno fine, quem censum iamdictum dictus Johannes, filius quondam Bartholdi Vannys, erga dictos Johannem, filium quondam Arnoldi Groys, necnon Lambertum et Cornelium, fratres, emendo acquisierat, insuper hereditarium censum quatuor librarum monete predicte, solvendum hereditarie Nativitatis Domini de et ex quinta parte domus, aree orti ac pecie terre sibi adiacente, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sitorum in parochia de Haren, ad locum dictum Belver, inter hereditatem Henrici Boyens ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Arnoldi Appels ex alio, item cuiusdam agri terre, siti in oppositum dicte domus, inter hereditatem Gerardi Gyselaers ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Goeswini de Beke ex alio, quem censum iamdictum dictus Johannes, filius quondam Bertholdi Vannys, erga Cornelium, filium quondam Arnoldi Appels, emendo acquisierat, insuper adhuc hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, partim arabilibus et partim pascualibus, duodecim lopinatas terre vel circiter continentibus, Elisabeth

[38] *in de marge:* B.
[39] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen*.

relicte quondam Henrici Hacken, sitis in parochia de Haren, prope Oistwyck, inter hereditatem Arnoldi de Laerhoven ex uno et inter communem viam ex alio, quem censum iamdictum dictus Johannes, filius quondam Bertholdi Vannys, erga dictam Elisabeth emendo acquisierat, prout in diversis litteris, hereditarie supportaverunt michi ad opus dicti conventus de Porta Celi, simul cum dictis litteris et iure, promittentes sub obligatione omnium bonorum ad eorum executionem spectantium ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte executionis deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 308v
9 januari [1504][40]
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in ambobus contractibus, A et B signatis, constituta igitur coram scabinis infrascriptis supradicta Herberta palam recognovit se recepisse a dicto Nycolao triginta duos aureos peters ut supra, de denariis sibi, ut premittitur, promissis et ipsam concernentibus, et clamavit eundem Nycolaum et eius bona de eisdem XXX$^{ta}$ duobus peters quitos.
Testes Boert et Roever, datum IX$^{a}$ ianuarii.

R1271, fol. 308v
31 januari [1504][41]
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Dicus Willelmus palam recognovit se per dictum Nycolaum plenarie fore satisfactum de premissis denariis in dictis ambobus contractibus, A et B signatis, comprehensis et ipsis concernentibus, et clamavit eundem Nycolaum et eius bona inde quitos.
Testes Boert et Roever, datum ultima ianuarii.

R1271, fol. 309r
7 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis fratres Franciscus de Prato, provincialis ordinis beati Willelmi ac prior dicti conventus, atque Laurencius Wouterss. de Nuenen, cellerarius eiusdem conventus, palam recognoverunt eis ac conventui predicto premissis mediante per dictos executores plenarie fore satisfactum ac sufficientem fore factam assignationem de huiusmodi duodecim libris pagamenti, quas dictus Johannes Vannys in vita sua prefato conventui relinquere addixerat, clamantes igitur dicti prior et cellerarius nomine dicti conventus dictos executores dictum quondam Johannem Vannys et eius bona ac quoscumque alios huiusmodi quitanciam indigentes de premissis atque quibuscumque actionibus et impetitionibus quibus mediantibus dictus conventus occasione premissorum seu alias occasione quacumque bona per dictum quondam Johannem relicta impetere posset, quitos, liberos et penitus absolutos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 309r

[40] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen*.
[41] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen*.

7 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Godefridus et Lambertus, fratres, liberi Nycolai Meliss., pistoris, ab eodem Nycolao et Maria, sua uxore, pariter geniti de secundo eius thoro, atque Theodericus Janss., tamquam et tutor *(sic)* legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie eorundem Nycolai et quondam Marie, tres quartas partes totamque partem et omne ius ad ipsos spectantes in hereditario censu duarum librarum monete, solvendo hereditarie Nativitatis Baptiste ex medietate domus, aree et orti, sitorum in Buscoducis, in vico dicto Sint Jorijsstraet, prope capellam sancti Georgii ibidem, inter hereditatem gulde seu fraternitatis antiquorum sagittatorum, dicti sancti Georgii, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis de Kessel et Hillegondis Reeuwe ex alio; insuper ex medietate cuiusdam mansi, siti in parochia de Helvoert, in loco dicto den Dystelberch; item ex medietate campi terre paludialis, quinque et dimidium iugera terre vel circiter continentis, siti infra libertatem opidi de Buscoducis, in loco dicto Bleck, inter fossatum opidi de Buscoducis, dictum der stadgrave, ex uno, quem censum iamdictum Johannes, filius quondam Godefridi Bitszoen, ab eodem quondam Godefrido et dicta quondam Maria de primo eius thoro pariter genitus, erga Goeswinum Steenwech, filium quondam Theoderici, emendo acquisierat, prout in liiteris, hereditarie supportaverunt michi ad opus fratris Ghyselberti, filii dictorum Nycolai et quondam Marie, conventualis conventus de Porta Celi prope Buscumducis, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et ex parte dicti quondam Johannis, filii quondam Godefridi Bitss., eorum fratris, deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 309r-309v
8 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Johannes, filius quondam Johannis dicti Engbertss., hereditarie vendidit Francisco, filio quondam Petri, filii quondam Johannis dicti Vuchs, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, maldratam terre vel circiter continente, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, ad locum dictum Aen de Sporct, inter hereditatem Henrici dicti Peterssoen ex uno et inter hereditatem heredum quondam Mechteldis dicte sMeyers ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad communem plateam; item ex campo terre pascualis, quatuor pastus, dictos scharenweyen, vel circiter continente, sito infra libertatem predictam, ad dictum locum die Dungen vocatum, in loco dicto Int Waut, inter hereditatem Engberti Willemss. ex uno et inter hereditatem Anthonie, relicte quondam Petri van den Hornic, ex alio et uno fine, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad quatuor grossos antiquos ascendente, hereditaria pactione dimidii modii siliginis, hereditario censu sex librarum monete et hereditario censu trium et dimidii denariorum, peters communiter vocatorum, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum VIII[a] februarii.

R1271, fol. 309v
8 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus venditor hereditarie vendidit adhuc dicto Francisco, emptori, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure predicte, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis, obitum Dympne, relicte quondam Ghysberti Spierinx, immediate subsequente et non prius, et in Buscoducis libere tradendam de et ex contrapigneribus in iamdicto contractu contentis, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, et per totum ulterius ut iam immediate supra.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 309v
8 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere dictas ambas pactiones dimidii et dimidii modiorum siliginis perpetue, simul una pariter cum et mediante triginta sex peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactionibus anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 309v
8 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Elisabeth, relicta quondam Johannis dicti die Mombaere, promisit super omnia et habenda michi ad opus Willelmi, filii quondam Nycolai van den Broeck, pro una medietate et ad opus Nycolai, filii iamdicti quondam Nycolai van den Broeck, pro reliqua medietate, quatuor denarios, peters communiter vocatos, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, infra annum post obitum dicte Elisabeth et non prius persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 309v-310r
8 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam Johannis dicti sCosters van Bakel, tres et dimidium modios siliginis annue et hereditarie pactionis mensure de Helmont, anno quolibet solvendos Purificationis de et ex duabus partibus cuiusdam mansi, siti in parochia de Bakel, ad locum dictum Aen der Mathijs Eynde, ubicumque locorum reperiendis, cum attinentiis, in alto et basso, in humido et sicco consistente, quos tres et dimidium modios siliginis hereditarie pactionis predictus Johannes, filius legitimus quondam Johannis sCosters de Bakel, supradicto Henrico, filio quondam Johannis sCosters, suo fratri legitimo, hereditarie vendiderat, ut videtur in litteris de Bakel contineri, hereditarie supportavit Petro, filio quondam Henrici dicti Peterss., simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 310r
8 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante videlicet quemlibet modium cum viginti octo peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Petrus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Henrico repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 310r
8 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Johannes, filius quondam Johannis dicti Meyelman, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Johannis dicti sCosters de Bakel, hereditariam pactionem sex modiorum siliginis mensure de Myerle, solvendam hereditarie Purificationis et in Myerle tradendam de et ex domo, area et orto ac horreo desuper consistente, dicti venditoris, sitis in parochia de Myerle, ad locum dictum Aen de Saechstellinge, inter hereditatem Petri de Bruessel ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Alardi dicti van der Voert, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis quatuor vasis siliginis ac quatuor pullis censualibus, annuatim prius exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 310r
8 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum et mediante centum florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 310r
9 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Johannes, filius quondam Mathei dicti Laeckmans, hereditarie vendidit Aelberto, filio quondam Johannis Reynerss. de Gestel, hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis de et ex quodam campo terre, partim paludialis et partim mericalis, quatuor et dimidium bonaria terre vel circiter continente, dicto communiter den Bordelair, sito in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Eelde, inter hereditatem Fratrum Carthusiensium in Vucht ex uno et fine uno et inter hereditatem eorundem Fratrum Carthusiensium ex alio, tendente cum alio fine ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ad octo stuvers et quartam partem unius stuferi annuatim prius exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum IX$^{a}$ februarii.

R1271, fol. 310r
9 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Rodolphus, filius quondam Johannis dicti Jacopszoen, promisit super omnia et habenda Johanni, filio quondam Arnoldi Janss., sedecim peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, necnon tres libras monete, Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 310v
9 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Marcelius, filius quondam Johannis dicti Ceelens., hereditarie vendidit Lodovico, filio quondam Petri dicti Eelenzoen, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Berse, solvendam hereditarie Purificationis et in Berse tradendam de et ex medietatem *(sic)* ad dictum venditorem, ut dicebat, spectante in pecia prati, dicti enen driesch, octo lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Oistelberse, ad locum dictum op Groet Bersvenne, inter hereditatem heredum quondam Willelmi dicti van der Vloet ex uno inter communem plateam ex alio, tendente ab hereditate Henrici, filii quondam Theoderici van den Amervoirt, ad communitatem, ex illa scilicet medietate pecie prati predicti que sita est iuxta hereditatem dictorum heredum quondam Willelmi van der Vloet, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto dimidio denario, half braspenninc vocato, ex dicta integra pecia prati prius annuatim e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum IX[a] februarii.

R1271, fol. 310v
9 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue simul et semel cum et mediante quatuordecim peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 310v-311r
9 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum Elsbena, relicta quondam Hectoris dicti van den Berge, filii quondam Willelmi van den Berge, medietatem ac totum ius hereditarium ad ipsum spectantem in domistadio, agro terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, et pecia pascue, dicta Wissevenne, sitis in parochia de Vucht Sancti Petri, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno et inter hereditatem Rodolphi dicti Groet Roeff ex alio; insuper in domo, area et orto, sitis in dicta parochia de Vucht Sancti Petri, inter hereditatem Jacobi de Loeven ex uno et inter hereditatem Nycolai dicti Coel Knoeden ex alio; insuper in pecia terre, sita in eadem parochia, inter hereditatem Theoderici de Os ex uno et inter hereditatem Martini die Greve, filii quondam Johannis die Greve, ex alio; insuper usufructum

sibi competentem in reliqua medietate premissorum legitime et hereditarie supportasset Petro, filio Theoderici de Hijnden, prout in litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dominus Johannes de Eyck, investitus pro tempore ecclesie parochialis de Maerheze, atque Henricus dictus Hermanszoen, mamburnus pro tempore fabrice cappelle in Zoerendonck, nomine et ex parte ecclesie et cappelle predictarum, potentes ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntaris quondam Elisabeth van den Berge alias de Helmont, sororis, dum vixerat, dicti quondam Hectoris, begineque Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, ymmo vigore legationis dictis ecclesie et cappelle inibi facte necnon vigore procurationis ipsis desuper concesse, ut apparebat, octavam partem ad dictas ecclesiam et capellam spectantem in supradicta reliqua medietate premissorum, hereditarie supportaverunt dicto Petro de Hijnden, simul cum toto iure ecclesie et capelle predictis quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis, mentionem inde facientibus, et effestucando promittentes sub obligatione omnium bonorum dictarum ecclesie et cappelle, habitorum et habendorum, necnon adhuc super omnia et habenda notanter ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum, dictarum ecclesie et cappelle et quorundam aliorum ex parte earundem interesse habentium, necnon ex parte dictorum quondam Hectoris et Elisabeth, sue sororis, ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Raessen et Berkel, datum IX[a] februarii.

R1271, fol. 311r
9 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Supradicti dominus Johannes et Henricus, nomine quo supra, palam recognoverunt dictis ecclesie et cappelle per Johannem Wyntkens et Henricum Bonarts, tamquam executores testamenti dicte quondam Elisabeth, plenariam factam assignationem pariter et solutionem de huiusmodi legatis que dicta quondam Elisabeth in suo testamento prefatis ecclesie et fabrice fecerat et legaverat, clamantes inde quitos.
Testes Raess. et Berkel, datum IX[a] februarii.

R1271, fol. 311r
9 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Johannes, filius quondam Petri van den Hautart, et Petrus, filius quondam Petri dicti van der Weteringen, et Johannes, filius quondam Arnoldi dicti van der Weteringen, promiserunt indivisi super omnia et habenda Arnoldo, filio quondam Johannis dicti Eelkens, triginta quinque florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos occasione emptionis certorum lignorum quarcinorum, ut dicebant.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 311r
9 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Arnoldus dictus Wouterss. de Craendonck promisit super omnia et habenda Johanni Dagens sex modios siliginis mensure de Zonne, Petri ad cathedram proxime futuro, necnon decem et octo coronas, XXIIII[orum] stuvers vel valorem pro quolibet computando, Pentecostes proxime futuro persolvendos, et dictam siliginem in Zonne tradendam.

Testes, datum supra.

R1271, fol. 311r-311v
9 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Arnoldus, Anthonius, Johannes et Petrus, fratres, liberi quondam Godefridi, filii quondam Petri dicti Corstiaens, filii quondam Christiani dicti Peterss., hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Nuenen, quam Godefridus, filius Wautgeri dicti Arntssoen, promiserat se daturum et soluturum Rutgero, filio quondam Henrici dicti Arntss., anno quolibet hereditarie Purificationis et in Nuenen tradituram ex campo terre, sito in parochia de Nuenen, ad locum dictum Voert, inter hereditatem Willelmi, filii quondam Arnoldi dicti de Ouden, ex uno et inter hereditatem quondam Nycolai dicti Stamparts, depost Herberti Goyartssoen, ex alio, et quam pactionem predictam magister Arnoldus de Weilhusen ad opus dicti Petri dicti Corstiaens, filii quondam Christiani Peterss., erga dictum Rutgerum, filium quondam Henrici Arntss., acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit *(sic)* Happoni, filio quondam Arnoldi dicti Fyensoen, simul cum dictis litteris, aliis litteris et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Petri Corstiaens ac quorucumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum IX$^{a}$ februarii.

R1271, fol. 311v
9 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Dictus Happo, filius quondam Arnoldi Fyen, promisit super omnia et habenda dicto Johanni, filio quondam Godefridi, filii quondam Petri Corstiaenss., quatuordecim peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, et dimidium modium siliginis mensure de Nuenen Purificationis proxime futuro persolvendos et in Nuenen tradendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 311v
9 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Cornelius, filius quondam Henrici Peterss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie Goeswini Goebels, filii quondam Henrici, hereditarium censum trium librarum monete, quem censum dictus Goeswinus Goebels, filius quondam Henrici, promiserat ut debitor principalis dicto Cornelio, quod ipse daret et solveret eidem Cornelio anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Colperstraet, inter hereditatem magistri Christiani Loekemans, medici, ex uno et inter hereditatem Wolteri Stoock, filii quondam Henrici, quodam viculo interiacente ex alio, prout in litteris, hereditarie supportavit Margarete, filie quondam Willelmi dicti Willegemans, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 311v

9 februari 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Godefridus, filius quondam Johannis dicti Brekelmans, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie quondam Willelmi dicti Bitszoen, quecumque bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata, que sibi ac dicte sue uxori per et post mortem quondam Danielis, filii dicti quondam Willelmi Bitszoen, fratris dum vixerat dicte Margarete, necnon que ipsis per et post mortem quondam domini Huberti die Cromme, presbiteri, et Heymerici die Cromme, fratrum, ac Elisabeth, eorum sororis, iure successionis hereditarie seu alias quovismodo advoluta sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, hereditarie supportavit Lamberto, filio quondam Johannis Lambertss., tamquam marito et tutori legitimo Katherine, sue uxoris, filie dicti quondam Willelmi Bitss., simul cum toto iure ipsis quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis, mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Margarete, sue uxoris, et suorum liberorum deponere.
Testes Millinc et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 312r
10 februari 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Johannes, filius quondam Johannis dicti Leeukens, hereditarie vendidit Johanni de Baecx, tamquam receptori pro tempore Hospitalis Pauperum Virorum, fundationis quondam Jacobi dicti uuyter Oisterwijc, siti in Buscoducis, iuxta capellam sancti Georgii, in oppositum pomerii sagittariorum ibidem, ad opus eiusdem Hospitalis hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ octo stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios seu pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere absque omni onere precarie ac ceteris exactionibus et incommodis tradendum de et ex duabus domibus, areis et ortis sibi mutuis coadiacentibus dicti venditoris, sitis infra opidum de Helmont, in vico dicto die Veestraet, iuxta portam ibidem, inter hereditatem domini de Helmont ex utroque latere et fine posteriori, tendente cum fine anteriori ad vicum predictum; item ex quadam alia domo et area ac hereditate sibi adiacente, sextariatam terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sitis in parochia de Helmont, extra portam in platea dicta die Bynderenschestraet, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem conventus de Bynderen ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem dicti domini de Helmont, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, exceptis censibus fundi atque hereditariis pactionibus ad viginti lopinos ascendentibus, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus venditor huiusmodi censum redimere et acquitare poterit perpetue cum et mediante quadraginta octo consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes de Baecx, tamquam receptor ac nomine dicti Hospitalis, hoc palam recognovit et sub obligatione omnium bonorum eiusdem Hospitalis dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium quarte partis unius anni receptori pro tempore eiusdem Hospitalis legitime preintimabit.
Testes Raess. et Millinc, datum X$^{a}$ februarii.

R1271, fol. 312r
10 februari 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Reynerus, filius quondam Johannis dicti Wouterszoen, et Johannes, filius quondam Johannis dicti Wouterszoen, hereditarie vendiderunt Willelmo, filio quondam Goeswini dicti van der Lairschot, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis absque omni onere precarie, exactionum ac ceterorum incommodorum libere tradendam de et ex duobus bonariis terre seu prati dicti Reyneri, sitis in parochia de Scijnle, in loco dicto int Hermalen, inter hereditatem Arnoldi dicti die Sceper ex uno et inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Johannis Bull, ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Henrice, relicte quondam Theoderici Joirdens, et eius liberorum; item ex quodam agro terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, eiusdem Reyneri, sito ibidem ultra communem plateam, inter hereditatem Johannis dicti van der Hagen ex uno et inter hereditatem Ode dicte van der Meer, vidue, ex alio, tendente ab hereditate Godefridi dicti de Hermalen ad hereditatem Engberti Lambertss.; item ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dicti Johannis, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Eerde, inter hereditatem Martini dicti Loyens. ex utroque latere et fine uno, tendente cum fine reliquo ad communem plateam; item ex duobus bonariis prati eiusdem Johannis, sitis in parochia et loco iamdictis, inter hereditatem Ghiselberti, filii quondam Leonii dicti Bontwerckers, ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti Houbrakens ex alio, tendente ab hereditate Hospitalis Virorum quondam domini Ade de Myerde ad communem plateam, ut dicebant, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus grossis antiquis et una libra pagamenti ex duobus bonariis dicti Reyneri, ac dimidio denario, half braspenninc vocato, ex dicto agro eiusdem Reyneri, atque tribus modiis siliginis mensure de Rode, ex domo, area, orto ac hereditate predictis et quibusdam aliis hereditatibus dicti Johannis, necnon dimido grosso antiquo et duabus libris pagamenti ex dictis duobus bonariis dicti Johannis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Raess. et Millinc, datum X$^{a}$ februarii.

R1271, fol. 312v
10 februari 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Et poterint redimere perpetue cum triginta sex peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptionem aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro viginti octo stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabit (*sic*).
Testes, datum supra.

R1271, fol. 312v
10 februari 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Supradictus Reynerus necnon Mathias et Johanna, eius liberi, palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dicto Johanni, filio quondam Johannis Wouterss., promiserunt quod ipsi exnunc deinceps dictam pactionem dabunt et solvent necnon rediment et acquitabunt ac dare et solvere necnon redimere et acquitare tenebuntur sic et taliter quod eidem Johanni ad et supra se et dictas suas hereditates ac reliqua sua bona dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 312v-313r
10 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Johannes, filius quondam Reyneri dicti Thijss., hereditarie vendidit Henrico dicto Snoeck, filio quondam Arnoldi dicti Snoeck, hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia seu moneta pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Purificationis et in Buscoducis absque omni precaria ac ceteris incommodis libere tradendum de et ex quodam prato, tres vasatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sito in parochia de Maerheze, inter hereditatem Johannis dicti Delyen ex uno et inter hereditatem Godefridi, filii dicti quondam Reyneri Thyss. ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Mense Sancti Spiritus in Maerheze, item adhuc ex quodam alio prato, tres vasatas terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sito in dicta parochia, dicto communiter den Boonhoff, inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Johannis Bonarts, et eius liberorum ex uno et inter quendam aqueductum ibidem, dictum die Beeck, ex alio, tendente ab hereditate dicti Godefridi, filii quondam Reyneri Thyss., ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 313r
10 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta quatuor consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 313r
10 februari 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Notum sit univisis quod cum magister Arnoldus Spierinck, filius quondam Nycolai Spierinck, hereditarie vendidisset aut solvere promisisset Robberto, filio quondam Jacobi Hugenzoen de Huesden, annuum hereditarium et redimibilem censum quinquaginta unius florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, solvendum annuatim in festo beati Petri apostoli ad Cathedram de et ex certis contrapigneribus et hereditatibus eiusdem

magistri Arnoldi, sitis in terrritorio de Huesden, necnon adhuc ex certis aliis suis bonis et hereditatibus in Amerzoyen et Welle situatis, ut dicebat, in diversis litteris scabinorum de Huesden et Amerzoyen desuper confectis lacius contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus magister Arnoldus hereditarium censum duodecim aureorum florenorum, overlens koervorstergulden communiter vocatorum, XX$^{ti}$ octo denarios, stuvers communiter vocatos, nunc per archiducem Austrie etc. monetatos vel eorundem verum valorem in pecunia secundum modernam valuationem valuatos pro quolibet huiusmodi aureos florenos computando, solvendum anno quolibet hereditarie Remigii confessoris ex domo, area et orto cum suis attinentiis, domini Henrici de Berse, canonici et cantoris ecclesie sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, sitis in opido de Buscoducis, in vico Hynthamensi, prope conventum Fratrum Predicatorum, inter certas cameras et aliam hereditatem vacuam retro easdem cameras, ad dictum conventum spectantem, ex uno et inter hereditatem Michaelis die Cremer de Gemart ex alio, quem censum iamdictum dictus magister Arnoldus erga dictum dominum Henricum de Berse dudum emendo acquisierat, prout in litteris, ad maiorem securitatem solutionis primodicti annui hereditarii et redimibilis census quinquaginta unius florenorum Renensium ad pignus imposuit et iure hereditario pro solutione eiusdem census fiirmiter obligavit.
Testes Raess. et Millinck, datum supra.

R1271, fol. 313r-313v
11 februari 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Henricus dictus van der Beeck Henricxzoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, hereditarie vendidit Goeswino, filio quondam Johannis de Doerne, hereditariam pactionem trium sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis absque omni onere precarie ceterisque exactionibus et incommodis libere tradendam de et ex domo, area et horreis et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, tres lopinatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sitis in parochia de Nuenen, ad locum dictum Wetten, inter hereditatem Adriani Molymans ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendente cum reliquo fine ad hereditatem Jacobi dicti de Vaerlair, item adhuc ex quodam campo terre, maldratam terre vel circiter continente, ac sua lignicrestentia, eiusdem venditoris, sito in parochia et loco predictis, inter communitatem circumquaque adiacentem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus maldris siliginis ex domo, area, orto ac hereditatibus predictis atque censu fundi ex dicto campo, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Millinc et Berkel, datum XI$^{a}$ februarii.

R1271, fol. 313v
11 februari 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Johannes, filius quondam Johannis dicti Tyelkens, hereditarie vendidit Johanni de Baecx, receptori pro tempore Hospitalis Pauperum Virorum, fundationis quondam Jacobi dicti uuyter Oisterwyc, siti in Buscoducis, iuxta capellam sancti Georgii martiris in oppositum pomerii sagittariorum ibidem, ad opus eiusdem Hospitalis hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ octo, novos aureos

florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philipsgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios seu pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area , horreo et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, duas lopinatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sitis in parochia de Leende, iuxta ecclesiam ibidem, inter hereditatem Willelmi, filii Johanis dicti Lobben, ex uno et inter hereditatem Arnoldi, filii Willelmi Dircxs., ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem liberorum quondam Johannis Maess., ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ad unum brasdenarium ascendente prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus venditor huiusmodi censum redimere et acquitare poterit perpetue cum et mediante sexaginta quatuor consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes, tamquam receptor ac nomine dicti Hospitalis, hoc palam recognovit et sub obligatione omnim bonorum eiusdem Hospitalis prefato venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni receptori pro tempore dicti Hospitalis legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 313v-314r
11 februari 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum Boudewinus, filius quondam Thome dicti Bouwenszoen de Bucstel, domum, aream et ortum cum suis attinentiis quondam Petri dicti die Vysscher, sitos in Bucstel, inter hereditatem Wolteri de Diest et inter Dommellam ibidem ex uno et inter hereditatem Boudewini Bouwenszoen ex alio, atque medietatem que ad Lambertum dictum Potter, filium naturalem domini Johannis Potter, spectabat in quodam prato, sito in parochia de Bucstel, in loco dicto Hoggendonck, item peciam terre mericalis et hereditatem, dictam een Torfvenne, sitas in dicta parochia, infra Mulsel et Onrode, inter hereditatem Marcelii die Vysscher ex uno et inter communem plateam et hereditatem Rodolphi, filii Arnoldi Ruelens, ex alio, tendentem ab hereditate Godefridi dicti Weyhaze et a communi platea ad hereditatem domini de Bucstel, hereditarie supportasset Henrico, filio quondam Henrici, filii quondam Andree dicti Mutsart, et cum deinde Margareta, filia quondam Johannis dicti van der Couteren, et relicta dicti quondam Henrici, filii quondam Henrici Andree Vysscher alias Mutsart de Bucstel, condent**e** suum testamentum ac eius ultima et extremam voluntatem declarante, inter cetera inibi contenta legasset et reliquisset Petro, suo filio, quoad eiusdem Petri vitam, dumtaxat et non ultra, necnon dicti quondam Henrici, sui mariti, et dicte Margarete veris heredibus proximioribus quoad ius hereditarium, unum pratum, situm in parochia de Bucstel, ad locum dictum die Hoige Vonder, ad locum dictum Hogerdonck alias Hillebroeck, necnon unam triscam, dictam een venne, sitam in dicta parochia, ad locum dictum Mulsel, inter hereditatem Marcelii die Vysscher ex uno ex uno (*sic*) et inter hereditatem Rodolphi Arntss. ex alio, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, cumque vero depost Wolterus Paridaens, filius quondam Godefridi Paridaens, maritus et tutor legitimus Pasque dicte Paesschen, sue uxoris, filie quondam Petri, filii dicti quondam Johannis van der Couteren, et Johannes van den Couteren, filius quondam Jacobi van den Couteren, totam partem et omne ius hereditarium ad ipsos spectantem in pecia prati et trista, dicta venne, predictis, hereditarie supportassent Willelmo van den Moelen alias dicto Stamelart, filio quondam Henrici, prout in aliis litteris, constituta igitur coram scabinis

infrascriptis Agnes, filia quondam Nycolai, filii dicti quondam Henrici, filii quondam Henrici Andree Mutsart, relicta dicti quondam quondam (*sic*) Willelmi van den Moelen, cum tutore usufructum sibi, ut dicebat, competentem dumtaxat in pecia terre mericalis, hereditate, dicta torfvenne seu trisca, predictis, que una hereditas esse dinoscuntur et sita est ibidem, inter hereditatem heredum quondam Johannis de Mulsel ex uno et inter hereditatem Rodolphi Arntss. ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Johannis dicti van der Putte, prout ibidem sita est, ut dicebat, legitime supportavit Johanni, filio Agnetis et quondam Willelmi predictorum, necnon Amelio, filio quondam Ambrosii Meliss., tamquam marito et tutori legitimo Heilwigis, sue uxoris, filie dictorum Agnetis et quondam Willelmi, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Millinc et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 314r-314v
11 februari 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Johannes et Amelius, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Heilwigis, sue uxoris, dumtaxat peciam terre mericalis, hereditatem, dictam torfvenne seu tristam, predictam, que pronunc una hereditatas, ut premittitur, esse dinoscuntur et sita est ibidem, inter hereditatem heredum quondam Johannis de Mussel ex uno et inter hereditatem Rodolphi Arntszoen ex alio, et tendit a communi platea ad hereditatem Johannis dicti van den Putte, hereditarie supportaverunt Petro, filio quondam Nycolai dicti van der Hoert, ad opus sui pro una medietate et ad opus Engberti dicti van der Bersselaer pro alia medietate, simul cum dictis litteris aliis, instumentis et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum necnon ex parte dictorum quondam Henrici Mutsarts ac Margarete, eius uxoris, ac dicti quondam Willelmi van den Molen ac suorum heredum deponere. Promisit insuper dumtaxat dictus Johannes sub obligatione premissa omnes obligationem et impetitionem ex parte Theoderici Kuysten et Ghyssele, sue uxoris, filie Agnetis et quondam Willelmi predictorum, deponere necnon promiserunt adhuc dicti Johannes et Amelius sub obligatione premissa, in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex iamdicta hereditate plus fore solvendum quam tres grosse antiqui census fundi annuatim et iure solvendum, ut dicebant, hoc plus iidem Johannes et Amelius prefati Petro et Engberto penitus deponent.
Testes Millinc et Berkel, datum XI$^{a}$ februarii.

R1271, fol. 314v
11 februari 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Johannes Loexkens promisit super omnia et habenda Gerardo Jan Philipssoen alias Musch, ducentos florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in moneta pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 314v
13 februari 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Jacobus, filius naturalis quondam Martini dicti van den Eynde, dimidium modium siliginis annnue et hereditarie pactionis mensure de Beeck, solvendam anno quolibet Purificationis de et ex certis domibus et ortis, sitis ad locum dictum tot Veresbeeck, iuxta hereditatem Henrici van den Doeren cum uno latere et iuxta hereditatem Petri Heilegen ex alio, quem dimidium modium siliginis hereditarie pactionis predicte Jacobus, filius Arnoldi dicti van den Eynde, prefato Martino dicto van den Eynde dudum hereditarie supportaverat, ut videtur in litteris de Beeck contineri, hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Arnoldi dicti Peterszoen, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti quondam Martini, sui patris, ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Millinc et Berkel, datum XIII[a] februarii.

R1271, fol. 314v-315r
13 februari 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Arnoldus, filius quondam Hermanni dicti de Bergen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Theoderice, sue uxoris, filie quondam Henrici dicti de Bloemendael, ab eodem quondam Henrico et quondam Sophia, suo uxore, filia quondam Theoderici dicti de Kuyck, pariter genite, hereditarium censum quadraginta solidorum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Domini de et ex quarta parte et medietate unius quarte partis, olim ad Johannem, filium quondam Arnoldi dicti Groetart, spectante in domo, area et orto, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Cort Colperstraet, inter hereditatem Johannis van den Plack ex uno et inter hereditatem Johannis Hacken ex alio, item ex quarta parte et medietate unius quarte partis, ad eundem Johannem olim spectante in domistadio, sito in Hyntham, inter hereditatem Johannis Willemss. ex uno et inter communem plateam ex alio, quem censum predictum Petrus dictus Pynne de Derenborch erga dictum Johannem, filium quondam Arnoldi Groetart junioris emendo acquisierat, prout in litteris, et qui census predictus dudum dicto Theoderico de Kuyck per et post mortem dicti quondam Petri Pynne iure successionis hereditarie advoluta (*sic*) fuerat, ut dicebat, hereditarie supportavit Johanni dicto de Belle, filio quondam Goeswini de Belle, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris necnon ex parte dictorum quondam Petri Pynme et quondam Theoderici de Kuyck ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Back et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 315r
14 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Theodericus,[42] filius quondam Theoderici de Acht, hereditarie vendidit Johanne, relicte quondam Marcelii, filii quondam Gerardi de Zancten, scheerslyper, hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi annali solutione aureos florenos Renenses, iusti pondereris, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] octo, aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos dictos (*sic*) nyewe gouwen philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae

[42] *in de marge*: Cancellatus est iste contractus de consensu partium quarta maii.

advenande secundum eanden valuationem, solvendum hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere tradendum de et ex pecia terre, dicta sHoens Ecker, septem lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Gestel, prope Herlaer, inter hereditatem heredum quondam Henrici die Raet ex uno et inter quasdam hereditates, dictas sWuesten Hoeve, ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Christine, relicte quondam Leonii de Dynter; item ex campo terre pascualis, tres pastus, dictos scharenweyen, vel circiter continente, sito in parochia de Scynle, in loco dicto Eelde, inter hereditatem Anthonii de Casteren ex uno et inter hereditatem Anthonii, filii Wolteri Engbrechss., ex alio, tendente ab hereditate reliqua dicti venditoris ad hereditatem Katherine, relicte quondam Mathei Goyens, et eius liberorum, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ex dicta pecia terre atque censu fundi ex dicto campo terre pascualis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XIIII[ta] februarii.

R1271, fol. 315r
14 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et[43] poterit redimere perpetue cum et mediante quadraginta quinque consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate emptrici legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 315r-315v
15 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Arnoldus, filius naturalis quondam Arnoldi dicti Geritss. die Weker, hereditarie vendidit Nycolao dicto Pels, filio quondam Petri Pels, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et *(hierna ontbreekt in)* Buscoducis libere tradendam de et ex agro terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sito in parochia de Bucstel, ad locum dictum tot Cleynre Lyemde, inter hereditatem domini de Bucstel circumquaque adiacente, ut dicebat, ab eodem, promittens, et cum eo Theodericus, filius legitimus dicti quondam Arnoldi Geritss., pistor, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XV[ta] februarii.

R1271, fol. 315v
15 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta quatuor peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori et eius copromittenti predictis repromisit.

[43] *in de marge*: Cancellatus ut supra.

Testes, datum supra.

R1271, fol. 315v
15 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Gerardus Muyl, filius quondam Gerardi Muyl Geritszoen, condendo suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem declarando inter cetera inibi contenta et ordinata declarasset et exposuisset fore verum quatenus quidam Rutgerus Comans sibi solvere promiserat in certis litteris scabinorum de Buscoducis summam viginti octo peters aut eocirca paulo plus vel minus, quos petros iuxta tenorem dictarum litterarum idem Gerardus legaverit Aleidi, sue sorori, legitime, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, constitutus igitur scabinis infrascriptis Johannes dictus die Bye, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Aleidis, sue uxoris, palam recognovit se recepisse ab Henrico Bogart et Petro Claess., tamquam executoribus testamenti predicti, supradictas litteras scabinales de dictis XX$^{ti}$ octo peters aut paulo minus mentionantes ac sibi et dicte sue uxori per eosdem executores plenariam factam assignationem de legato dicte sue uxori in dicto testamento facto iuxta tenorem eiusdem testamenti, clamans inde quitos dictos executores et alios huiusmodi quitanciam indigentes.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 315v-316r
15 februari 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Theodericus dictus Hagens Geritssoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Gerardi, filii quondam Henrici, filii quondam Godefridi van den Broek, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex tribus iugeribus terre, sitis in parochia de Gestel, prope Herlair, in loco dicto des Gasthuysdonck, inter hereditatem liberorum dictorum ten Hoerinck ex uno et inter hereditatem Johannis die Laet ex uno *(sic)*, item ex domo et orto, sitis ibidem iuxta locum predictum, inter communem plateam undique adiacente, quam pactionem predictam Goeswinus van den Broeck, filio *(sic)* quondam Henrici, filii quondam Godefridi van den Broeck, filii quondam Henrici van den Smedebroeck, dudum prefato Gerardo, suo fratri, filii *(sic)* quondam Henrici, filii quondam Godefridi van den Broeck, hereditarie supportaverat, prout in litteris, hereditarie supportavit magistro Johanni Sampson ad opus sui quoad eius usufructum, necnon ad opus Jacobi et Nycolai, fratrum, legitimorum liberorum dicti magistri Johannis, ab ipso magistro Johanne et quondam Hillegonde, sua uxore, filia quondam Jacobi Loyers, pariter genitorum, quoad eorum ius hereditarium, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Heilwigis, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Gerardi van den Broeck ac suorum heredum deponere.
Testes Millinc et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 316r
15 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Zebertus, filius quondam Yngrami Jan Berntss., promisit super omnia et habenda Henrico et Johanni, fratribus, liberis Johannis, filii quondam Theoderici de Herssel, tricentos ac decem

florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel in valorem eorundem in pecunia secundum moderna valuationem pro quolibet computando, Omnium Sanctorum proxime futuro persolvendos. Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 316r
15 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Hadewigis, relicta quondam Willelmi dicti de Rode, cum tutore, peciam terre, unam sextariatam terre vel circiter continentem, ac pratum, sitas in parochia de Rode, ad locum dictum die Spanct, inter hereditatem Willelmi Houbraken cum uno latere et iuxta hereditatem domicelle van den Hout cum alio latere, insuper medietatem cuiusdam prati, dicti den Seegh Beempt, siti in dicta parochia, ad locum dictum die Donck, iuxta hereditatem Bonifantinorum in Buscoducis cum uno latere et inter communem plateam ex alio, simul cum edificiis desuper consistentibus, sitis ibidem ad locum dictum Neynsel, iuxta pontem ibidem, item adhuc peciam terre, sitam in den Vloyecker, in parochia de Rode, iuxta hereditatem Bonifantinorum in Buscoducis ex uno et inter bona, dicta tgoet ter Poirteren, ex alio, dudum supportatas dicte Hadewigi, relicte quondam Willelmi de Rode, a Johanne, filio Johannis Cranen, filii quondam Johannis, prout in diversis litteris, hereditarie supportavit Winrico, filio quondam Theoderici dicti de Erpe, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes, datum supra.

R1271, fol. 316r
15 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Johannes Craen, filius quondam Johannis, hereditarie vendidisset domino Johanni de Houthem, presbitero, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex domo, area et orto ac pecia terre, partim arabilis et partim pascualis sibi adiacente, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, cumque dictus emptor palam recognovisset et super omnia et habenda dicto Johanni Craen, Ade et Johanni, suis liberis, repromisisset quod iidem Johannes et sui liberi dictum censum redimere possent perpetuis temporibus cum viginti aureis denariis, peters communiter vocatis, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, et cum deinde dicti Johannes Craen et Johannes, eius filius, dictam potestatem redimendi censum predictum hereditarie supportassent Hadewigi, relicte quondam Willelmi de Rode, prout in diversis litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Hadewigis cum tutore dictam potestatem redimendi censum predictum hereditarie supportavit dicto Wynrico, filio quondam Theoderici de Erpe, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes, datum supra.

R1271, fol. 316v
15 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Wynricus et Nycolaus, filius Gerardi dicti de Myddegael, promiserunt indivisi super omnia et habenda Elisabeth, relicte quondam Adriani dicti van den Mazen, viginti quinque

florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XV$^{ta}$ februarii.

R1271, fol. 316v
15 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam Willelmi dicti die Meester, vilthuedemeker, domum et aream, sitam in Buscoducis, in vico Vuchtensi, inter hereditarii *(sic)* Engele de Essche ex uno et inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Willelmi dicti van den Hoerinck, et Willelmi, sui fratris, ex alio, cum stillicidio eiusdem domus, sito versus forum, simul cum edificio ibidem retro iuxta aquam sito, spiker vocato, quam domum, aream predictam, cum stillicidio et edificio predictos dictus Henricus erga Godefridum et Jacobum, fratres, et Arnoldam, eorum sororem, liberos quondam Egidii de Bladel, filii quondam Arnoldi de Bladel, atque Hermannum, filium quondam Henrici Willemss., maritum et tutorem legitimum Zoete, sue uxoris, filie dicti quondam Egidii de Bladel, dudum acquisierat, prout litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Arnoldi de Zambeeck, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis octo libris pagamenti communis hereditariorum censuum, quas dictus Henricus ex premissis dudum vendiderat aut solvere promiserat, ut dicebat. Promiserunt insuper dictus Henricus et cum eo Johannes, eius filius, indivisi super omnia et habenda in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris plus fore solvendum quam dicte octo libre necnon census fundi domino duci, hereditarius census sex librarum monete et hereditarius census unius et dimidie librarum antique pecunie, diversis personis exinde e iure solvendis, ut dicebat, quod ipsi hoc plus prefato Johanni de Zambeeck penitus deponent.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 316v
15 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Johannes de Zambeeck promisit super omnia et habenda dicto Henrico die Meester viginti unum peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, necnon sex libras monete a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 316v
15 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Johannes de Zambeeck promisit super omnia et habenda dicto Henrico die Meester viginti unum consimiles peters et tres libras monete predicte, a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 316v-317r
15 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Joirdaen Henricxsoen heeft oepenbaerlic bekent ende beleden als dat hii heeft ontfangen van Jacoppen Foppens. ende Lambrechten van den Kerchove alsulkenen seventien gouden Rijnsgulden, als dieselver Jacop ende Lambert als borgen geloeft hadden den voirs. Joirdaenen voir Jannen van Echtelt, bourgermeester tot Boemel, die bynnen desen stad ter instancie desselfs Joirdens arresteert was aengaende der zaken diere van Boemel ende des heren van Buchoven, alse seeghden, ende schaut dair af quyt den voirs. Jacoppen ende Lambrechten, den voirs. Jannen van Echtelt, die voirs. van Boemel ende alle anderen dair af quytancie behoevende, sonder argelist.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 317r
16 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Godefridus, filius quondam Godescalci Goyartszoen, hereditarie vendidit Christiano, filio quondam Henrici dicti van den Bogart, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex quodam prato, unam diurnatam prati vel circiter continente, sito in parochia de Gestel, prope Herlaer, in loco dicto in de Rumelsche Beemden, inter hereditatem Lamberti Millinc ex uno et fine uno et inter hereditatem fabrice ecclesie de Gestel predicta ex alio, tendente cum fine reliquo ad quoddam pratum, dictum die Haer, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XVI$^{ta}$ februarii.

R1271, fol. 317r
16 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetuis temporibus cum et mediante viginti peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia seu moneta quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabit absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 317r
16 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Johannes, filius quondam Johannis Wautgerszoen, domum, aream, horreum et ortum ac hereditatem sibi adiacente, tres lopinatas terre vel circiter continente, sitos in parochia de Berlijkem, ad locum dictum aent dBraecvenne, inter quandam communem aquam ibidem, dictam dBraecvenne, ex uno et inter communitatem ibidem alias undique adiacentem, quos domum, aream, horreum, ortum ac hereditatem predictos supradictus Johannes erga Arnoldum, filium quondam Nycolai dicti Coel Geritssoen, dudum ad pactum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Petro, filio quondam Johannis dicti Rycout Meeussoen, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis oneribus in dictis litteris contentis, que onera dictus Petrus exnunc deinceps perpetue dabit et solvet ac dare et

solvere tenebitur sic et taliter quod dicto Johanni ad et supra se et reliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuro, prout dictus Petrus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 317r-317v
16 februari 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum Willelmus Schymans, filius quondam Willelmi, tamquam maritus et tutor legitimus Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Henrici van Houthem, hereditarie vendidisset Johanni, filio quondam Gerardi Tyelmanszoen, calcifici, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie ad primam diem mensis maii et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, septem lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Scijnle, ad locum dictum aent dWybosch, inter hereditatem Bartholomei die Smyt ex uno et inter hereditatem Henrici van den Hoevel ex alio, item ex pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dicta dat Houbraken, sita in parochia et loco predictis, ad locum dictum dat Gemeyn Velt, inter hereditatem Luce de Houthem ex uno et inter hereditatem Johannis van Houthem ex alio, item ex duobus iugeribus terre paludialis, sitis in dicta parochia, ad locum dictum Errenborch, inter hereditatem investiture de Hezewyc ex uno et inter hereditatem Eve van den Weteringen ex alio, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Johannes, filius quondam Arnoldi dicti van den Weteringen, proprietarius pro tempore contrapignorum predictorum, pratum quoddam, duo bonaria prati vel circiter continens, ad ipsum, ut dicebat, spectans, situm in dicta parochia de Scijnle, ad dictum locum aent dWybossche vocatum, dictum communiter die Dorren Donck, inter communem plateam ex uno et fine uno et inter quedam prata, dicta die Haertbeemde, ex alio, tendens ad hereditatem Gerardi dicti van den Haigen cum fine reliquo, ad maiorem securitatem solutionis supradicte pactionis ad pignus imposuit et pro solutione eiusdem pactionis iure hereditario firmiter obligavit, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere, unacum contrapigneribus predictis.
Testes Millinc et Berkel, datum XVI$^{ta}$ februarii.

R1271, fol. 317v
16 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Willelmus van den Hautart, filius naturalis quondam Arnoldi dicti Peterss. van den Hautart, duos modios siliginis annui et hereditarii pactus et redditus, quos dictus quondam Arnoldus dare et solvere promiserat dicto Willelmo, suo filio, nomine dotis, singulis annis ex omnibus bonis suis, mobilibus et immobilibus, hereditariis et paratis, ubicumque locorum consistentibus et ad ipsum quondam Arnoldum pertinentibus, hereditarie supportasset Johanni dicto van den Zijdewijnden, filio naturali quondam Johannis dicti van der Zijdewijnden, prout in litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Daniel, filius quondam Johannis, filii dicti quondam Johannis van den Zijdewijnden, Ambrosius, filius quondam Nycolai Broess., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, et Henricus dictus Scheerenbeeck Arntss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis, filii quondam Johannis van den Zijdewijnden, pro se ipsis et suis coheredibus, dictos duos modios siliginis hereditarie pactus et redditus hereditarie supportaverunt Mathie, filio Lamberti dicti Stoters, simul cum dictis

litteris, instrumento et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum, dictarum Mechtildis et Katherina, necnon ex parte dicti quondam Johannis van den Zijdewijnden, eorum avi, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 317v-318r
16 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum[44] sit universis quod cum ita actum esset ut in contractu immediate precedenti et fiat relatio ex eodem, a principio usque 'ibi', simul cum dictis litteris, et tunc sit constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Henricus, filius quondam Arnoldi Maess., palam recognovit et publice confessus est quod ipse tamquam proprietarius pronunc habet et possidet et manutenet domum, aream et ortum ac hereditates sibi mutuo coadiacentes, duas et dimidiam modiatas terre vel circiter continentes, sitos in parochia de Scijnle, in loco dicto in de Hautart, inter hereditatem liberorum quondam Johannis Penninx ex uno et inter hereditatem Hermanni, filii Petri van den Hautart, ex alio, tendentes a communi platea ad hereditatem reliquam seu pratum dicti Henrici, et quod ipse de et ex eisdem domo, area, orto ac hereditatibus iam dictis tamquam ex veris contrapigneribus supradictorum duorum modiorum siliginis hereditarii pactus eosdem duos modios siliginis ultra viginti annos et interim dicto Johanni van den Zijdewijnden solvere consueverat et tenebatur atque annuatim et hereditarie in festo Purificationis solvere et in Buscoducis tradere tenetur, et astrictus est, promittens super omnia et habenda ratam servare et non contravenire.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 318r
16 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Henricus, [45] filius quondam Arnoldi dicti Maessoen, hereditarie vendidit dicto Mathie hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX$^{ti}$ octo, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccen, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere tradendum de et ex supradictis domo, area, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, duas et dimidiam modiatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia et loco contractu iam predicto nominatis; item ex quodam campo terre pascualis, tria bonaria terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sito ibidem, inter hereditatem liberorum dicti quondam Johannis Penninc predictorum ac hereditatem heredum quondam Johannis van den Zijdewijnden ex uno et inter hereditatem Arnoldi Brants ex alio, tendente ab hereditate reliqua dicti venditoris ad hereditatem Lamberti van den Hautart; item ex quodam prato, tria bonaria terre vel circiter continente, eiusdem

[44] *in de marge fol. 318r, d.d. 20 november 1607*: Pactio duorum modiorum siliginis in hoc contractu comprehensa, redempta et acquitata est ad manus Johannis Willemsoen Bloemarts, tamquam procurationem habentis, ut dicebat, prout latius in alio prothocollo continentur literas originales. Actum XX$^{a}$ novembris anno XVI$^{C}$ septimo. Me teste L. van Kessel.
[45] *in de marge d.d. 20 november 1607*: Census sex florenorum redemptus et acquitatus est ad manus Johannis Willemsoen Bloemarts, tamquam procurationem et actionem habentis, ut dicebat, per Henricum Diercxz. tamquam propretarium contrapignorum. Actum XX$^{a}$ novembris anno XVI$^{C}$ septimo. Me teste L. van Kessel.

venditoris, sito in parochia de Dynther, inter hereditatem liberorum quondam Egidii Arntss. ex uno et inter hereditatem heredum quondam Huberti Stanss. et quorundam aliorum ex alio, tendente a quodam aggere, dicto den Kilsdoncschen Dyck, ad communem aquam ibidem, die Aa vocatam; item ex quodam campo, duo bonaria terre vel circiter continente, sito parochia de Scijnle predicta, in dicto loco, die Hautart vocato, inter hereditatem dictorum liberorum Johannis Penninx ex uno et inter communem stegam ex alio, tendente ab hereditate Lamberti van den Hautart ad hereditatem Theoderici Ghijbens., ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi, duobus modiis siliginis hereditarie pactionis, decem libris pagamenti hereditarii census, undecim lopinis siliginis hereditarie pactionis, hereditario censu quatuor florenorum Renensium minus quarta parte unius floreni ex domo, area, orto ac hereditatibus predictis, atque hereditario censu decem librarum monete vel circiter atque censibus fundi ex dictis campis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 318r-318v
16 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante centum consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XVI$^{ta}$ februarii.

R1271, fol. 318v
16 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Arnoldus, filius quondam Arnoldi Hellincx, ab eodem quondam Arnoldo et Jutta, sua uxore, filia quondam Lamberti dicti Slaets, pariter de primo thoro eiusdem Jutte, pariter genitus, et Henricus, filius quondam Lamberti Henricxs., ab eodem quondam Lamberto et dicta Jutta, sua uxore, de secundo vero thoro eiusdem Jutte, pariter genitus, peciam terre arabilis, sex et dimidiam lopinatas terre vel circiter continentem, sita *(sic)* in parochia de Gemonden, in loco dicto Heyntkens Loect, inter hereditatem heredum quondam Henrici die Raet et quorundam aliorum ibidem ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis, filii quondam Lamberti Slaets, ex alio, tendentem a communi platea ad hereditatem dictorum heredum quondam Henrici die Raet, ut dicebant, hereditarie vendiderunt Johanni, filio quondam Johannis, filii dicti quondam Johannis Lambert Slaetss., ab eodem, promittentes super omnia et habenda divisi, videlicet dictus Arnoldus pro duabus terciis partibus et dictus Henricus pro una tercia parte, warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis oneribus infrascriptis, videlicet censu fundi ad tres stuferos ascendente domino de Herlair, hereditaria pactione duorum sextariorum siliginis conventui sancte Clare in Buscoducis atque oneribus, dictis geworven gelde, ville de Gestel prope Herlair, necnon tribus sextariis siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione unius modii siliginis, quam pactionem unius modii siliginis iam dictam quidam Petrus dictus Reyntkens, sartor, ex dicta pecia terre et quibusdam aliis hereditatibus annuatim solvendis habet, ut dicebant, que tria sextaria siliginis hereditarie pactionis iam dicta de dicta pactione unius modii siliginis dictus Johannes exnunc deinceps dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dictis Arnoldo et

Henrico, fratribus, ad et supra se et bona sua reliqua atque Henrico, filio Gysberti Willemss., ad et supra se et domum, aream et ortum ac hereditates sibi adiacentes, sitos in parochia de Gemonden, in tribunali de Scijnle, quos dictus Henricus erga dictum Arnoldum Hellinx hodierna die coram scabinis in Buscoducis acquisierat, dampna exinde non eveniant in futuro, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus atque eidem Henrico, filio Gysberti Willemss., promisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 318v
16 februari 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Theodericus, filius quondam Bernardi dicti Byekenss., duo et dimidium hont ac quartam partem unius hont terre vel circiter, sita in parochia de Littoyen, in loco dicto in den Ertstsetel, inter hereditatem conventus sancte Geertrudis in Buscoducis ex uno et inter hereditatem heredum quondam Bernardi Berssen ex alio, tendentia a quodam aggere, dicto den Polredyck, ad hereditatem dictorum heredum, ut dicebat, hereditarie vendidtit Willelmo, filio quondam Henrici Willemss., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus dictis zegedycken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis, et ad iam premissa e iure spectantibus, ut dicebat.
Testes Millinc et Borchgreve, datum XVI$^{ta}$ februarii.

R1271, fol. 319r
16 februari 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Dictus Willelmus, filius quondam Henrici Willemss., unum iuger terre vel circiter, situm in parochia de Maren, in loco dicto in Weyndelen Goert, inter hereditatem fabrice ecclesie de Maren ex uno et inter hereditatem Symonis Wouterss. ex alio, tendens a stega dicta die Goertsche Stege, ad quoddam novum fossatum ibidem, dictum den Nyewen Grave, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Theoderico, filio quondam Bernardi Byekens, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus dictis zegedijcken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dictum unum iuger terre e iure spectantibus, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 319r
*deze akte is onvolledig*

Supradictus Arnoldus, filius quondam Arnoldi Hellinx, campum terre mericalis, unum et dimidium bonaria terre vel circiter continentem, situm in parochia de Scijnle, iuxta locum dictum opt Creyen Spot, inter hereditatem Johannis, filii quondam Johannis Lambert Slaetss., et quorundam aliorum ex uno et inter hereditatem Katherine, relicte quondam Johannis Huyben, et eius liberorum cum pluribus aliis ex aliis *(sic)*, tendentem a quadam communi palude, dicta tGemeyn Broeck, ad he.

R1271, fol. 319r
16 februari 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Supradictus Arnoldus, filius quondam Arnoldi Hellincx, campum terre mericalis, unum et dimidium bonaria terre vel circiter continentem, situm in parochia de Scijnle, iuxta locum dictum op tCreyenspot, inter hereditatem Johannis, filii quondam Johannis Lambert Slaetss., et quorundam aliorum ex uno et inter hereditatem Mathie Goessenss. cum pluribus aliis ex alio, tendentem a communi palude, dicta tGemeyn Broeck, ad hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, ut dicebat, hereditarie vendidit Johanni seniori, filio quondam Johannis dicti de Rode, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad unum stoterum ascendente, necnon tribus sextariis siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione unius modii siliginis, quam pactionem pactionem (*sic*) unius modii siliginis iam dictam quidam Petrus dictus Reyntkens, sartor, ex campo predicto et quibusdam aliis hereditatibus annuatim solvendam habet, ut dicebat, et que tria sextaria siliginis hereditarie pactionis predicta, de dicta pactione unius modii siliginis, dictus Johannes, filius quondam Johannis de Rode, exnunc deinceps ex dicto campo dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur, sic et taliter, quod dicto Arnoldo et Henrico, suo fratri, ad et supra se et bona sua, atque Henrico, filio Ghiselberti Willemss., ad et supra se et domum, aream, ortum ac hereditates sibi adiacentes, sitos in parochia de Gemonden, in tribuali de Scijnle, quos dictus Henricus erga dictum Arnoldum Hellinx hodierna die coram scabinis in Buscoducis acquisierat, dampna exinde non eveniant in futuro, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Arnoldo, venditori, et Henrico, suo fratri, ac eidem Henrico, filio Ghiselberti Willemss., repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 319r-319v
16 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Idem Arnoldus, filius quondam Arnoldi Hellinx, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Johannis de Rode, peciam terre arabilis, tres lopinatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Gemonden, iuxta ecclesiam ibidem, inter hereditatem Henrici van den Steen ex uno et inter hereditatem fabrice ecclesie de Gemonden ex alio, tendentem ab hereditate Godefridi dicti Grieten van Overbeeck ad hereditatem Goeswini Evertss., item adhuc peciam terre arabilis, unam et dimidiam lopinatas terre vel circiter continentem, sitam in dicta parochia, ad locum dictum Aen den Gelenberch, inter hereditatem heredum quondam Jacobi Gysels ex uno et inter hereditatem ad mansum, dictum sWuesten Hoeve, spectantem ex alio et fine uno, tendentem cum fine reliquo ad hereditatem Arnoldi dicti de Campen, quadam communi via interiacentem, ut dicebat, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Mathei dicti Gybenzoen, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno sextario siliginis investito de Gemonden, dimidia libra pagamenti fabrice ecclesie de Orthen, atque onere denariorum, dictorum van den geworven gelde, ville de Gestel prope Herlair, annuatim exinde e iure solvendis, atque onere conservandi quartam partem unius virgate aggeris, dicti des Herlairsche dyck, in eodem aggere conservandi, atque duobus sextariis siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione unius modii siliginis, quam pactionem unius modii siliginis iam dictam quidam Petrus dictus Reyntkens, sartor, ex dictis peciis terre et quibusdam aliis hereditatibus annuatim solvendam habet, ut dicebat, et que duo sextaria terre iam dicta dictus Henricus, emptor, exnunc deinceps de et ex dictis duabus peciis terre annuatim dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dicto Arnoldo, venditori, et Henrico, suo fratri, ad et supra se et bona sua, atque dicto Henrico, filio

Ghysberti Willems, ad et supra se et domum, aream etcetera, et cetera ulterius, ut supra in contractu precedenti, dampna exinde non eveniant in futuro, prout dictus Henricus, filius quondam Mathie Gybens. hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori et Henrico, suo fratri, ac dicto Henrico, filio Ghysberti Willemss., promisit.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XVI[ta] februarii.

R1271, fol. 319v
16 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Dictus Arnoldus, filius quondam Arnoldi dicti Hellinx, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Elisabeth, sue uxoris, peciam terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Gemonden, in tribunali de Gestel, inter hereditatem Godefridi dicti Grietenzoen van Overbeeck ex uno et inter hereditatem Godefridi, filii Egidii dicti sGruyters, ex alio, tendentem ab hereditate Katherine, relicte quondam Johannis Huyben, et eius liberorum ad hereditatem Katherine, relicte quondam Jacobi de Oirschot, et eius liberorum, item adhuc campum terre pascualis, duo bonaria terre vel circiter continentem, situm in parochia de Scijnle, in loco dicto in Eylde, inter hereditatem Johannis dicti Arntss. ex uno et inter hereditatem heredum quondam Jacobi Ghyzels ex alio, tendentem ab hereditate Laurencii dicti Evertssoen ad communem plateam, ut dicebat, hereditarie vendidit Johanni iuniori, filio quondam Johannis de Rode, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus libris communis pagamenti hereditarii census ex dicta pecia terre atque censu fundi ad octo denarios, butkens vocatos, ascendente atque hereditario censu sex librarum monete, ex dicto campo annuatim e iure solvendis, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 319v-320r
16 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Dictus Arnoldus, filius quondam Arnoldi Hellinx, domum, aream et ortum ac hereditates sibi coadiacentes, undecim lopinatas terre vel circiter continentes, sitos in parochia de Gemonden, in tribunali de Scijnle, inter hereditatem Henrici dicti Kerijs ex uno et inter hereditatem Marie, relicte quondam Johannis de Vucht, et eius liberorum ex alio, tendentes ab hereditate Lyefkine dicte Lyefken, relicte quondam Rodolphi dicti Goyens, ad communem plateam, ut dicebat, hereditarie vendidit Henrico, filio Gysberti dicti Willemss., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad duos et dimidium grossos antiquos ascendente, hereditario censu trium librarum monete, uno denario, stoeter communiter vocato, et hereditaria pactione duorum modiorum siliginis, annuatim ex premissis diversis personis e iure solvendis, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 320r-321r
16 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Godefridus et Jacobus, fratres, liberi quondam Egidii dicti de Bladel, filii quondam Arnoldi de Bladel, Johannes et Laurencius, fratres, liberi quondam Johannis de Bladel, et Godefridus dictus Strick, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hadewigis, sue uxoris, filie

quondam Arnoldi de Bladel, Wellinus dictus Last, filius quondam Arnoldi dicti Last, Johannes, filius quondam Reyneri Willemss. des Sadelmekers, carnifex, Johannes, filius quondam Godefridi dicti de Lytt, pellifex, Willelmus, filius quondam Bartholomei dicti Quattels, Jacobus, filius quondam Johannis Jacopssoen, Willelmus, filius quondam Johannis Meeuss. alias de Doern, et Henricus, filius Johannis dicti Evertszoen, quendam mansum cum suis attinentiis universis, videlicet in primis domum, horreum et alia edificia ibidem, cum eorum fundis, ortis et hereditatibus sibi coadiacentibus, partim arabilibus et partim pascualibus, cum suis fossatis, lignis ac lignicrescentiis desuper consistentibus ac crescentibus, sitis in parochia de Hees, ad locum dictum die Raect, inter hereditatem olim Lamberti dicti van den Hoeven, nunc vero Lamberti Peterss., ex uno versus occidens et cum uno fine ad iuxta *(sic)* communem plateam seu stegam, dictam die Raectschestege, et alias undique ad communitatem ville de Hees; insuper peciam terre, partim arabilis et partim pascualis, sitam in dicta parochia, inter hereditatem Johannis dicti Stegemans ex uno et inter hereditatem Nycolai Lambertzoen ex alio, tendentem a dicta stega, die Raectsche stege vocata, ad communitatem de Hees predictam; item agrum terre, dictum den Paeusacker, decem et octo lopinatas terre vel circiter continentem, situm in dicta parochia de Hees, inter hereditatem abbatis et conventus de Berna ex uno et inter hereditatem Arnoldi Wautgerss. ex alio, tendentem ab hereditate Willelmi Geritss. ad hereditatem Johannis, filii quondam Lamberti Meliss.; item peciam terre, duas vasatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Geffen, retro locum dictum After den Elshoff, inter hereditatem Heymerici Henricxs. Pertcoeper ex uno et inter quandam communem viam, dictam den Luyenwech, ex alio, tendentem ab hereditate Petri Broeszoen ad hereditatem Willelmi Bernt Goessenss.; item peciam terre, duas et dimidiam vasatas terre vel circiter continentem, sitam in iam dicta parochia de Geffen, inter hereditatem dicti Petri Broeszoen ex uno et inter hereditatem olim Johannis, filii quondam Theoderici de Herstel, ex alio, tendentem ab hereditate Rodolphi Dircxs. dicti In den Elshoff, ad hereditatem olim heredum quondam Ambrosii Robben, nunc vero domicelle Esbene, relicte quondam Rutgeri Berwouts; item peciam terre, dictam dat Smael Stuck, unam et dimidiam vasatas terre vel circiter continentem, sitam in iam dicta parochia, inter hereditatem Johannis Corstiaenss. van Broegel ex uno et inter hereditatem Petri Lambrechtss. ex alio, tendentem ab hereditate Symonis, filii quondam Petri van den Zande, ad quandam peciam terre, dictam een driesken; item adhuc peciam terre, unam et dimidiam vasatas terre vel circiter continentem, sitam ibidem inter hereditatem Hille, relicte quondam Engberti de Zochel, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Godescalci dicti van den Poel ex alio, tendentem a communi via ad dictam peciam terre, dat Driesken vocatam; item adhuc peciam terre, dictam Fyen Hostadt, unam et dimidiam vasatas terre vel circiter continentem, sitam in iam dicta parochia de Geffen, inter hereditatem Petri, filii quondam Johannis Peterssoen, ex uno et inter quandam hereditatem, dictam enen Driess, ex alio, tendentem ab hereditate Nycolai, filii quondam Lamberti de Zochel, ad communem plateam; item peciam terre, sextariatam terre vel circiter continentem, sitam in iam dicta parochia, inter communem plateam ex uno et inter quandam stegam, dictam die Raectsche stege, ex alio; item adhuc peciam terre, sex vasatas terre vel circiter continentem, sitam ibidem, inter iam dictam stegam ex uno et inter dictam communem plateam seu viam ex alio; item peciam terre, dictam communiter dat Drieslant, quinque vasatas terre vel circiter continentem, sitam ibidem, ad locum dictum die Geffensche Driessen seu die Aude Driessen; item adhuc duas pecias terre mericalis cum suis fossatis, unam et dimidiam vasatas terre vel circiter pariter continentes, sitas in parochia de Hees predicta, inter hereditatem Hermanni et Petri, fratrum, liberorum quondam Johannis de Uden, ex uno et inter quasdam hereditates, dictas die Heyvelden, ex alio, tendentes a quadam hereditate, dicta den Elsschen Geer, ad quandam stegam, dictam die Elsche Stege; insuper quatuor iugera terre paludialis vel circiter, sita in parochia de Nuwelant, retro locum dictum After Nuwelant, inter hereditatem Johannis

Bloyman et Johannis Corstiaenss. versus occidens ex uno et inter hereditatem eiusdem Johannis Corstiaens ac hereditatem, olim Franconis de Langel, nunc eius heredum, versus oriens ex alio, tendentia ab aggere, dicto den Hoofdyck, ad hereditatem dicti Johannis Corstiaenss., prout et quemadmodum premissa unacum fruitione cuiusdam stege, dicte die Raettsche stege, ac omnibus aliis iuribus et attinentiis eorundem, singulis et universis, in ea qualitate qua ibidem sita sunt et ad quondam Jacobum, filium quondam Johannis, filii quondam Willelmi de Loen, per prius et depost ad Wolteram, relictam eiusdem quondam Jacobi, atque ad Johannem Pynappel Boudewijnssoen, ultimum maritum eiusdem quondam Woltere, dum vixerat, spectare consueverant et pronunc ad dictos venditores et suos coheredes spectare dinoscuntur, ut dicebant; insuper quascumque bestias, equos, oves, pecora ac cetera bona mobilia eorundem venditorum ac suorum coheredum, pronunc supra dictum mansum existentia, ut dicebant, hereditarie vendiderant Willelmo de Achel, filio quondam Gerardi de Achel, ab eodem Willelmo, emptore, ad statim libere apprehendendos et iure hereditario possidendos, supportaverunt et effestucando, promittentes dicti venditores super omnia et habenda divisi, videlicet dicti Godefridus et Jacobus, fratres, Johannes et Laurencius, fratres, et Godefridus Strick, indivisi pro una quinta parte, necnon dicti Wellinus Last, Johannes Reyners, Johannes de Lytt, Willelmus, filius quondam Bartholomei Quattels, Jacobus, filius quondam Johannis Jacopszoen, Willelmus, filius quondam Johannis Meeuss., et Henricus, filius quondam Johannis Everitss., indivisi pro aliis quatuor quintis partibus, warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad dimidium stuferum vel circiter taxatum domino nostro duci, tribus denariis, blancken vocatis, vicinis de Hees, hereditaria pactione trium maldrorum siliginis Adriano dicto Barthouts, annuatim exinde e iure solvendis, atque aggeribus, dictis zegedycken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad premissa e iure conservandi spectantibus, ut dicebant. Promiserunt insuper dicti venditores sub obligatione premissa divisi, videlicet omnino ut iam supra, quod ipsi huiusmodi quotam, quam premissa habent solvenda et portanda ac etiam redimenda cum vicinis de Hees in certis expositis denariis ex causa priorum gwerrarum inter opidum de Buscoducis et prionum Gelrensem dudum existentium, dabunt, solvent et rediment, necnon dare, solvere ac redimere tenebuntur, vulgariter dicens, dat zij alsulkenen quote als die voirs. gueden hebben te gelden ende te lossen metten nabueren van Hees als in den geworven penningen ende oick van brantscatten oft verdingelt, geloeft ten ocsuyn van den iersten oirloge van Gelre, sullen gelden betalen ende aflossen sic et taliter quod premissa bona ea occasione manebunt perpetue deonerata et quod dicto Willelmo de Achel ad et supra se et bona pretacta dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Raess. et Berkel, datum XVI$^{ta}$ februarii.

R1271, fol. 321r-322v
16 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Supradicti venditores, de quibus supra nominibus, mansum quendam cum suis attinentiis, in primis videlicet domum, horreum, ortum et alia edificia desuper consistentia, cum eorum fundis, necnon hereditates cum suis fossatis et lignicrescentiis sibi invicem coadiacentibus, sitos in parochia de Hees, inter hereditatem abbatis et conventus de Berna versus oriens ex uno et inter quandam plateam, dictam die Zantstraet, versus boream, et inter quandam stegam, dictam die Raectschestege, versus occidens, atque inter communitatem de Hees; item quendam agrum, dictum den Beeckschen Camp, partim terre arabilis et partim mericalis, viginti sex vasatas terre vel circiter continentem, situm in parochia de Geffen, inter quandam plateam, dictam die Zantschestraet predictam, ex uno et inter mericam de Geffen, dictam die Breede Heye, ex alio, tendentem a quadam communi stega ad agrum mericalem

infrascriptum; item iam dictum agrum terre mericalis, situm ibidem, inter dictum agrum, den Beeckschen Camp vocatum, ex uno, tendentem cum uno fine ad dictam plateam die Zantschestraet, et alias undique ad dictam mericam de Geffen; item peciam terre, dictam den Breemhoff, et peciam terre, dictam den Geer, cum suis fossatis sibi mutuo adiacentes, sitas in iam dicta parochia, inter hereditatem Katherine et Engele, sororum, dictarum Mannarts kijndere, ex uno et inter communem viam ex alio, tendentes ab hereditate Jacobi Marcelis alias dicti Dranarts ad hereditatem Petri dicti Broess.; item peciam terre, dictam den Duven Koetell, tres vasatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Geffen predicta, inter hereditatem Wolteri dicti Broess. ex uno et inter hereditatem Rycoldi, filii quondam Engberti de Zochel, ex alio, tendentem a quadam communi via ad quandam hereditatem, dictam een Driesken; item unam vasatam terre vel circiter, sitam in iam dicta parochia de Geffen, ad locum dictum Aen de Crom Willigen, inter hereditatem Petri dicti Faessen ex uno et inter hereditatem Lamberti Maeszoen ex alio, tendentem ab hereditate Heymerici Henricxs. Pertcoeper ad hereditatem Lamberti Mannarts; item peciam terre, unam vasatam terre vel circiter continentem, sitam in iam dicta parochia, inter hereditatem dicti Lamberti Mannarts ex utroque latere, tendentem ab hereditate Arnoldi de Tuyll ad hereditatem vicarie ecclesie de Geffen; item duas vasatas terre vel circiter, sitas ibidem, inter hereditatem dicti Lamberti Mannarts ex uno et inter hereditatem dictarum Katherine et Engele, sororum, dictarum Mannarts kijndere, ex alio, tendentem ab hereditate olim Ambrosii dicti Robben, nunc vero domicelle Elsbene, relicte quondam Rutgeri Berwouts, ad hereditatem Willelmi, filii quondam Theoderici dicti Ghybenzoen; item dimidiam vasatam terre vel circiter, sitam in dicta parochia de Geffen, retro locum dictum Int Elschot, inter hereditatem Johannis Corstiaens ex uno et et *(sic)* inter hereditatem Willelmi Goyens ex alio, tendentem ab hereditate liberorum quondam Jacobi Arntss. ad hereditatem pauperum de Geffen; item unam et dimidiam vasatas terre vel circiter, sitam in iam dicta parochia, inter hereditatem Arnoldi dicti Bernts ex uno et inter hereditatem ecclesie de Geffen ex alio, tendentem ab hereditate olim Ambrosii Robben ad hereditatem Willelmi dicti Danels; item tres strepas terre cum suis fossatis, quatuor vasatas terre vel circiter continentes, sitas in dicta parochia de Geffen, inter quandam viam, dictam den Osseren wech, ex uno et inter hereditatem Johannis Bloyman, quodam aqeductu interfluenti, ex alio, tendentes ab hereditate Henrice, relicte quondam Johannis Claes Grootenzoen, ad hereditatem Johannis de Tuyll, Rutgeri Janss. et plurium aliorum ibidem; item peciam terre, dictam dat Cromstuck, duas et dimidiam vasatas terre vel circiter continentem, sitam in iam dicta parochia, inter hereditatem Willelmi, filii quondam Bartholomei Janss., ex uno et inter hereditatem Ade dicti Heezen ex alio, tendentem a quadam communi via ad hereditatem Adriani dicti Pouwelss.; item unam et dimidiam vasatas terre vel circiter, sitas ibidem, inter hereditatem Petri Goessenss. ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti de Hoemen ex alio, tendentem ab hereditate Mathei Damen alias dicti Ghyben ad communem viam ibidem; item peciam terre, sitam ibidem, inter hereditatem dicti Petri Goessenss. ex uno et inter hereditatem Gerardi, filii quondam Johannis Roelofss., ex alio, tendentem ab hereditate Lamberti, filii quondam Johannis sWeverszoen, ad hereditatem Jacobi, filii quondam Johannis Jacopss. predicti; item peciam terre, dimidiam vasatam terre vel circiter continentem, dictam dat Driesken, sitam ibidem, inter hereditatem iam dicti Jacobi ex uno et inter hereditatem Lamberti sWevers predicti ex alio, tendentem a quadam communi via ad hereditatem dicti Petri Goessens; item adhuc peciam terre, dimidiam vasatam terre vel circiter continentem, dictam dat Driesken, sitam ibidem, inter hereditatem prefate Henrice, relicte quondam Johannis Claes Grootens., ex uno et inter hereditatem Johannis Bloyman ex alio, tendentem ab hereditate Wolteri Broess. ad communem plateam; item peciam terre sextariatam terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Hees, ad locum dictum Aen den Vossberch, inter hereditatem Willelmi Geritszoen ex uno et inter hereditatem Marie, filie quondam Theoderici Kepkens, ex alio, tendentem a communi via ad

quendam campum, dictum Zeriis Camp, ad fabricam ecclesie de Hees spectantem; item peciam pascue, sitam in iam dicta parochia de Hees, in loco dicto in de Raect, inter hereditatem Nycolai Lambrechss. ex uno et inter hereditatem Henrici de Zochel ex alio, tendentem a quadam stega, dicta die Raectsche stege, ad mericam ville de Hees; item peciam pascue, sitam ibidem, inter hereditatem dicti Henrici de Zochel ex uno et inter hereditatem Arnoldi Wautgerss. ex alio, tendentem a iam dicta stegam ad dictam mericam; item adhuc peciam pascue, sitam ibidem, inter hereditatem eiusdem Arnoldi Wautgers ex uno et inter hereditatem Lamberti Peterss. ex alio, tendentem a iam dicta stega ad dictam mericam; item adhuc peciam pascue, sitam ibidem, in loco dicto In de Nyewe Raect, inter hereditatem conventus sororum opten Wyntmoelenberch in Buscoducis ex uno et inter hereditatem dicti Lamberti Peterss. ex alio, tendentem a stega predicta, die Raectsche stege vocata, ad dictam mericam de Hees; item sex strepas terre pascualis, et unam peciam, dictam dat Geerken, tres pastus, dictos scharen, vel circiter continentes, sitas in dicta parochia de Hees, in dicto loco, In de Raect vocato, inter hereditatem Wolteri, filii quondam Lamberti Meliss., ex uno et inter hereditatem Arnoldi Wautgerss. et Petri, filii quondam Johannis Peterss., ex alio, tendentem a stega sepedicta ad quasdam hereditates, dictas die Zochelsche Velden, ad conventum fratrum Carthusiensium in Vucht spectantes; item adhuc unum iuger terre vel circiter, situm in parochia de Nulant, in loco dicto in de Gemeyn Hoeven, inter hereditatem Adriani Pouwelss. ex uno latere et tendit ab aggere, dicto den Hoofdyck, ad quendam aqueductum, dictum sHertogen Weteringe; item quendam campum terre, duo iugera terre vel circiter continentem, situm in parochia de Nulant, ad locum dictum Aen de Donck, inter hereditatem Petri Broess. ex uno et inter quendam aggerem, dictum den Zeeghdyck, ex alio, tendentem ab hereditate Delyane Kepkens, relicte quondam Henrici die Coster in Geffen, ad aggerem, dictum den Hoofdyck; item dimidium iuger terre, situm in parochia de Geffen predicta, in loco dicto Int Oistengeslach, inter hereditatem Gerardi, filii quondam Johannis Roelofssoen, ex uno et inter hereditatem Johannis Bloyman ex alio, tendentem a communi platea ad hereditatem Willelmi de Hees alias dicti die Coninck; item dimidium iuger terre in quodam campo, pariter quatuor iugera continente, spectante ad Petrum Broess., situm in parochia de Nulant, versus occidens, inter hereditatem Petri Broess. ex utroque latere, tendens ab hereditate Rutgeri Janss. ad aggerem, dictum den Hoofdyck, simul etiam cum fruitione cuiusdam stege, dicte die Raectsche stege, prout et quemadmodum premissa, cum singulis aliis suis iuribus et attinentiis universis, videlicet in ea qualitate qua ibidem sita sunt et ad quondam Jacobum, filium quondam Johannis, filii quondam Willelmi de Loen, per prius, et depost ad Wolteram, relictam eiusdem quondam Jacobi, atque ad Johannem Pynappel Boudewynss., ultimum maritum prefate Woltere, dum vixerat, spectare consueverant et pronunc ad dictos venditores et suos coheredes spectare dinoscuntur; insuper quascumque bestias, equos, pecora ac cetera bona mobilia eorundem venditorum et suorum coheredum ad et supra dictum mansum existentia, ut dicebant, hereditarie vendiderant Willelmo de Achel, filio quondam Gerardi de Achel, ab eodem, ad statim libere apprehendenda et iure hereditario possidenda, supportaverunt etcetera, promittentes dicti venditores super omnia et habenda divisi per totum ut supra in contractu precedenti warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad duos denarios, Gwillelmusthuyn vocatos, taxatis domino de Geffen, tribus denariis, stuvers vocatis, minus oirtkino vicinis de Hees, quinque denariis, stuvers vocatis, ecclesie de Geffen, item septem consimilibus stuferis investito de Nulant, atque septem huiusmodi stuferis capitulo in Buscoducis, item sedecim solidis communis pagamenti Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, item septem stuferis ac hereditaria pactione unius modii siliginis heredibus Gerardi Kersmekers, item hereditaria pactione dimidii modii siliginis cuidam mulieri commoranti in Buscoducis in platea Putei, item hereditarie pactione dimidii modii siliginis heredibus quondam Jacobi Spikers necnon hereditaria pactione unius sextarii siliginis Johanni die Moller in Os, annuatim exinde eo iure solvendis, atque aggeribus, dictis

zegedijcken, slusis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad premissa e iure conservandi spectantibus, ut dicebant. Promiserunt insuper dicti venditores sub obligatione premissa divisi, videlicet omnino ut iam supra, quod ipsi huiusmodi quotam quam premissa, habent solvendi et portandi ac etiam redimendi cum vicinis de Hees in certis expositis denariis ex causa priorum gwerrarum inter opidum de Buscoducis et prionum Gelrensem dudum existentium, dabunt, solvent et rediment necnon dare, solvere ac redimere tenebuntur, vulgariter dicens dat zij alsulkenen quote als die voirs. gueden hebben, te gelden ende te lossen metten nabueren van Hees alias in den geworven penningen, ende oick van brantscatten oft verdingelt, geloeft ten ocsuyn van den iersten iersten *(sic)* oirloge van Gelre, zullen gelden, betalen ende aflossen sic et taliter quod premissa bona ea occasione manebunt perpetue deonerata et quod dicto Willelmo de Achel ad et supra se et bona pretacta dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Raess. et Berkel, datum XVI$^{ta}$ februarii.

R1271, fol. 322v
16 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Supradicti venditores, de quibus supra nominibus, totam partem et omne ius hereditarium ad ipsos et suos coheredes, per mortem quondam Jacobi de Loen ac Hadewigis, eius filie legitime, seu alias quovismodo advolutas atque ad ipsos promunc, ut dicebant, spectantes in quibuscumque hereditatibus paludialibus, pascualibus, arabilibus et mericalibus necnon in lignicrescentiis, sitis in parochiis de Hees, Geffen et Nulant, necnon in singulis pactionibus, censibus et redditibus ex eisdem hereditatibus seu bonis, per prius solvendis et premissis ac de post acquitatis, olim ad dictum Jacobum de Loen, Johannem de Loen, eius patrem, necnon ad Willelmum de Loen, eius avum, ac Aleydem de Loen, uxorem eiusdem Willelmi, eius aviam, spectantibus et pertinentibus, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Willelmo de Achelen predicto simul cum toto iure ipsis quovismodo competente in quibuscumque litteris, instrumentis ac aliis munimentis mentionem inde facientibus, et effestucando resignaverunt modo in talibus consueto, promittentes dicti venditores super omnia et habenda divisi, videlicet dicti Godefridus et Jacobus, fratres, Johannes et Laurencius, fratres, et Godefridus indivisi pro una quinta parte, necnon dicti Wellinus Last, Johannes Reyners, Johannes de Lytt, Willelmus, filius quondam Bartholomei Quattels, Jacobus, filius quondam Johannis Jacopssoen, Willelmus, filius quondam Johannis Meeuss., et Henricus, filius quondam Johannis Everitssoen, indivisi pro aliis quatuor quintis partibus, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum necnon ex parte suorum coheredum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 322v
16 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Willelmus de Achel predictus promisit super omnia et habenda dictis venditoribus mille centum et quadraginta unum florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, necnon quindecim consimiles stuvers, Pasche proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 323r-323v
17 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Johannes de Berkel, tamquam magister et rector pro tempore Maioris Hospitalis in Buscoducis, in presentia et de expressis consensu et voluntate Gerardi de Berkel Geritszoen, provisor pro tempore dicti Hospitalis et eo nomine potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis quondam Adriani, filii quondam Willelmi, filii quondam Willelmi de Haren, ut apparebat, peciam prati, sitam in parochia de Gestel, ad locum dictum die Zaert, inter hereditatem heredum Johannis Sloetmekers ex uno et inter hereditatem dicti quondam Adriani de Haren ex alio, dudum venditam eidem Adriano ab Arnoldo, filio quondam Goeswini van den Achter, ut videtur in litteris de Oisterwyc contineri; item adhuc pratum quoddam, dictum die Zaert, cum quadam hereditate, dicta metten Driesch, de quo quidem prato Elisabeth, filia Johannis Hillen, reliquam medietatem possidebat, sito iuxta hereditatem Henrici Pluymen et Laurencii Colen cum uno latere et iuxta hereditatem Godefridi Pluymen, Willelmi de Haren, Laurencii Colen et Godefridi Cuypers cum alio latere; item duas septimas partes unius sexte partis cuiusdam montis, dicti enen berch, et de quibus dicto Adriano quinque partes competebant, sitas circumquaque inter hereditatem eiusdem Adriani, dudum venditas dicto Adriano de Haren a Johanne, filio quondam Johannis Zwitten, ut videtur in litteris de Gestel contineri; insuper peciam terre, partim pascualis et partim mericalis, sitam in parochia de Gestel prope Oisterwyck, ad locum dictum die Zaert, inter hereditatem heredum quondam Willelmi de Haren Janss. ex uno et inter hereditatem Adriani de Haren Willemss. ex alio et utroque fine, insuper peciam terre pascualis, sitam ibidem, inter hereditatem dicti Adriani, ;undique adiacentem et que pecia terre iam dicta annuatim quondam exponitur rijdt erga aliam peciam terre eciam ibidem sitam, ad Johannem die Sloetmeker spectantem, dudum venditas dicto Adriano de Haren Willemss. a Petro et Ghiselberto, fratribus, liberis quondam Johannis Sloetmeker, et Petro Becker, filio quondam Wolteri, marito et tutori legitimo Margarete, sue uxoris, filie quondam Gerardi die Beer; item peciam terre, partim arabilis et partim pascualis, sitam in parochia de Gestel, prope Oisterwyc, ad locum dictum die Saer, inter hereditatem Adriani, filii quondam Willelmi, filii quondam Willelmi de Haren, ex uno et inter hereditatem Willelmi de Haren, filii quondam Johannis de Haeren, ex alio et fine uno, quam peciam terre iam dictam dictus Adrianus erga Willelmum et Margaretam, liberos quondam Johannis, filii quondam Gerardi dicti Belarts, Johannem, filium quondam Johannis Peterss., et Christianum, filium Reyneri Bits, emendo acquisierat, prout in diversis litteris de Buscoducis continetur; insuper peciam terre, sitam in loco dicto in den tZaert, iuxta hereditatem Adriani dicti de Haren ex uno et inter hereditatem olim Henrici Pluymen, nunc eius heredum et Adriani de Haren predicti ex alio, quam peciam tere iam dictam dictus Adrianus de Haren unacum quadam pecia terre ibidem sita, dicta een Buchtken, erga Henricum dictum Pluymen, filium quondam Henrici dicti Pluymen, acquisierat, prout in aliis litteris de Buscoducis continetur, hereditarie supportavit Lamberto Millinc simul cum dictis litteris aliis et instrumentis et iure occasione, promittens sub obligatione omnium bonorum dicti Hospitalis, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti Hospitalis ac pauperum ibidem necnon ex parte dicti quondam Adriani de Haren ac suorum heredum et successorum deponere. Promisit insuper dictus Johannes, tamquam magister dicti Hospitalis, sub obligatione premissa, in casu quo imposterum premissa dicto Lamberto via iuris evincerentur et hoc ex causa antiquarum obligationum aut promissionum ex parte vero dicti quondam Adriani de Haren aut eius heredum aut supradicti Hospitalis provenientium, quod extunc magister pro tempore eiusdem Hospitalis adstatim huiusmodi evictione facta, refundet et refundere poterit en tenebitur dicto Lamberto summam centum florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et qua refusione facta, idem Lambertus premissa magistro pro tempore dicti Hospitalis ad opus eiusdem Hospitalis hereditarie resupportabit et resupportare

tenebitur, simul cum dictis litteris et iuribus ac omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet.
Testes Berkel predictus et Borchgreve, datum XVII[a] februarii.

R1271, fol. 323v
17 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Supradictus Johannes de Berkel, tamquam magister, et in presentia, ut supra, peciam terre, sitam in parochia de Gestel, ad locum dictum die Zaert, iuxta hereditatem Adriani predicti ex uno et inter hereditatem Henrici Pluymen et dicti Adriani ex alio, quam peciam predictam dictus Adrianus unacum quadam alia pecia terre erga Henricum Pluymen, filium quondam Henrici Pluymen, dudum acquisierat, prout in litteris, et que pecia terre primodicta sita est pronunc in parochia de Gestel prope Oisterwijck, in de Zaert, et nuncupata est het Buchtken, inter hereditatem heredum quondam Adriani de Haren ex uno et inter hereditatem Lamberti Millinc, quam idem Lambertus erga magistrum Maioris Hospitalis predictum hodierna die acquisierat, ex alio, tendentem ab hereditate dicti Lamberti Millinc ad hereditatem Wolteri Bolcx, simul cum integro fossato ad et iuxta hereditatem Lamberti predicti; insuper peciam terre, sitam in parochia de Gestel prope Oisterwijck, ad locum dictum die Zaert, inter hereditatem Godefridi Cuypers ex uno et fine uno et inter hereditatem Adriani de Haren, filii quondam Willelmi, ex alio; item particulam terre, sitam inter hereditatem dicti Adriani, undique adiacentem, quas peciam terre et particulam terre ultimodictas dictus Adrianus de Haren erga Willelmum van den Hoeven, filium Johannis, emendo acquisierat, prout in aliis litteris, hereditarie supportavit Rycardo de Hoculem, simul cum dictis litteris et aliis et instrumentis et iure occasione, promittens sub obligatione omnium bonorum dicti Hospitalis, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti hospitalis et pauperum ibidem necnon ex parte dicti quondam Adriani de Haren ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere. Promisit insuper dictus Johannes de Berkel, tamquam magister dicti Hospitalis, sub obligatione premissa, in casu quo premissa dicto Rycardo imposterum via iuris evincerentur et hoc ex causa antiquarum obligationum et promissionum ex parte dicti Adriani aut eius heredum aut supradicti Hospitalis proveniencium, quod extunc magister pro tempore eiusdem Hospitalis adstatim huiusmodi evictione facta, refundet ac refundere poterit et tenebitur dicto Rycardo summam vero viginti florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et qua refusione facta, idem Rycardus premissa magistro pro tempore dicti Hospitalis ad opus eiusdem Hospitalis hereditarie resupportabit et resupportare tenebitur, simul cum dictis litteris et iuribus ac omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 323v-324r
17 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum Johannes Moyen, filius quondam Johannis Moyen, hereditarie vendidisset domino Godefrido Vestarts, filio quondam Arnoldi, hereditarium censum viginti librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste et in opido de Buscoducis ab omnibus precariis domini regis et ducis ceterisque incommodis et exactionibus, si que fuerint, libere tradendum ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Aerle, ad locum dictum aen die Hijnderstraet, inter hereditatem

Godefridi Moyen Janss. ex uno et inter hereditatem Sophie van den Loeken ex alio; item ex quodam campo terre arabilis, septem lopinatas terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sito in dicta parochia, ad locum dictum die Hijndert, inter hereditatem conventus de Bijnderen ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Theoderici Moedels et communem plateam ex alio; insuper ex quodam prato, sito in dicta parochia, in loco dicto die Langebeemden, quatuor mensuras, dictas zillen, vel circiter continente, eiusdem venditoris, inter hereditatem Johannis de Erpe Rutgerss. ex uno et inter hereditatem Rodolphi die Bever ex alio, prout in litteris, et cum deinde dictus dominus Godefridus Vestarts, presbiter, condens suum testamentum, inter cetera inibi descripta dixisset se habere solvendum dictum hereditarium censum viginti librarum monete predicte, de quo quidem censu idem dominus Godefridus legasset et reliquisset Geertrudi, filie legitime quondam Johannis Tempelair, sue nepoti, octo libras, et reliquas duodecim libras huiusmodi census legasset Henrico, Yde et Aleidi, liberis et prolibus legitimis quondam Katherine, filie dum viveret dicti quondam Johannis Tempelaer, hereditarie habendas et possidendas unacum litteris inde mentionem facientibus, ut videtur in quodam instrumento pubico contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Henricus, filius quondam Gerardi dicti Borkens, faber, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, supradicte Geertrudis, sue uxoris, filie legitime dicti quondam Johannis Tempelair, supradictas octo libras hereditarii census hereditarie supportavit michi ad opus capellanorum beneficiatorum ad antiquas distributiones in ecclesia sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, per antiquos beneficiatos eiusdem ecclesie admissorum, simul cum dictis litteris, instrumento et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Geertrudis, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam domini Godefridi Vestarts et suorum heredum deponere, cum conditione consueta.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 324r
17 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset et fiat relacio ex contractu precedenti et fiat relacio ex eodem, a principio usque ibi constitutus, et tunc sic constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Aleidis, filie quondam Petri dicti Mertens, ab eodem quondam Petro et dicta quondam Katherina, sua uxore, filia quondam Johannis Tempelaer, pariter genita, cum tutore, tres libras hereditarii census de dictis duodecim libris hereditarii census de dicto censu viginti librarum monete predicte hereditarie supportavit michi ad opus dictorum capellanorum beneficiatorum, simul cum dictis litteris, instrumento et iure occasione, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam domini Godefridi Vestarts ac suorum heredum deponere. Promisit insuper adhuc dicta Aleydis et cum ea dominus Reynerus, presbiter, filius Arnoldi dicti Tempelaer, atque dictus Henricus, filius quondam Gerardi Borkens, indivisi super omnia et habenda omnes obligationem et impetitionem ex parte dictorum Henrici et Yde, sue sororis, ac suorum heredum deponere, cum conditione consueta.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 324r-324v
17 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset in ambobus contractibus immediate precedentibus et fiat relacio relacio *(sic)* ex eisdem, ut in forma, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dominus Reynerus, filius quondam Arnoldi dicti Tempelair, presbiter, et Henricus, filius quondam Gerardi dicti Borkens, faber, palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda michi ad opus dictorum capellanorum beneficiatorum promiserunt in casu quo vigore aliquarum ordinationum principis ac status Brabancie seu alias quovismodo imposterum redimere contigerit supradictas octo et tres libras hereditarii census, et hoc cum minori pretio quam dando videlicet pro qualibet huiusmodi librarum summam sex florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, quod ipsi huiusmodi defectum quoad illam summam semper supplebunt et supplere tenebuntur absque dolo.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XVII$^{a}$ februarii.

R1271, fol. 324v
17 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Henricus, filius quondam Gerardi dicti Borkens, faber, hereditarie vendidit michi ad opus dictorum capellanorum beneficiatorum hereditarium censum octo florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Petri ad cathedram et pro primo solutionis termino a Petri apostoli ad cathedram proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto ac domo posteriori olim domini Gerardi de Eyck, canonici in Buscoducis, nunc vero dicti venditoris, sitis in Buscoducis, in vico Hynthamensi, inter hereditatem Johannis de Ouden, filii quondam Hermanni, ex uno et inter hereditatem Zeberti die Becker, hereditatem Sororum de Orthen, domus sancti Andree in Buscoducis, necnon hereditatem Gerardi de Eyck ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum usque ad communem aquam ibidem fluentem, die Dyese vocatam, ut dicebat, ab eisdem, promittens et cum *(aldus)* dominus Reynerus, filius Arnoldi Tempelair, presbiter beneficiatus in ecclesia predicta, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno grosso antiquo census fundi, hereditario censu dimidie libre monete, hereditario censu triginta quinque solidorum monete predicte necnon hereditario censu novem librarum monete predicte, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus venditor et dominus Reynerus predictus dictum censum redimere et acquitare poterint perpetue quemlibet videlicet huiusmodi florenum cum et mediante sedecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, hoc tamen salvo quod huiusmodi redimens dictam redemptionem per spacium unius anni prefatis capellanis legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo, cum conditione etcetera consueta.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 324v-325r
17 februari 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Petrus, filius quondam Johannis dicti Oems de Zoemeren, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hillegondis, sue uxoris, filie Wolteri, filii quondam Johannis Emontszoen, duos modios siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione quatuor modiorum siliginis de hereditaria pactione sex modiorum siliginis de hereditaria pactione octo modiorum siliginis mensure de Zoemeren, quam pactionem iam dictam Goeswinus, filius Marcelii Goessenss., promiserat magistro Johanni Goyartss. van Asten, anno quolibet

hereditarie Purificationis ex pecia terre, dicta den Lonijs Acker, sita iuxta plateam, dictam die Steenstraet, ex uno et hereditatem heredum Johannis van den Schoet cum pluribus aliis ex alio; item ex pecia prati, dicta die Langehorst, sita iuxta hereditatem Arnoldi Michiels Ydensoen cum pluribus aliis ex uno et iuxta hereditatem Judoci, filii Willelmi sHanen, ex alio; item adhuc ex pecia terre, dicta den Yndacker, cum uno latere iuxta hereditatem Willelmi die Bruyn et cum alio latere iuxta hereditatem Johannis die Bruyn; item adhuc ex pecia terre, sita iuxta hereditatem Johannis Hannarts ex uno et hereditatem heredum Henrici Scheynen ex alio latere; item adhuc ex pecia terre, sita iuxta hereditatem heredum Lamberti Gielkes kijndere ex uno et hereditatem Henrici, filii Henrici Oemkens ex alio; item adhuc ex pecia terre, sita iuxta hereditatem Johannis, filii Arnoldi Ghielensoenss., ex uno et hereditatem Theoderici Happen ex alio; item adhuc ex pecia terre, sita iuxta hereditatem Henrici die Coninck ex uno latere et uno fine et hereditatem Johannis, filii Johannis Gevartszoen, ex alio; item adhuc ex pecia terre, sita cum uno latere iuxta hereditatem Theoderici, filii Willelmi van Kiglaer, et cum alio latere iuxta hereditatem Rodolphi Wychmanszoen; item adhuc ex pecia terre, sita cum uno latere iuxta hereditatem relicte Rutgeri Cremers cum pluribus aliis ex alio latere; item adhuc ex medietate unius bonarii prati, siti opten Kievits Nest, cum uno latere iuxta hereditatem Rodolphi Wychmanszoen et cum alio latere Johannis Dalenbroeck; item adhuc ex domo, domistadio et orto et ex pecia terre, decem lopinatas terre vel circiter continente, in parochia de Zoemeren, sitis inter hereditatem heredum quondam Willelmi de Kiglair ex uno et inter hereditatem Gerardi van den Heggen cum pluribus aliis ex alio; item adhuc ex pecia terre, dicta dat Saerken, sita cum uno latere iuxta hereditatem Johannis Brants et cum alio latere iuxta hereditatem Johannis, filii naturalis Martini de Schoet; item aduc ex pecia terre, dicta dat Tomken, sita cum uno latere iuxta communem plateam, dictam den Hoigenwech, cum pluribus aliis,et cum alio latere iuxta hereditatem heredum cuiusdam dicti Henenwillen cum pluribus aliis, et que hereditates et bona predicta omnes et singule in parochia de Zoemeren sunt situate et quam pactionem quatuor modiorum siliginis predictam magister Henricus Pelgrom ad opus domini Theoderici Sconck, presbiteri, beneficiati in ecclesia Sancte Ode Rodene, erga Rodolphum seniorem, filium naturalem quondam magistri Johannis Goyartszoen van Asten, dudum acquisierat, prout in litteris, et quos duos modios siliginis hereditarie pactionis predictos dictus dominus Theodericus Sconck, presbiter, beneficiatus in dicta ecclesia, supradicte Hillegondi, filie Wolteri, filii quondam Johannis Emontss., in suo testamento legaverat, ut dicebat, in quodam instrumento publico contineri, hereditarie supportavit Jacobo de Fine, simul cum dictis litteris, instrumento, aliis et iuribus occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Hillegondis, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam domini Theoderici Sconck et suorum heredum deponere.
Testes Millinc et Berkel, datum XVII[a] februarii.

R1271, fol. 325r-325v
17 februari 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Henricus, filius quondam Johannis Willemszoen, nastelmeker, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, filie naturalis quondam domini Theoderici Sconck, presbiteri, in presentia et de expressis consensu et voluntate Jacobi de Fine, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Zoemeren, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et in Zoemeren tradendam ex quadam pecia terre, sex lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Zoemeren, ad locum dictum aen dat Hemelryck, inter hereditatem heredum quondam Arnoldi Bruynen ex uno et fine uno; item ex pecia terre, dicta den Haeck, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, inter

hereditatem heredum quondam Henrici Oemkens ex uno et inter quandam viam, dictam den Thiendwech, ex alio, quam pactionem predictam Franco de Langel ad opus Jacobi van den Eynde erga Elsbenam, filiam quondam Johannis Goebelens, dudum acquisierat, prout in litteris, et quam pactionem predictam dictus Jacobus de Fine supradicto Henrico cum dicta Mechtelde, sua uxore, in subsidium eorum matrimonii dederat, ut dicebat, hereditarie supportavit michi ad opus Geertrudis, filie Petri dicti Oems, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Mechteldis, sue uxoris, deponere, tali annexa conditione, quod dictus Jacobus quamdiu in humanis vivet, supradictam pactionem annuatim percipiet et levabit, contradictione dicte Geertrudis non obstante.
Testes Millinc et Berkel, datum XVII[a] februarii.

R1271, fol. 325v
18 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Geerbrandus dictus Brant, filius Gerardi dicti Brants, et Johannes, filius quondam Petri dicti Janss., hereditarie vendidit Theoderico, filio quondam Henrici dicti Comans, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Petri apostoli ad cathedram et pro primo solutionis termino a Petri apostoli ad cathedram proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area, horreo, magali, dicto enen berch, orto ac hereditate sibi adiacentibus, dicti Geerbrandi, quatuor vasatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Berchen, ad locum dictum aent Duer Eyndt, inter hereditatem Jacobi dicti Symons ex uno et inter hereditatem heredum quondam Reymboldi dicti Bollen Reymbouts ex alio, tendente cum fine utroque ad communem plateam; item ex pecia terre eiusdem Geerbrandi, tres vasatas terre vel circiter contintnte, sita in parochia et loco predictis, in loco dicto inter Oistart, inter hereditatem dicti Gerardi Brants ex uno et fine uno et inter hereditatem Jacobi Symonss. predicti cum pluribus aliis ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem heredum Johannis dicti Loekens; item ex pecia terre, sex vasatas terre vel circiter continente, dicti Johannis, sita in dicta parochia, ad locum dictum opten Acker, inter hereditatem Marcelii dicti Stanss. ex uno et inter hereditatem Lamberti dicti Bollens ex alio, tendente ab hereditate dicti Geerbrandi ad hereditatem Johannis dicti Zeberts, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione dimidii modii siliginis ex domo, area, orto ac hereditate dicti Geerbrandi, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XVIII februarii.

R1271, fol. 325v-326r
18 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta sex peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit.
Testes et datum supra.

R1271, fol. 326r
18 februari 1503

Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Fratres Willelmus de Gravia, viceprior, Wolterus Steenhouwer, procurator, Jacobus de Arkel et Thomas de Borken, conventuales conventus fratrum Predicatorum in Buscoducis, nomine dicti conventus et quorumcumque conventualium eiusdem, presencium et futurorum, potentes ad hoc, ut dicebant, domum et aream, sitam in Buscoducis ad vicum dictum Weverplaets, in loco dicto die Aude Dyese, inter hereditatem quondam Petri dicti Penninck ex uno et inter viculum ibidem ex alio, tendentem a communi vico ad aquam communem ibidem fluentem, simul cum attinenciis eiusdem domus et aree, singulis et universis, quam domum et aream cum attinenciis predictis Guedeldis, relicta quondam Johannis de Berse, filii quondam Reyneri, erga Heilwigem, relictam quondam Wolteri dicti Gielissoen des Hofslegers, dudum acquisierat, prout in litteris, et que domus et area cum suis attinenciis predictis dicto conventui cum fratre Johanne, filio quondam Reyneri de Berse, conventuali eiusdem conventus, advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Martino, filio quondam Willelmi dicti Martens, carpentario, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, presencium et futurorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti conventus ac quorumcumque conventualium eiusdem conventus, presencium et futurorum, necnon ex parte dicte quondam Guedeldis ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 326r-326v
18 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Want dat alsoe gesciet, et fiat relacio, in vulgari in forma breviori, et tunc sic Ende alsoe Marten, zoen wilneer Willem Martens, tymmerman, voirs. aengenomen hadde te maken ende te setten een cappe met een huyven, als opter nyewer capellen van den Heiligen Sacrament ter Predicaren bynnen deser stadt, nae inhoude van sekeren cedullen, dair af gemaect, alse seeghden, soe zijn gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirs. Marten ende met hem Wouter Janss. die Tymmerman, ende hebben oepenbairlic bekent ende als sculders principael onversceiden op hen ende allen heur gueden, nu hebbende ende naemaels vercrigende, Jannen van Ouden, Jannen die Wolff ende Lamberden van den Kerchove, dekenen ten tyde der gulden oft bruedersscappen van den Heiligen Sacrament in der cappellen voirs., tot behoeff van derselver gulden ende des convents voirs. geloeft als dat zij, Marten ende Wouter voirs., ten ocsuyne van der opdrachten voirs. tusschen dat ende vierthien dagen nae sint Jacopsdach naestcomende tot heurs selfs properen costen ende van heurs selfs stove, houte ende andere gereetscap van houtwerck, dair toe dyenende ende van noode wesende, die voirs. cappe metter huyven nae heyssche van den werck aldair voerts toe maken ende voirts voltymmeren zullen, nae inhoude van der cedullen, gemaect van der cappen aldair opter cappellen staende, ende voirts aldair stellen, nae heyssche van der werck aldair, eenen style die dicker sal wesen enen duyme dan zijn die balcken die nu aldair liggen, ende al sonder fraude ende argelist, ende dat zij, Marten ende Wouter voirs., den voirs. dekenen dairtoe noch zullen aenleggen ende betalen van sinte Petersdach ad cathedram nu naestcomende over een jair die somme van negen Rijnsgulden, XX stuvers oft die werde daer voir in anderen payment voir elcken der voirs. Rijnsgulden te rekenen, sonder wederseggen.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XVIII[a] februarii.

R1271, fol. 326v
18 februari 1503

Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Theodericus Hagens, filius quondam Gerardi dicti Hagens, hereditarie vendidit Zegero, filio quondam Johannis Elyaess., hereditarium censum decem et octo florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Purificationis de et ex domo, area et orto dicti venditoris, sitis in Buscoducis, ad locum dictum den Hoigen Steenwech, inter hereditatem Jacobi Foppens., pannicide, ex uno et inter hereditatem Godefridi, filii quondam Gerardi, cupificis, alias dicti in den Marten, ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem liberorum quondam Johannis de Berlijkem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis sedecim libris hereditarii census monete, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 326v
18 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue simul unapariter aut vicissim videlicet terciatim et tertiatim, scilicet dictum integrum censum cum et mediante tricentis consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 326v
18 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Johannes, filius quondam Henrici Bonarts, institor, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Theoderici Steekmans, palam recognovit et publice consentiit quod dicta Elisabeth, sua uxor legitima, adstatim ipso defuncto, omnia sua bona hereditaria et parata que ad presens habet et possidet et in quibus ipse decedet, que et qualia fuerint, quocumque locorum reperienda et solvenda, poterit apprehendere, vendere et alienare et de eisdem disponere iuxta libitum sue voluntatis, et hoc si et inquantum ipsa Elisabeth ad secundum matrimonium non convolaverit, alioquin in eventu quo ad secundum matrimonium convolaverit, quod tunc premissa bona dumtaxat habebit et possidebit quoad eius usufructum, et quod eadem bona et illa que de eisdem in casu pretacto per dictam Elisabeth non fuerint vendita, alienata aut transportata, statim post decessum eiusdem Elisabeth succedere debeant et devolvi ad Adrianam, filiam eorundem Johannis et Elisabeth, sue uxoris, dumtaxat quoad eius usufructum, et post eiusdem Adriane decessum ad liberos legitimos eiusdem Adriane quoad ius hereditarium, promittens super omnia et habenda huiusmodi recognitionem et consensum ratam servare, et quod ipse eisdem recognitioni et consensui non contraveniet quovismodo, potestate tamen pariter et auctoritate premissa bona in toto vel in parte vendendo, alienando, transportando seu alias de eisdem disponendo et ordinando dicto Johanni, quamdiu in humanis vixerit, salvis et reservatis recognitione, consensu et promissione pretactis non obstantibus.
Testes Berkel, Borchgreve, datum XVIII$^{a}$ februarii.

R1271, fol. 327r
20 februari 1503

Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Lambertus, filius quondam Johannis Pouwels, domum, aream et ortum ac hereditates sibi adiacentes, duo bonaria et quatuor et dimidiam lopinatas terre vel circiter continentes, sitos in parochia de Beke, prope Aerle, ad locum dictum Bekerheyde, inter hereditatem Gerardi Dircxzoen ex uno et inter hereditatem, dictam die Langbeemde, ex alio, insuper peciam terre, dictam den Ryacker, sitam in parochia de Beke, prope Aerle, inter hereditatem Hadewigis Daems ex uno et inter hereditatem Wolteri die Coster ex alio, tendentem cum uno fine ad communem plateam, dictam die Vennestraet, quos domum, aream, ortum ac hereditates sibi adiacentes atque petiam terre, dictam den Ryacker, predictos dictus Lambertus erga Henricum Bredebaert per iudicem mediante sententiam scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in diversis litteris, hereditarie supportavit Theoderico, filio quondam Gerardi dicti die Coster, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis tamen et dicto Lamberto reservatis suis hereditariis pactionibus unius et dimidii modiorum siliginis, quas ex premissis solvendis habet iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XX[a] februarii.

R1271, fol. 327r
20 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Heilwigis et Belia, sorores, filie quondam Godefridi, filii quondam Johannis Goyartss., et Gerardus, filius Johannis Buys, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie dicti quondam Godefridi, filii quondam Johannis Goyartss., cum tutore, super iam premissis atque iure, ad opus dicti Theoderici hereditarie renunciaverunt effestucando, promittens *(sic)* super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Katherine deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 327r
20 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Dictus Theodericus promisit super omnia et habenda dicto Lamberto quinquaginta quinque peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, Penthecostes proxime futuro, item adhuc totidem ac undecim sextaria siliginis mensure de Buscoducis a Penthecostes proxime proxime *(sic)* futuro ultra annum persolvendos et in Buscoducis tradendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 327r
20 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Dictus Lambertus promisit super omnia et habenda dictis Heilwigi et Belye, sororibus, viginti sex consimiles peters atque duas tercias partes unius consimilis peter Penthecostes proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 327r
20 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Idem Lambertus promisit super omnia et habenda dicto Gerardo, filio Johannis Buys, tredecim consimiles peters atque terciam partem unius huiusmodi peter Penthecostes proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 327r-327v
20 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum Johannes dictus van der Hullen, filius legitimus quondam Johannis van der Hullen, et Katherina, eius uxor legitima, filia quondam Hermanni van Hern, condentes eorum testamentum ac ultimam eorum voluntatem declarantes, inter cetera inibi contenta et ordinata dictus Johannes asservisset se habere solvendam hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis de et ex certis hereditatibus et bonis seu contrapigneribus conventus sororum tercie regule sancti Francisci, infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum communiter dictum den Yckendonck op die Dungen aut eocirca situatis, iuxta continentiam litterarum scabinalium desuper confectarum, quam pactionem cum consensu dicte Katherine, sue uxoris, legasset et iure testamenti reliquisset Henrico Voss, institori, filio naturali et illegitimo quondam Willelmi Vos Moers, des nastelmekers, adstatim post obitum ipsorum Johannis et Katherine amborum et non prius hereditario iure habendam et possidendam atque ad sue voluntatis libitum disponendam et convertendam, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Egbertus et Willelmus, fratres, et Heilwigis, eorum soror, liberi legitimi dicti quondam Henrici Voss, cum tutore, pro se ipsis et pro fratre Theoderico, eorum fratre, conventuali conventus fratrum Predicatorum in Lovanio, et pro fratre Johanne, eorum fratre, ordinis Cruciferorum ac conventuali conventus Cruciferorum montis orientis territorii de Tekelenborch, necnon pro fratre Willelmo, eorum fratre, ordinis Predicatorum in Antwerpia, nondum professo, ac pro eorum conventibus, totam partem et omne ius hereditarium ad ipsos et dictos eorum fratres ac eorum conventus spectantes ac imposterum per mortem dicte Katherine spectaturas in dicta pactione duorum modiorum siliginis, hereditarie supportaverunt michi ad opus dicti conventus sororum tertie regule sancti Francisci op de Yckendonck, simul cum dicto instrumento, litteris et iure, promittentes cum (*sic*) super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictorum suorum fratrum ac eorum conventus necnon ex parte suorum heredum in dicta pactione existentes ac imposterum eventuras deponere, salvo tamen supradicte Katherine quamdiu in humanis vixerit et sibi reservato suo usufructu in pactione predicta, iuxta tenorem testamenti predicti, premissis non obstantibus.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XX$^{a}$ februarii.

R1271, fol. 327v-328r
20 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Lambertus dictus Claeszoene et Egbertus, eius filius, dederunt, contulerunt et concesserunt michi ad opus magistri Henrici Hugemans de Zautboemel, presbiteri, plenam et liberam potestatem ac mandatum speciale monendi, levandi, percipiendi ac via iuris, si opus fuerit,

assequendi huiusmodi septem florenos Renenses, aureos, bonos et legales, videlicet sexaginta placcas pagamenti Brabancie pro quolibet huiusmodi florenis Renensibus computatas, annue pensionis, quos dominus Johannes Peecx, presbiter, et Bartholomeus Henrixs. alias int Perdeken dudum promiserant dictis Lamberto et Egberto ad eorum vitam aut alterius eorundem superstiti, singulis annis XXIII[a] augusti persolvendos et in cambio opidi Lovaniensis deliberandos, ut videbatur in litteris scabinorum Lovaniensium desuper confectis plenius contineri, et cum dictis septem florenis Renensibus annue pensionis faciendis et ordinandis, que dicti Lambertus et Egbertus cum eisdem facerent et ordinarent seu facere et ordinare possent, si premissi presentes et personaliter interessent, simul cum potestate substituendi unum vel plures qui habebunt eandem potestatem monendi et forma quibus supra, presentibus vero post revocationem dictorum Lamberti et Egberti extunc in antea minime valituris.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 328r
21 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Rodolphus, filius quondam Henrici Roelofs., hereditarie vendidit Johanne, relicte quondam Marcelii, filii quondam Gerardi de Zancten, des scheerslijpers, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Petri apostoli ad cathedram et pro primo solutionis termino a crastina die ultra annum, et in Buscoducis libere tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacenti dicti venditoris, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Gestel prope Herlaer, ad locum dictum Rumel, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Nycolai Janss. cum pluribus aliis ex alio, tendente ad hereditatem Aleydis, relicte quondam Andree, filii quondam Lodovici van den Strypt, cum uno fine; item adhuc ex agro terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sito in dicta parochia, ad dictum locum Ruymel, inter hereditatem dicte Aleidis ex uno et fine uno et inter hereditatem Gerardi de Beeck ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Yde dicte Brants, vidue; item adhuc ex pecia terre, unam sextariatam terre vel circiter continente, sita ibidem, inter hereditatem heredum quondam Martini Brock ex uno et inter hereditatem Gerardi de Beeck ex alio, tendente ab hereditate Henrici Spierinc ad communem plateam, ut dicebat, ab eadem, promittens cum eo Arnoldus, filius quondam Johannis Achtemans ende *(sic)* Ghibo, filius quondam Henrici Gysbertssoen, indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis sex solidis pagamenti, hereditaria pactione dimidii modii siliginis et hereditaria pactione dimidii modii siliginis ex premissis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXI[a] februarii, in profesto Petri apostoli ad cathedram.

R1271, fol. 328r-328v
22 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Henrica, relicta quondam Willelmi die Loyer, filii quondam Theoderici, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area et orto ac pecia terre arabilis sibi coadiacenti, pariter duo et dimidium bonaria terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Dynther, in iurisdictione de Hees, in loco dicto Loesbroeck, inter hereditatem Theoderici de Berze ex uno et inter hereditatem Theoderici de Vaerlair ex alio, item in prato quodam et duabus strepis terre sibi coadiacentibus, sitis in iuridictione et loco predictis, inter hereditatem quondam

Arnoldi van den Stegen ex uno et inter hereditatem Willelmi Sporken ex alio, insuper in duabus virgatis terre, sitis in parochia de Hees, inter hereditatem Arnoldi Boest ex uno et inter hereditatem Theoderici Stevens ex alio, dudum supportatos dicto Willelmo die Loyer a Johanne seniore et Johanne iuniore ac Margareta, eorum sorore, liberis quondam Arnoldi, filii quondam Arnoldi Gieliss., prout in litteris, legitime supportavit Arnolde, filie Henrice et quondam Willelmi die Loyer, Henrico, filio quondam Johannis Bogarts, marito et tutori legitimo Marie, sue uxoris, Gerisio, filio quondam Johannis Dircxs., marito et tutori legitimo Aleidis, sue uxoris, et Henrico, filio Nycolai Bogarts, marito et tutori legitimo Henrice, sue uxoris, filiarum dictorum Henrice et quondam Willelmi, ad opus eorum et ad opus Marcelii et Johanne, eius sororis, liberorum eorundem Henrice et quondam Willelmi die Loyer, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXII[da] februarii.

R1271, fol. 328v
22 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Arnolda, Henricus, tamquam maritus et tutor dicte Marie, sue uxoris, Gerisius, tamquam maritus et tutor dicte Aleidis, sue uxoris, et Henricus, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Henrice, sue uxoris, pro se ipsis et pro dictis Marcelio et Johanna, cum tutore, premissa hereditarie supportaverunt supradicto Johanni senori, filio quondam Arnoldi, filii quondam Arnoldi Gieliss., simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes super omnia et habenda cum tutore ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum suarum uxorum necnon ex parte dictorum Marcelii et Johanne necnon ex parte dicti quondam Willelmi die Loyer ac suorum heredum deponere, exceptis oneribus in dictis litteris contentis.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 328v
7 juni 1504[46]

Hendrik Kuijst en Gerlach de Rover

Dicti Marcelius et Johanna, cum tutore, super premissis atque super toto iure ad opus dicti Johannis senioris hereditarie renunciaviunt effestucando, promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti Willelmi die Loyer et suorum heredum deponere.
Testes Kuyst et Roever, datum VII[a] iunii, sexta post octavam Pentecostes**.**

R1271, fol. 328v
22 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Henrica cum tutore palam recognovit et super omnia et habenda iam dictis supportantibus promisit quod ipsa dictos Marcelium et Johannam, suos liberos, pronunc absentes, tales habebunt quod ipsi infra annum proxime futurum super premissis atque iure ad

[46] *de datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen.*

opus dicti Johannis senioris coram scabinis in Buscoducis renuntiabunt ac huiusmodi promissiones desuper facient, quemadmodum dicti supportantes hodierna die desuper fecerant et promiserant, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 328v-329r
22 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Henrica predicta cum tutore usufructum sibi competentem in duobus et dimidio modiis siliginis hereditarie pactionis, de hereditaria pactione trium et dimidii modiorum siliginis de hereditaria pactione quinque modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem iam dictam Arnoldus, filius quondam Arnoldi Gieliszoen, promiserat se daturum et soluturum Elisabeth, relicte quondam Arnoldi van der Stegen, filii quondam Theoderici, quoad vixerit, ipsa et post eius decessum Symoni, Henrice, Mechteldi et Helene, suis liberis, necnon Theoderico, filio quondam Theoderici, filii dictorum Elisabeth et quondam Arnoldi van der Stegen, anno quolibet hereditarie Purificationis ex domo, area, orto ac pecia terre arabilis sibi adiacenti, pariter duo et dimidium bonaria terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Dynther, in iurisdictione de Hees, in loco dicto Loesbroeck, inter hereditatem Theoderici de Berze ex uno et inter hereditatem Theoderici de Vaerlaer ex alio; item ex quodam prato et duabus strepis terre sibi adiacentibus, sitis in parochia, iurisdictione et loco predictis, inter hereditatem reliquam dictorum Elisabeth et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Willelmi Sporken ex alio; insuper ex duabus virgatis terre, sitis in parochia de Hees, inter hereditatem Arnoldi Boest ex uno, pridem ad hereditarium pactum, datum dicto Arnoldo, filio quondam Arnoldi Gieliss., a Symone predicto, necnon Willelmo die Loyer, filio quondam Theoderici, marito et tutore legitimo dicte Henrice, sue uxoris, Marcelio, filio quondam Johannis van den Hoevel, marito et tutore legitimo dicte Mechteldis, sue uxoris, pro dicta pactione quinque modiorum siliginis et quibusdam aliis oneribus, prout in litteris, et de qua pactione trium et dimidii modiorum siliginis predicta Symon, filius quondam Arnoldi van der Stegen, necnon Johannes senior, Johannes iunior, fratres, et Margareta, eorum sorores *(sic)*, liberi quondam Arnoldi, filii quondam Arnoldi Gieliss., totam partem et omne ius ad ipsos in eadem pactione spectantes prefato Willelmo die Loyer hereditarie supportaverant, prout in aliis litteris, legitime supportavit Arnolde, filie dictorum Henrice et quondam Willelmi, Henrico, filio quondam Johannis Bogarts, marito et tutori legitimo dicte Marie, sue uxoris, Gerisio, filio quondam Johannis Dircxs., marito et tutori legitimo dicte Aleidis, sue uxoris, et Henrico, filio Nycolai Bogarts, marito et tutori legitimo dicte Henrice, sue uxoris, ad opus eorum et ad opus Marcelii et Johanne, sue sororis, filiarum Henrice et quondam Willelmi predictorum, simul cum dictis litteris et iuribus occasione, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 329r
22 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Arnolda et eius sororii ut supra, pro se ipsis et dictis Marcelio et Johanna, cum tutore, dictos duos et dimidium modios siliginis hereditarie pactionis hereditarie supportaverunt supradicto Johanni seniori, simul cum dictis litteris aliis et iuribus occasione, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum

et dictarum suarum uxorum necnon ex parte dicti quondam Willelmi die Loyer ac suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.[47]

R1271, fol. 329r
22 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Dicta Henrica promisit super omnia et habenda quod ipsa Marcelium et Johannam, suos liberos, super dictis duobus et dimido modiis siliginis faciet renunciare, per totum ut supra in contractu A signato, mutatis mutandis.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 329r-329v
22 februari 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Supradicta[48] Henrica usufructum sibi, ut dicebat, competentem in sex vasis siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione duodecim vasorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem iam dictam Johannes senior et Johannes iunior, fratres, et Magareta, eorum soror, liberi quondam Arnoldi, filii quondam Arnoldi Gieliszoen, ab eodem quondam Arnoldo et quondam Helena, filia quondam Arnoldi van der Stegen, pariter geniti, promiserant ut debitores principalis indivisi Symoni, filio dicti quondam Arnoldi van der Stegen, et Willelmo die Loyer, filio quondam Theoderici, quod ipsi darent et solverent dicto Symoni pro una medietate necnon dicto Willelmo pro alia medietate anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis traderent ex domo, area et orto ac pecia terre arabilis sibi

---

[47] *in de marge*: A.
[48] *in de marge d.d. 7 juni 1504 (datum gereconstrueerd op basis van de schepennamen in de akte):* Dicti Marcelius et Johanna, cum tutore, super dictis duobus et dimidio modiis siliginis atque iure ad opus dicti Johannis senioris hereditarie renunciaverunt, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetionem ex parte eorum et dicti quondam Willelmi die Loyer et suorum heredum deponere. Testes Kuyst et Roever, datum VII[a] iunii, sexta post octavam Pentecostes.
*Onderaan de folio, d.d. 19 februari 1504 (datum gereconstrueerd op basis van de schepennamen in de akte)*: Marcelius et Johanna, eius soror, liberi quondam Willelmi die Loyer, filio quondam Theoderici, in absentia Johannis senioris, filii quondam Arnoldi, filii quondam Arnoldi Gieliszoen predicti, prebuerunt ad redimendi e iure proximitatis dictos duos et dimidium modios siliginis in contractu A signato comprehensos, atque dicta sex vasa siliginis hereditarie pactionis, in contractu B signato, alterius lateris comprehensa, et obtinuerunt. Testes Boert et Roever, datum XIX[a] februarii.
*Alsmede:* Iidem Marcelius et Johanna promiserunt super omnia dictum Johannem seniorem et eius bona ab omnibus promissionibus ymmo veris et non futuris per eundem Johannem occasione iam premissorum factis atque dampnis indempnum servare. Testes, datum iam supra.
*Beide voorgaande akten onderaan de folio zijn gecancelleerd, met de bijbehorende aantekening in de marge fol. 329r*: VII[a] junii, sexta post octavam Penthecostes, dicti Marcelius et Johanna consentiunt et mandarunt in presencia Adriani Geritssoen, clerici in Magno Hospitali, tamquam procuratoris dicti Johannis senioris, istos duos contractos cassari et annichilari.

adiacenti, duo et dimidium bonaria terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Dynther, in iurisdictione de Hees, in loco dicto Loesbroeck, inter hereditatem Theoderici de Berze ex uno et inter hereditatem Theoderici de Vaerlaer ex alio; item ex quodam prato et duabus strepis terre sibi adiacentibus, sitis in parochia, iurisdictione et loco predictis, inter hereditatem reliquam dicti quondam Arnoldi van der Stegen, dehinc eius heredum, ex uno et inter hereditatem Willelmi Sporken ex alio; insuper ex duabus virgatis terre, sitis in parochia de Hees, inter hereditatem Arnoldi Boest ex uno et inter hereditatem Henrici Stevens ex alio, legitime supportavit Arnolde, filie dictorum Henrice et quondam Willelmi, Henrico, filio quondam Johannis Bogart, marito et tutori legitimo dicte Marie, sue uxoris, Gerisio, filio quondam Johannis Dircxs., marito et tutori legitimo dicte Aleidis, sue uxoris, et Henrico, filio Nycolai Bogarts, marito et tutori legitimo dicte Henrice, sue uxoris, ad opus eorum et ad opus Marcelii et Johanne, eius sororis, liberorum eorundem Henrice et quondam Willelmi die Loyer, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Raess. et Millinc, datum XXII[da] februari.

R1271, fol. 329v
22 februari 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Notum[49] [50] sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Arnolda, Henricus, filius quondam Johannis Bogarts, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Marie, sue uxoris, Gerisius, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Aleidis, sue uxoris, et Henricus, filius Nicolai Bogarts, maritus et tutor legitimus dicte Henrice, sue uxoris, pro se ipsis et pro dictis Marcelio et Johanna, cum tutore, dicta sex vasa siliginis hereditarie pactionis hereditarie supportaverunt dicto Johanni seniori, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes indivisi cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum Marie, Aleidis et Henrice, Marcelii et Johanne necnon ex parte dicti quondam Willelmi die Loyer ac suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 329v
22 februari 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Dicta Henrica cum tutore promisit super omnia et habenda dictis supportantibus quod ipsa Marcelium et Johannam, suos liberos, super dictis sex vasis siliginis infra annum faciet renunciare, per totum ut supra in contractu A signato latere precedenti, mutatis mutandis.
Testes, datum supra.

---

[49] *in de marge:* B.
[50] *in de marge en onder deze akte geschreven, d.d. 7 juni 1504 (datum gereconstrueerd op basis van de schepennamen in de akte):* Dicti Marcelius et Johanna, cum tutore, super dictis sex vasis siliginis hereditarie pactionis atque iure ad opus dicti Johannis senioris hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Willelmi die Loyer et suorum heredum deponere. Testes Kuyst et Roever, datum VII[a] iunii, sexta post octavam Pentecostes.

R1271, fol. 329v
22 februari 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Johannes senior, filius quondam Arnoldi, filii quondam Arnoldi Gieliss., dedit Henrico Bogart, filio Nycolai Bogarts, potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma. Testes, datum supra.

R1271, fol. 329v-330r
22 februari 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Notum sit universis quod cum Willemus die Loyer, filius quondam Theoderici, palam recognovisset se ad opus sui et ad opus Theoderici, filii quondam Theoderici Arntszoen van der Stegen, sub sua certa custodia tenere et habere quasdam litteras scabinales de Buscoducis mentionantes de hereditaria pactione quinque modiorum siliginis mensure de Buscoducis, sic incipientes 'Notum sit universis quod cum Elisabeth, relicta quondam Arnoldi van der Stegen, filii quondam Theoderici, usufructum sibi competentem in quibusdam domo, area et orto ac pecia terre arabilis sibi adiacente, pariter duo et dimidium bonaria terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Dynther, in iurisdictione de Hees, in loco dicto Loesbroeck', etcetera, et finentes 'Testes interfuerunt scabini in Buscoducis Arnoldus de Campen et Hermanus Coenen, datum undecima die mensis martii, feria quinta post dominicam qua cantatur Invocavit, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo', promisissetque dictus Willelmus die Loyer super omnia et habenda dicto Theoderico, filio quondam Theoderici Arntssoen van der Stegen, quod ipse eidem Theoderico dictam litteram scabinalem traderet, porrigeret et concederet sanam et integram totiens quotiens idem Theodericus dictam litteram scabinalem indigeret ad ius suum cum eadem littera petendi, exigendi et ad opus suum perficiendi sub certa tamen conditione inibi expressa, prout in litteris, cumque vero dicta littera scabinalis, de qua supra fit mentio, quo mediante quadam supportatione hodierna die facta Johanni seniori, filio quondam Arnoldi, filii quondam Arnoldi Gieliss., ab heredibus dicti quondam Willelmi die Loyer, videlicet de duobus et dimidio modiis siliginis hereditarie pactionis de dicta hereditaria pactione quinque modiorum siliginis, devenissent ad manus dicti Johannis senioris, ut dicebat, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes senior palam recognovit et super omnia et habenda dictis heredibus dicti quondam Willelmi die Loyer promisit quod ipse supradictam litteram supradicto Theoderico, filio quondam Theoderici Arntszoen van der Stegen aut potestatem ab eo habentem de cetero tradet, porriget et concedet, ut premittitur, sic et taliter quod dictis heredibus ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro. Testes, datum supra.

R1271, fol. 330r-331r
21 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum[51] sit universis quod cum Arnoldus van den Dycke et Wellinus dictus Wellenssoen de Acht promisissent ut debitores principales indivisi se daturos et suos *(aldus)* Theoderico dicto Buck, filio quondam Godescalci dicti van der Sporct, marito et tutori legitimo Eeffe, sue uxoris, et Henrico dicto Buck, filio Theoderici dicti Buck, filii quondam Theoderici Buck,

[51] *in de marge:* C.

marito et tutori legitimo Elisabeth, sue uxoris, filiarum Henrici dicti de Uden, hereditariam pactionem sedecim et dimidii modiorum siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis trad ituram ex manso, dicto tGoet ten Velde, sito in parochia de Bucstel, in loco dicto Lyemde, ac ex attinentiis eiusdem mansi, singulis et universis, atque ex decem et octo bonariis terre, sitis in dicto loco, Lyemde vocato, contigue iuxta hereditatem Pauli, filii Henrici die Man, et Thome dicti Boudekens et Fissie dicte van den Berge, pridem datis ad hereditarium pactum dictis Arnoldo van den Dycke et Wellino Wellenss. a Theoderico Buck et Henrico Buck predictis pro dicta pactione et quibusdam aliis oneribus, prout in litteris, quarum data continet in profesto Purificationis Beate Marie Viriginis anno Domini millesimo tricentesmo octogesimo octavo, cumque quatuor modii et unum sextarium siliginis ac quatuor modii et unum sextarium siliginis hereditarie pactionis de dicta pactione sedecim et dimidii modiorum siliginis, vigore diversarum litterarum scabinalium de Buscoducis, ad Jacobum de Driel et Willelmum de Achel devenissent et pronunc ad eosdem spectare dinoscuntur, ut dicebant, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Elyas, filius quondam Laurencii Sporbosch, Henricus, filius quondam Huberti Geritszoen, Willelmus, filius quondam Willelmi de Meyelsfoirt, Wolterus, filius quondam Johannis de Dessel, Theodericus et Johannes, fratres, liberi quondam Lamberti Dircxsoen, Rodolphus, filius quondam quondam *(sic)* Roveri de Bladel, et Lodovicus, filius quondam Johannis dicti sHoessen, palam recognoverunt et eorum quilibet recognovit, videlicet in primis dictus Elyas, quod ipse tamquam verus proprietarius ad presens habet et possidet quendam campum terre paludialis, situm in parochia de Bucstel, in tribunali de Lyemde, ad locum dictum Oyendonck, inter hereditatem reliquam eiusdem Elye et Laurencii dicti van der After ex uno et inter hereditatem dicti Henrici, filii quondam Huberti Geritss., ex alio, tendentem ab hereditate Henrici Everitss. dicti de Leyten ad hereditatem heredum quondam Henrici dicti Bloys; item adhuc agrum terre arabilis, tres lopinatas terre vel circiter continentem, situm in parochia et tribunali predictis, ad locum dictum die Venricxstraet, inter hereditatem Johannis, filii quondam Arnoldi van den Parre, et Adriane, eius sororis, ex uno et inter communem plateam, dictam die Venricxstraet, ex alio et fine uno, tendentem cum fine reliquo ad hereditatem Mechtildis, relicte quondam Willelmi van den Byechelare, et eius liberorum, et qui campus et ager terre predicti fuerunt attinencie dictorum mansi et bonariorum ac sunt contrapignora dictorum quatuor modiorum et unius sextarii ac quatuor modiorum et unius sextarii siliginis hereditarie pactionis predictis, iuxta dictarum litterarum continentiam; item dictus Henricus, filius quondam Huberti Geritss., quod ipse tamquam proprietarius habet et possidet quendam campum terre paludialis, dimidium bonarium et quartam partem unius bonarii vel circiter continentem, situm in parochia et tribunali predictis, ad dictum locum, Oyendonck vocatum, inter hereditatem dicti Elye ex uno et inter hereditatem Willelmi de Meyelsfoirt predicti ex alio, tendentem cum uno fine ad hereditatem dicti Henrici van *(sic)* Leyten, et cum reliquo fine ad hereditatem heredum quondam Henrici Bloys, et quod iam dictus campus fuit attinentia supradictorum mansi et bonariorum et quod est contrapignus pretacte pactionis; item dictus Willelmus de Meyelsfoirt quod ipse tamquam proprietarius ad presens habet et possidet quendam campum terre paludialis, duo bonaria et quartam partem unius bonarii vel circiter continentem, situm ibidem, inter hereditatem dicti Henrici Huybenzoen ex uno et inter hereditatem eiusdem Henrici Huyben et Arnoldi dicti Scepens ex alio, tendentem ab hereditate predicti Henrici Everitssoen ad hereditatem heredum quondam Henrici Bloys, et quod iam dictus suus campus fuit attinentia mansi ac bonariorum predictorum et est contrapignus pactionis predicte; item dictus Wolterus quod ipse tamquam proprietarius ad presens habet et possidet quoddam domistadium cum suis edificiis, ortis et hereditatibus sibi adiacentibus, in simul septem lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia et tribunali predictis, ad locum dictum Hezelair, inter hereditatem Johannis et Geertrudis, eius sororis, liberorum quondam Nycolai van der Hoert,

et quorundam aliorum ex uno et inter hereditatem Lamberti Dircxs. ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Arnoldi Everitss., et quod domistadium cum suis edificiis, ortis ac hereditatibus iam predictis fuerunt attinentiae mansi et bonariorum predictorum et sunt contrapignus pactionis predicte; item dictus Theodericus, filius quondam Lamberti Dircxs., quod ipse tamquam proprietarius ad presens habet et possidet agrum terre, quinque et dimidiam lopinatas terre vel circiter continentem, situm ibidem, ad dictum locum, Hezelaer vocatum, inter hereditatem Johannis, fratris eiusdem Theoderici, ex uno et inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Willelmi Peter Goyartss., et suorum liberorum et Johannis, filii Johannis Everitss., ex alio, tendentem a communi platea ad hereditatem Jacobi, fratris eiusdem Theoderici, et quod iam dictus suus ager terre fuit attinentia mansi et bonariorum predictorum et est contrapiginus supradicte pactionis; item dictus Johannes, filius quondam Lamberti Dircxs., quod ipse tamquam proprietarius ad presens habet et possidet agrum terre, situm ibidem, ad iam dictum locum, Hezelaer vocatum, quinque et dimidiam lopinatas terre vel circiter continentem, inter hereditatem dicti Wolteri ex uno et inter hereditatem dicti Theoderici, fratris iam dicti Johannis, ex alio, tendentem a communi platea ad hereditatem Henrici van den Venne Goessenss., et quod iam dictus ager terre fuit attinentia dicti mansi et est contrapignus pactionis predicte; item dictus Rodolphus quod ipse tamquam proprietarius ad presens habet et possidet campum terre pascualis seu paludialis, unum bonarium vel circiter continentem, situm in parochia et tribunali predictis, ad dictum locum, Oyendonck vocatum, inter hereditatem Willelmi de Meyelsfoirt ex uno et inter Johannis Lambrechs predicti ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem dicti Jacobi, filii quondam Lamberti Dircxs., et quod iam dictus suus campus terre fuit attinentia mansi et bonariorum predictorum et est contrapignus pactionis predicte; item supradictus Lodovicus, quod ipse tamquam proprietarius ad presens habet et possidet agrum terre arabilis, quatuordecim lopinatas terre vel circiter continentem, dictum den Laerecker, atque quoddam pratum sibi coadiacens, sitos in parochia et tribunali predictis, ad locum dictum Laerschot, inter quandam hereditatem seu campum, dictum den Rubeempt, diversorum hominum ibidem ex uno et inter hereditatem conventus fratrum Carthusiensium, siti in parochia de Vucht, ex alio, tendentes ab hereditate Wolteri van den Bersselaere ad communitatum de Lyemde, et quod iam dicti ager et pratum fuerunt attinentiae mansi et bonariorum predictorum et sunt contrapignera pactionis predicte, promittentes dicti Elyas, Henricus, Willelmus, Wolterus, Theodericus et Johannes necnon Rodolphus et Lodovicus ut debitores principales super omnia et habenda huiusmodi recognitiones ratam servare.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXI[a] februarii.

R1271, fol. 331r-331v
21 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu precedenti et fiat relacio ex eodem a primo usque ibi constituti, absque tamen insertione date prioris littere, et tunc sit constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Elyas, filius quondam Laurencii Sporbosch, Henricus, filius quondam Huberti Geritss., Willelmus, filius quondam Willelmi de Meyelsfoirt, Wolterus, filius quondam Johannis de Dessel, Theodericus et Johannes, fratres, liberi quondam Lamberti Dircxzoen, Rodolphus, filius quondam Roveri de Bladel, et Lodovicus, filius quondam Johannis dicti sHoessen, palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo, et etiam ad opus Johannis, filii quondam Arnoldi van den Parre, promiserunt videlicet quod dictus Elyas quinque sextaria siliginis ex quodam suo campo terre paludialis, sito in parochia de Bucstel, in tribunali de Lyemde, ad locum dictum Oyendonck, inter hereditatem reliquam eiusdem Elye et Laurencii dicti van der After ex uno et inter

hereditatem Henrici Hubens. predicti ex alio, tendente ab hereditate Henrici Everitssoen van Leyten ad hereditatem heredum quondam Henrici Bloys, et quatuor sextaria siliginis ex quodam suo agro terre arabilis, tres lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia et tribunali predictis, iuxta plateam dictam die Venricxstraet, inter hereditatem Johannis, filii quondam Arnoldi van den Parre, et Adriane, sue sororis, ex uno et inter dictam plateam, die Venricxstraet vocatam, ex alio et fine uno, tendente cum reliquo fine ad hereditatem Mechtildis, relicte quondam Willelmi van den Byechelaere, et suorum liberorum, item dictus Henricus, filius quondam Huberti Geritss., duo sextaria siliginis ex quodam suo campo terre paludialis, dimidium bonarium et quartam partem unius bonarii vel circiter continente, sito in parochia et tribuali predictis ad dictum locum, Oyendonck vocatum, inter hereditatem dicti Elye ex uno et inter hereditatem Willelmi de Meyelsfoirt predicti ex alio, tendente cum uno fine ad hereditatem dicti Henrici van Leyten et cum reliquo fine ad hereditatem heredum quondam Henrici Bloys, item dictus Willelmus de Meyelsfoirt septem sextaria siliginis de et ex quodam suo campo terre paludialis, duo bonaria et quartam partem unius bonarii vel circiter continente, sito ibidem, inter hereditatem dicti Henrici Hubens. ex uno et inter hereditatem eiusdem Henrici et Arnoldi dicti Scepens ex alio, tendente ab hereditate predicti Henrici Everitss. ad hereditatem heredum quondam Henrici Bloys, item dictus Wolterus tredecem sextaria et unum lopinum siliginis de et ex quodam suo domistadio cum suis edificiis, ortis et hereditatibus sibi adiacentibus, insimul septem lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia et tribunali predictis, ad locum dictum Hezelaer, inter hereditatem Johannis et Geertrudis, eius sororis, liberorum quondam Nycolai van der Hoert, et plurium aliorum ex uno et inter hereditatem Lamberti Dircxsoen ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Arnoldi Everitss., item dictus Theodericus, filius quondam Lamberti Dircxs., octo sextaria et unum lopinum siliginis de et ex quodam suo agro terre, quinque et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sito ibidem, ad dictum locum, aent Hezelaer vocatum, inter hereditatem Johannis Lambrechzoen ex uno et inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Willelmi Peter Goyartss., et suorum liberorum, et Johannis, filii Johannis Everitss., ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Jacobi Lambertss., item dictus Johannes, filius quondam Lamberti Dircxs., novem sextaria siliginis de et ex quodam suo agro terre, sito ibidem, ad iam dictum locum, Hezelaer vocatum, quinque et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, inter hereditatem dicti Wolteri ex uno et inter hereditatem dicti Theoderici Lambrechs. ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Henrici van den Venne Goessenssoen, item dictus Rodolphus quatuor sextaria siliginis de et ex quodam suo campo terre pascualis seu paludialis, unum bonarium vel circiter continente, sito in parochia et tribunali predictis ad supradictum locum, Oyendonck vocatum, inter hereditatem Willelmi de Meyelsfoirt ex uno et inter hereditatem dicti Johannis Lambrechs ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Jacobi Lambertss., item dictus Lodovicus novem sextaria siliginis de et ex suo agro terre arabilis, quatuordecim lopinatas terre vel circiter continente, dicto den Laerecker, atque ex quodam suo prato sibi adiacenti, sito in parochia et tribunali predictis, ad locum dictum Laerschot, inter hereditatem seu campum, dictum den Rubeempt, diversorum hominum, ex uno et inter hereditatem conventus Carthusiensium in Vucht ex alio, tendente ab hereditate Wolteri van den Bersselair ad communitatem de Lyemde, ut dicebat, et hec omnia de dictis quatuor et quatuor modiis et duobus sextariis siliginis hereditarie pactionis predicte, exnunc deinceps annuatim termino solutionis supradicto dabunt et solvent ac dabit et solvet eorum alter sic et taliter quod uni ab alio ac Johanni, filio quondam Arnoldi van den Parre, ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXI[a] februarii.

R1271, fol. 331v-332r

23 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu signato littera C et fiat relatio ex eodem, a principio usque ibi constituti, de verbo ad verbum, et tunc sic constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Johannes, filius quondam Arnoldi dicti van den Parre, palam recognovit et publice confessus est quod ipse tamquam proprietarius ad presens habet et possidet peciam terre, tres lopinatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Bucstel, in tribunali de Lyemde, iuxta plateam dictam die Venricxstraet, inter hereditatem Elye, filii quondam Laurencii Sporbosch, ex uno latere et fine uno et inter hereditatem Henrici, filii quondam Henrici dicti Tymmermans, ex alio, tendentem cum fine reliquo ad communem plateam, et que pecia terre iam dicta fuit attinentia supradicti mansi et pronunc est contrapignus supradictorum quatuor et quatuor modiorum et duorum sextariorum siliginis hereditarie pactionis predicte, promittens dictus Johannes super omnia et habenda huiusmodi recognitionem ratam servare.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXIII[a] februarii.

R1271, fol. 332r
23 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset et fiat relatio ex contractu C signato, eodem modo ut iam supra, usque constituti, absque tamen insertione date, et tunc sic constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Johannes, filius quondam Arnoldi van den Parre, palam recognovit et super omnia et habenda michi ad opus Elye, filii quondam Laurencii Sporbosch, Henrici, filii quondam Huberti Geritss., Willini, filii quondam Willelmi de Meyelsfoirt, Wolteri, filii quondam Johannis de Dessel, Theoderici et Johannis, fratrum, liberorum quondam Lamberti Dircxs., Rodolphi, filii quondam Roveri de Bladel, et Lodovici, filii quondam Johannis sHoess., promisit quod ipse de et ex quadam sua pecia terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Bucstel, in tribunali de Lyemde, iuxta plateam dictam die Venricxstraet, inter hereditatem Elye, filii quondam Laurencii Sporbosch, ex uno et fine uno et inter hereditatem Henrici, filii quondam Henrici dicti Tymmermans, ex alio, tendente cum fine reliquo ad communem plateam, ut dicebat, dimidium modium siliginis de dictis quatuor et quatuor modiis et duobus sextariis siliginis hereditarie pactionis predicte, exnunc deinceps annuatim termino solutionis supradicto dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dictis Elye, Henrico, Willelmo, Woltero, Theoderico et Johanni, Rodolpho et Lodovico ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes et datum ut iam immediate supra.

R1271, fol. 332r
21 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Johannes die Wolff Janss., tamquam principalis executor testamenti ac ultime voluntatis quondam Johannis dicti Martens, et Johannes Kanapart, tamquam adiunctus et electus, executor eiusdem testamenti, pro se ipsis ac nomine Wolteri van der Rullen, eciam adiuncti executoris dicti testamenti, dederunt, contulerunt et concesserunt michi ad opus Johannis dicti Bacx plenam et liberam potestatem ac mandatum speciale monendi, levandi, percipiendi ac via iuris, si opus fuerit, assequendi saltem pro una medietate quoscumque census, redditus,

pactiones et credita, quecumque dumtaxat ad executionem pretacti testamenti quovismodo spectantes, et cum eisdem faciendi et ordinandi que dicti principalis executor et adiuncti executores cum premissis facerent et ordinarent seu facere et ordinare possent, si premissis presentes et personaliter interessent presentibus, vero post revocationem eorundem executionis mine valituris, hoc tamen salvo quod dictus Johannes Bacx de suis receptis et levatis iustum computum, rationem legalem et satisfactionem supradictis Johanni die Wolf, Johanni Kanapert et Woltero van der Rullen semper ad eorum requestam pariter prestabit et prestare tenebitur, absque dolo.
Testes Raess. et Berkel, datum XXI[a] februarii.

R1271, fol. 332r-332v
21 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Arnoldus Paeuweter et Franco de Langel, filius quondam Franconis, potentes ad infrascripta, ut dicebant, dederunt, contulerunt et concesserunt dicto Johanni Bacx plenam et liberam potestatem ac mandatum speciale monendi, levandi, percipiendi ac via iuris, si opus fuerit, assequendi saltem pro reliqua medietate supradictos census, redditus, pactiones et credita quecumque supradicti quondam Johannis Martens, dumtaxat vero tempore sui decessus cessos et adhuc restantes ex parte vero Hillegondis, sue uxoris, provenientes, et cum eisdem faciendi usque ad revocationem et cum conditione ut supra.
Testes Raess. et Berkel, datum XXI[a] februarii.

R1271, fol. 332v
21 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Wynricus, filius Willelmi Wynricxs, dedit Gevardo, suo fratri, potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 332v
21 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Martinus,[52] filius quondam Willelmi dicti Martens, carpentarius, promisit ut debitor principalis Theoderico, filio quondam Jacobi de Hedel, quod ipse dabit et solvet eidem Theoderico hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX[ti] vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie Petri apostoli ad Cathedram et pro primo solutionis a crastina die ultra annum de et ex domo et area ac duabus cameris, sibi retro adiacentibus, sitis in Buscoducis, ad vicum dictum Weverplaetze, in loco dicto die Aude Dyeze, inter hereditatem Hadewigis, relicte quondam Johannis de Berse, et eius liberorum ex uno et inter quendam viculum ibidem protensum ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum ad Dyesam ibidem retro fluentem, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Raess. et Berkel, datum XXI[a] februarii, in profesto Petri apostoli ad Cathedram.

[52] *in de marge*: A.

R1271, fol. 332v
16 oktober 1503[53]
Willem de Buso en Gerlach de Rover

Dictus Martinus hereditarie vendidit eidem Theoderico censum hereditarium septem librarum monete, solvendum hereditarie Remigii de et ex premissis, promittens super omnia et habenda warandiam deponere, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere. Testes Busco et Roever, datum XVI octobris.

R1271, fol. 332v
21 februari 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue quemlibet, videlicet huiusmodi florenos cum et mediante sedecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Theodericus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Martino repromisit, hoc tamen salvo quod idem Martinus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Theoderico legitime preintimabit.
Testes, datum iam supra.

R1271, fol. 332v
16 oktober 1503[54]
Willem de Busco en Gerlach de Rover

Et poterit redimere perpetue cum triginta novem florenis, XX stuver pro quolibet et quatuor stuvers moneta quemadmodum nunc valuata est, cum censu et arrestadiis prout emptor palam recognovit et super omnia et habenda venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 332v-333r
21 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum Willelmus Wyten, filius quondam Gerardi Wyten, et Johannes Wyten, eius filius, promisissent indivisi super omnia et habenda Petro van den Eynde, filio quondam Johannis van den Eynde, octoginta quinque peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, ad certum terminum persolvendos, prout in litteris de Buscoducis, cumque iidem Willelmus Wyten et Johannes, eius filius, promisissent indivisi adhuc super omnia et habenda Willelmo Berkelmans dictos octoginta peters, unacum quatuor lopinis et viginti lopinis siliginis ac uno floreno Renensi ad certos alios terminos persolvendis, ut videtur in litteris de Oisterwijc contineri, et cum deinde iidem Willelmus Wyten et Johannes, eius filius, promisisset adhuc sub obligatione premissa dare et solvere dicto Willelmo Berkelmans supradictos promissos denarios unacum duobus modiis siliginis ad certum alium terminum, ut videtur in aliis litteris de Oisterwyc contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Willelmus Berkelmans, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie dicti quondam Petri van den Eynde, premissa legitime supportavit

[53] *de datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen.*
[54] *de datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen*.

Franconi, filio Johannis dicti Knoep, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte sue uxoris ac dicti quondam Petri van den Eynde deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXI[a] februarii.

R1271, fol. 332v
27 februari 1504[55]
Hendrik Kuijst en Gerlach de Rover

Dictus Martinus ut in contracto signato A, promisit dicto Theoderico, filio quondam Jacopi de Hedel, quod ipse dabit et solvet eidem Theoderico hereditarium censum tredecim librarum monete hereditarie Petri ad cathedram et pro primo solutionis termino Petri ad cathedram proxime futuro de et ex contrapignoribus, etiam in eodem contractu A signato specificatis. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem en impetitionem deponere, exceptis hereditario censu sex florenorum, hereditario censu septem librarum eidem Theoderici ex premissis e iure solvendis, et satisfacere.
Testes Kuyst et Roever, datum XXVII februarii, feria tercia post Invocavit.

R1271, fol. 333r
23 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Dictus Franco promisit super omnia et habenda Symoni, filio Johannis dicti Wyten, ad opus sui et ad opus eiusdem Johannis, sui patris, quod ipse Franco per se nec per alium seu alios premissa numquam petet, monebit nec via iuris prosequetur ad et supra dictos Symonem et Johannem, eius patrem, seu eorum bona quovismodo.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXIII[a] februarii.

R1271, fol. 333r
23 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Frater Hubertus de Loen, prior pro tempore conventus Carthusiensis, siti prope Buscumducis, in villa de Vucht Sancti Lamberti, dedit, contulit et concessit michi ad opus Jacobi de Fine, Reyneri Jan Daemss., Danielis de Vlyerden et Johannis Bacx ac ad opus alterius eorundem potestatem monendi redditus dicti conventus usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 333r
23 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum Reynerus de Os, filius quondam Theoderici de Os, hereditarie vendidisset Jacobo de Doerne, filio quondam Willelmi de Doerne, hereditarium censum septem florenorum Renensium, XX[ti] stuvers pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Domini et in Buscoducis ab omni onere precarie et exactionibus domini ducis ac onere quocumque libere tradendum ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus dicti venditoris, sitis in parochia de Os, item ex quodam campo terre arabilis eiusdem

[55] *de datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen*.

venditoris, sito ibidem, in oppositum domus, aree et orti predictorum, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Jacobus, emptor, palam recognovit se recepisse ab Arnoldo, filio quondam Henrici die Bastart, huiusmodi denarios quibus mediantibus medietas supradicti census est redempta, clamans igitur idem Jacobus, emptor, dictum Reynerum, venditorem, et eius bona ac quoscumque alios huiusmodi quitanciam indigentes de dictis denariis ac ab ulteriori solutione dumtaxat dicte redempte medietatis census predicti quitos, liberos et penitus absolutos.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXIII[a] februarii.

R1271, fol. 333r
23 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Magister Henricus Ghijzels super quarta parte duorum bonariorum terre vel circiter, sita in parochia de Berlijkem, in loco dicto int Lensbroeck, inter hereditatem Johannis, filii quondam Nycolai dicti Colen, ex uno et inter hereditatem domini Johannis de Berlijkem, presbiteri, ex alio, tendente a communitate ad hereditatem Nycolai, filii Godefridi Broess., ut dicebat, atque super toto iure sibi quivismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, ad opus dicti Johannis Colen hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 333r-333v
23 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Johannes, filius quondam Gerardi, filii quondam Johannis Quappe, hereditarium censum sex librarum monete, solvendum hereditarie Jacobi apostoli ex agro terre, sex lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Berlijkem, ad locum dictum Westelacker, inter hereditatem Rutgeri Jacopss. ex uno et inter communem plateam ex alio, item tribus lopinatis terre vel circiter, sitis ibidem, inter communem viam ibidem ex uno et inter hereditatem dicti Rutgeri ex alio, quem censum predictum Petrus Quappe, filius quondam Johannis, erga Johannem, filium Johannis Wautgerss., emendo acquisierat, et qui census predictus dicto Johanni, filio quondam Gerardi, filii quondam Johannis Quappe, unacum certis aliis censibus, mediante quadam divisione hereditaria, inter ipsum et suos coheredes dudum habita, in partem cesserat, prout in litteris divisionum, hereditarie supportavit michi ad opus Henrici de Donckersvoert, filii quondam Godefridi, quoad eius usufructum, et ad opus liberorum legitimorum Johanne, filie eiusdem Henrici, ab ipsa Johanna genitorum et generandorum, quoad ius hereditarium, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti quondam Petri Quappe et suorum heredum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXIII[a] februarii.

R1271, fol. 333v
23 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Reynerus, filius quondam Willelmi dicti van den Dyck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Judoci Janss. van den Berge, peciam terre,

maldratam terre vel circiter continentem, simul cum quarta parte cuiusdam integre triste, dicte een venne, sibi coadiacentis, sitam in parochia de Vechel, ad locum dictum opten Berch, inter communem platam ex uno et inter hereditatem Gerardi et Johannis, liberorum Arnoldi dicti van den Doeren ex alio, que pecia terre simul cum quarta parte triste predicte, venne vocate, supradicto Reynero et Willelmo, filio quondam Judoci Janss. van den Berge, mediante quadam divisione hereditaria inter ipsos et suos coheredes, dudum habita, in partem cesserant, ut videtur in litteris divisionum de Vechel contineri, et de quibus pecia terre et quarta parte triste predicte dictus Willelmus medietatem suam prefato Reynero hereditarie supportaverat, prout in aliis litteris de Vechel videtur contineri, hereditarie supportavit Willelmo, suo filio, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris deponere, exceptis oneribus in dictis litteris contentis.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 333v
23 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere infra annum proxime futurum cum decem et octo florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, atque quod huiusmodi redemptione sic, ut premittitur, facta, idem Willelmus premissa prefato Reynero hereditarie resupportabit simul cum dictis litteris et iuribus ac omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittet, prout idem Willelmus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Reynero, suo patri, repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 334r
23 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Ghibo, filius Johannis dicti Ghybens., promisit ut debitor principalis Henrico de Davantria Hermanszoen quod ipse dabit et solvet eidem Henrico hereditariam pactionem duorum sextariorum siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Purificationis,et in Buscoducis libere tradet ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, quindecim lopinatas terre vel circiter continenbus, dicti Ghibonis, sitis in parochia de Enschit, inter hereditatem Gerardi Kuyst ex uno et inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Wijtmanni dicti Groet, et eius liberorum ex alio, tendentibus a communitate, dicta die Ruybraeck, ad quandam aliam communitatem, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione unius modii siliginis dicto Henrico de Davantria, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 334r
23 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante decem peters, XVIII stuvers valorem in pecunia notanter tempore redemptionis valuata pro quolibet computando, et cum tribus blanccis ac pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus hoc palam recognovit et super

omnia et habenda dicto Ghiboni repromisit, hoc tamen salvo quod idem Ghibo huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Marie legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 334r
23 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Johannes, Adam et Henricus, fratres, et Elisabeth, eorum soror, liberi quondam Everardi dicti Damens., Gerardus, filius quondam Luperti Goyenss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie dicti quondam Everardi Damen, Johannes, Agatha et Engela, liberi quondam Mathie, filii dicti quondam Everardi Damens., Willelmus et Everardus, fratres, liberi quondam Johannis, filii quondam Henrici Willemss., ab eodem quondam Johanne et quondam Geertrude, sua uxore, filia dicti quondam Everardi Damens., pariter geniti, cum tutore, tria iugera terre vel circiter, olim dicti quondam Everardi, sita in parochia de Geffen, in loco dicto in den Geffensche Vrede, inter hereditatem conventus Beate Marie Virginis et Brigitte vidue, siti in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Caudewater, ex uno et inter hereditatem Everardi, filii Arnoldi Everitss., et Johannis dicti Tymmermans ex alio, tendentia a quodam campo, dicto den Dussen Camp, ad quoddam fossatum, dictum den Verrengrave, in ea qualitate qua dicta tria iugera terre ibidem sita sunt, ut dicebant, hereditarie vendiderunt Reymboldo, filio quondam Theoderici dicti Kepkens, ab eodem, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus, dictis zegedycken, slusis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dicta tria iugera terre e iure conservanda spectantibus, ut dicebant.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 334r
23 februari 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Johannes dictus van der Heiden Arntss. peciam terre arabilis, unam lopinatam terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Scijnle, iuxta ecclesiam ibidem, inter hereditatem Henrici dicti Stapparts, tinctoris, ex utroque latere, tendentem a communi via ad hereditatem Rutgeri dicti Pouwelss., ut dicebat, hereditarie vendidit Petro dicto van den Weteringen, filio quondam Petri dicti van den Weteringen, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus et dimidio vasis siliginis hereditarie pactionis, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Millinc et Borchgreue, datum supra.

R1271, fol. 334v
23 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Petrus, filius quondam Rutgeri Herbertssoen, Wolterus dictus die Rademeker, filius quondam Henrici dicti de Kilsdonck, Cornelius, filius quondam Rodolphi Broeszoen, Nycolaus, filius quondam Johannis dicti Heyen, Marcelius, filius quondam Ghybonis Arntss. et Theodericus, filius quondam Johannis dicti van der Hellen, promiserunt indivisi super omnia et habenda Gerardo Moens alias dicto Ketheler triginta septem florenos Renenses, XX$^{ti}$ vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, Omnium Sanctorum proxime futuro persolvendos.

Testes Berkel et Borchgreve, datum XXIII[a] februarii.

R1271, fol. 334v
25 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Petrus, filius Johannis dicti de Kalkar, domum et ortum cum suis iuribus et attinentiis, sitos in parochia de Vucht Sancti Lamberti, in oppositum ecclesie parochialis sancti Petri ibidem, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Wolteri, filii Arnoldi Voegelers, et eius liberorum ex alio, quos domum, ortum cum suis iuribus et attinentiis predictos dictus Petrus erga Hermannum, filium quondam Hermanni de Lyer, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico, filio Willelmi dicti van den Berge, textori lineorum, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis conditione, recogintione et repromissione in dictis litteris contentis, quas conditionem, recognitionem et repromissionem predictas dictus Henricus adimplebit et adimplere tenebitur sic et taliter quod dicto Petro ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro, prout idem Henricus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Petro repromisit.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXV[ta] februarii.

R1271, fol. 334v
25 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Dictus Henricus promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dicto Petro ad spacium trium annorum Pentecostes proxime futuro, sine medio sequente quolibet dictorum annorum, quatuor libras monete Pentecostes et pro primo solutionis termino a festo Pentecostes proxime futuro ultra annum et sic deinceps dictis annis durantibus, et adhuc in ultimo termino dictorum annorum viginti quatuor peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 334v
21 april 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Dictus Petrus premissa legitime supportavit Theoderico, filio quondam Johannis Scoercops, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XXI[a] aprilis, sexta post Pasche.

R1271, fol. 334v-335r
25 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Adrianus, filius quondam Elye dicti Huybens. tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Lamberti dicti Michielszoen, hereditarie vendidit domino Theoderico Kyemt, presbitero, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere tradendam ex pecia terre arabilis, sextariatam terre vel circiter continente, dicti venditoris,

sita in parochia de Bucstel, ad locum dictum Tongeren, inter hereditatem Arnoldi dicti Gevartss. ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti Schuermans ex alio, tendente ab hereditate Engberti dicti van den Bersselaer ad hereditatem sororum de Orthen, domus sancti Andree, site in Buscoducis, ad vicum Hynthamensem; item adhuc ex una sextariata terre vel circiter, eiusdem venditoris, sita in iam dicta parochia, ad locum dictum Lennenshoevel, inter hereditatem dicti Engberti van den Bersselaer ex uno et fine uno et inter hereditatem heredum quondam Arnoldi dicti Michiels ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem heredum quondam Johannis dicti Scoefs, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ad quinque placcas Busciducenses ascendente ex primodicta pecia terre, prius annuatim e iure solvendo, ut dicebat, et dicta contrapignora satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 335r
25 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante decem et octo peters, decem et octo denarios, stuvers communiter vocatos, pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione denarios, dictos dobbel vueryseren, et quemlibet huiusmodi denarium, ad tres blanccas, et nullam aliam monetam seu pecuniam, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 335r
25 februari 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Laurencius, filius quondam Johannis dicti Arntssoen, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex quadam pecia terre, duodecim lopinatas terre vel circiter continente, Ghiselberti dicti van den Hautart, filii quondam Rutgeri, sita in parochia de Nulant, ad locum dictum aen den Wolfsdyck, inter hereditatem Everardi, filii Wolteri Everitssoen, et quorundam aliorum ex uno et inter hereditatem Rodolphi Claeszoen cum pluribus aliis ex alio, quam pactionem predictam dictus Laurencius erga dictum Ghiselbertum van den Hautart emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Johannis dicti Brants, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepta tamen et dicto Ghiselberto reservata sua potestate redimendi pactionem predictam iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum.
Testes Millinc et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 335r
25 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Godefridus,[56] filius quondam Gerardi dicti Claessoen, cupifex, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie quondam Willelmi dicti in den Marten, promisit ut debitor principalis michi ad opus sororis Katherine, filie quondam Johannis dicti Vermoelen, sororis professe conventus sororum tercie regule sancti Francisi, siti infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Eyckendonck, quod ipse dabit et solvet eidem sorori Katherine annuam et vitalem pensionem sex florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam dicte sororis Katherine et non ultra, mediatim prima septembris et mediatim prima marcii, et pro primo solutionis termino prima septembris proxime futuro, de et ex domo, area, vacua hereditate ac domo posteriori sibi retro adiacenti, dicti Godefridi, dictis communiter In sinte Marten, sitis in Buscoducis, ad vicum dictum den Hogen Steenwech, inter hereditatem Theoderici Hagens ex uno et inter hereditatem heredum quondam Boudewini Wouterss. alias dicti die Cuyper ex alio, tendentibus a dicto communi vico ad hereditatem heredum quondam Johannis de Berlijkem, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditario censu sedecim librarum monete, hereditario censu quinque librarum, hereditario censu adhuc quinque librarum dicte monete, hereditario censu septem et dimidie librarum eiusdem monete, hereditario censu dimidie libre antique pecunie atque vitali pensione septem librarum monete predicte, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa condicione quod quedam Heilwigis, martartara dicte sororis Katherine, quamdiu ipsa Heilwigis in humanis vivet, dictam pensionem sex florenorum Renensium percipiet et levabit ac percipere et levare tenebitur, dicta tamen sorore Katherina in humanis perseverante et non ultra, contradictione cuiuscumque non obstante.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 335v
25 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Henrica, relicta quondam Willelmi dicti die Loyer, incola libertatis de Os, omibus melioribus modo via iure, causa et forma quibus melius, firmius et commodosius facere scivit et potuit propter causam ymmo legitimam, ipsam ad hoc, ut asseruit, monendi causa sui testamenti ac ultime sue voluntatis, statuit, condidit et ordinavit id quod sequitur in subsequente, videlicet postquam ipsa Henrica viam universe carnis fuerit ingressa diemque vite sue clauserit extremum, quod extunc adstatim omnia sua bona mobilia et parata, saltem illa que post se reliquerit et quemadmodum illa protunc fuerint, pleno iure succedere debeant et devolvi,

[56] *in de marge d.d. 22 september 1524* : XXII$^{da}$ septembris anno XXIIII$^{o}$ de mandato et consensu Pelgrum et Water, scabinorum, ex isto contractu est secundario littera scabinalem sub forma debita ingrossata, expedita et sigillata, tradita fratri Johanni de Gemart, patri et confessori pro tempore sororum tercie regule sancti Francisci, commorantium ad locum dictum die Eyckendonck, qui mediante suo iuramento sub forma sacerdocii ad requestam iudicialem prestito asseruit et iuravit se nec dictas sorores litteram scabinalem prius expeditam non habere nec scire nec eam posse invenire, et quod dicta soror Katherina est adhuc apud dictas sorores in humanis vivens, et quod eedem sorores in possesione receptionis pensionis predicte fuerunt, quod quidem iuramentum sic, ut premittitur, per dictum patrem prestitum Nycolaus die Leeuwe, cangieter, et M. Petrii de Os mediis eorum iuramentis tenuerunt pro vero et nullemente periuro.

dumtaxat ad Mercelium, Arnoldam et Johannam, suos liberos legitimos, ab ipsa Henrica et dicto quondam Willelmo die Loyer pariter procreatos, ab eisdem Mercelio, Arnolda et Johanna capitatim et equaliter habenda et dividenda, contradictione aliorum suorum liberorum aut quorumcumque aliorum non obstante, promittens super omnia michi ad opus dictorum suorum liberorum, quod ipsa premissa rata, grata et firma perpetue observabit et quod ipsa premissis non contraveniet, absque dolo.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXV$^{ta}$ februarii.

R1271, fol. 335v
27 februari 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Rodolphus, filius quondam Mathie dicti sBevers, ab eodem et quondam Mechtelde, sua uxore, filia quondam Elisabeth, filie quondam Johannis dicti de Lytt, pariter genitus, hereditarium censum viginti solidorum monete, quem censum Gerardus dictus Eelenzoen de Oisterwijck promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Margarete dicte Campen, relicte quondam Henrici van den Heiden, ad eius vitam, et post eiusdem Margarete decessum Geertrudi, eius filie legitime, anno quolibet hereditarie Philippi et Jacobi apostolorum de et ex posteriori parte orti, quondam Sanderi dicti de Driel, XX$^{ti}$ duas pedatas in longitudine continentis, siti in Buscoducis apud plateam dictam Huls, iuxta hereditatem quondam Nycolai dicti Koe, depost vero Arnoldi dicti de Uden, textoris, pridem dati ad hereditarium censum dicto Gerardo a dicta Margareta et Heymerico dicto van der Heiden pro censu predicto, prout in litteris, et quem censum predictum unacum quadam alia libra pagamenti Johannes Pels, filius quondam Gerardi Pels, et Margareta, eius uxor legitima, in eorum testamento prefate Mechteldi, petrine dicte Margarete, legaverant, ut videtur in quodam instrumento contineri, hereditarie supportavit Woltero dicto Scuerman, filio quondam Wolteri dicti Scuermans, simul cum dictis litteris, instrumento et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem deponere similiter.
Testes Raess. et Millinc, datum penultima februarii.

R1271, fol. 335v-336r
27 februari 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Arnoldus, filius quondam Theoderici dicti Arntszoen, pillifex, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, filie quondam Johannis, filii quondam Ghiselberti de Loen, filii quondam Arnoldi de Loen, hereditariam pactionem trium modiorum siliginis de hereditaria pactione quinque modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis ex quodam manso, olim Godefridi dicti Sceyvels, sito in parochia de Roesmalen, in loco dicto Hynen, et ex attinentiis eiusdem mansi, singulis et universis, quam pactionem trium modiorum siginis primodictam dictus Ghiselbertus de Loen, filius quondam Arnoldi de Loen, erga Ghiselbertum dictum Sceyvel, filium quondam Bernardi, filii quondam Godefridi dicti Sceyvel, dudum acquisierat, prout in litteris, et que pacio trium modiorum siliginis predicta dicto Arnoldo, tamquam marito et tutori legitimo dicte Johanne, sue uxoris, mediante quadam divisione hereditaria, inter ipsum et suos in hoc coheredes dudum habita, in partem cesserat, ut dicebat, in litteris divisionis contineri, hereditarie supportavit Willelmo de Achel, filio quondam Gerardi, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 336r
28 februari 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Johannes et Gerardus, fratres, liberi quondam Jacobi, filii quondam Theoderici de Loen, filii Johannis dicti de Loen, Theodericus et Petrus, fratres, liberi quondam Judoci Ruelens, ab eodem quondam Judoco et quondam Mechtelde, sua uxore, filia dicti quondam Theoderici de Loen, pariter geniti, Willelmus, filius quondam Welllini dicti Arntss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, et Goeswinus, filius quondam Gerongii dicti Goessens, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filiarum dictorum quondam Judoci Ruelens et quondam Mechteldis, sue uxoris, pro se ipsis et pro Petro dicto Goessens, marito et tutore legitimo Beatricis, sue uxoris, filie dicti quondam Judoci Ruelens, peciam terre, sitam in parochia de Os, ad locum dictum dElschot, inter hereditatem Johannis Ruttens. ex uno et inter hereditatem Gerlaci dicti Lemmens ex alio, item peciam terre, sitam in dicta parochia, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Rutten ex alio, quas duas pecias terre predictas dictus Theodericus de Loen, filius quondam Johannis dicti de Loen, erga Johannem Kanapart, filium quondam Lodovici, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Theoderico, filio quondam Johannis Robben de Boekel, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Theoderici de Loen ac suorum heredum deponere.
Testes Millinc et Berkel, datum ultima februarii.

R1271, fol. 336r
1 maart 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Laurencius, filius quondam Henrici dicti Boyens, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Henrice, sue uxoris, filie quondam Henrici dicti Witlocx, hereditarie vendidit Marie, filie quondam Johannis dicti Byeken Berkelmans, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex medietate ad ipsum, ut dicebat, spectante in domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sex lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad locum dictum Cromvoirt, inter hereditatem Mathei dicti Maeszoen ex uno et inter hereditatem Hessellonis dicti Brocx et Henrici, eius sororii, ex alio, tendentibus a communi platea ad quandam communem viam ibidem; item adhuc ex medietate ad ipsum, ut dicebat, spectante in pecia terre, sextariatam terre vel circiter continente, sita in parochia et loco predictis, in loco dicto in den Mortel, inter hereditatem Gerardi dicti Witlock ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Floren ex alio, tendente ab hereditate liberorum quondam Adriani de Esch ad hereditatem conventus sancte Geertrudis in Buscoducis, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad duos denarios, Gwillelmusthuyn vocatos, ascendente, atque tribus libris communis pagamenti hereditarii census, prius annuatim ex premissis integris hereditatibus e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Berkel, datum prima martii.

R1271, fol. 336r
1 maart 1503

Raas Raassen en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix cum tutore recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 336v
1 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Jacobus dictus Marsman, filius quondam Johannis dicti Marsmans, relictus quondam Elisabeth, sue uxoris, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quodam domistadio et orto ac suis attinentiis, sitis in parochia de Os, infra munimen, dictum die vest ibidem, ad communem plaetsam, dictam aen den Hoevel, inter communem plateam ex uno et fine anteriori et inter hereditatem Arnoldi, filii Henrici dicti Gysbertss., ex alio, tendente cum fine posteriori ad hereditatem Godefridi dicti van der Graft, ut dicebat, legitime supportavit Johanni, suo filio, et effestucando promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum prima martii.

R1271, fol. 336v
1 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igiter coram scabinis infrascriptis dictus Johannes domistadium et ortum cum suis attinentiis predictos hereditarie vendidit michi ad opus Johannis, filii Nycolai dicti Gielissoen, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno denario, Philippuspenninc communiter vocato, census fundi, atque una libra communis pagamenti altari sancti Eligii in ecclesia de Os, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 336v
1 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Johannes senior, filius quondam Arnoldi, filii quondam Arnoldi dicti Gieliss., dedit michi ad opus Petri dicti Reynerss., Danielis de Vlierden Danelss., Adriani, clerici in Magno Hospitali in Buscoducis, et Henrice, relicte quondam Willelmi die Loyer, ac ad opus alterius eorundem potestatem monendi, usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 336v
2 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Bernardus, filius quondam Willelmi dicti die Brouwer, hereditarie vendidit michi ad opus Henrici dicti Gysbertszoen, sculteti in Magno Lytt, hereditariam pactionem unius modii

siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Martini hyemalis et pro primo solutionis termino Martini hyemalis proxime futuro, et in Buscoducis tradendam ex quodam campo terre, quatuor iugera vel circiter continente, dicti venditoris, sito in parochia de Tefelen, ad locum dictum communiter opt Lant, inter hereditatem Petri dicti Willemss. ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Laurencii dicti Willemss.; item adhuc ex uno et dimidio iugeribus terre vel circiter, sitis ibidem in loco dicto int Geerken, inter communitatem de Littoyen ex uno et inter hereditatem Hermanni, filii dicti dicti *(sic)* quondam Willelmi die Brouwer, ex alio, tendente cum utrisque finibus ad communes plateas, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere *(sic, lees hierna* exceptis) vitali pensione quatuor florenorum Renensium, quam Sophia, mater dicti Bernardi, ad eius vitam ex premissis et compluribus aliis hereditatibus eiusdem Bernardi solvenda habet, atque censu fundi ad tris (*sic*) et dimidium stuferos vel circiter ascendente, ex dictis uno et dimidio iugeribus terre comiti de Megen prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda martii.

R1271, fol. 336v
9 november 1503[57]
Willem de Busco en Jan Monix

Hermannus, filius quondam Willelmi die Brouwer, in absentia Henrici Ghysbertssoen, sculteti in Magno Lytt, promisit ad redimendam e iure proximitatis dictam pactionem et optinuit.
Testes Busco et Monix, datum IX novembris.

R1271, fol. 336v-337r
2 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Everardus dictus Hoze, filius quondam Henrici dicti Hoze, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere tradendam ex domo, area et orto ac duabus cameris sibi retro adiacentibus, sitis sitis (*sic*) in Buscoducis, supra aggerem Vuchtensem infra ambas portas ibidem et inter hereditatem Lamberti de Luyssel ex uno et inter fabricam capelle sancti Cornelii et plurium aliorum ibidem, quodam viculo interiacente ex alio; item ex hereditarie pactione duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Adrianus de Haren, filius quondam Willelmi de Haren promiserat se daturum et soluturum Woltero de Haren, suo fratri, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Gestel prope Oisterwyck traditurum ex agro terre, dicto den Vloeacker, sito in parochia de Gestel prope Oisterwyc, ad locum dictum Stoct; item ex pecia terre, dicta die Vlasbocht, sita ibidem, quam pactionem primodictam dictus Everardus erga Henricum, filium quondam Reyneri Creeft, et Johannam, eius uxorem, relictam dicti quondam Wolteri de Haren, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Ricardo dicto de Hoculem, filio quondam Henrici, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis conditione, recognitione et repromissione in dictis litteris contentis.
Testes Raess. et Borchgreve, datum supra.

[57] *de datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen.*

R1271, fol. 337r
2 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum Henricus, filius legitimus Tyelmanni de Spina, condens suum testamentum ac eius ultima et extremam voluntatem declarans, inter cetera inibi contenta et ordinata legasset et per modum sui testamenti reliquisset Katherine, sue filie naturali, quatuor modios siliginis hereditarie pactionis, solvendi de et ex manso suo cum adiacentibus bonis, sitis in parochia de Beeck, villicationis opidi de Buscoducis, post obitum suum in primo termino solutionis dandi, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Christianus, filius quondam Michaelis de Hulsen, tamquam maritus legitimus dicte Katherine, sue uxoris, et ipsa Katherina, cum eodem tamquam cum suo tutore, unum modium siliginis hereditarie pactionis de dictis quatuor modiis siliginis hereditarie pactionis, hereditarie supportaverunt Johanni, filio quondam Pauli van den Langer Rijt, simul cum dicto instrumento et iure, occasione promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et suarum prolium deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 337r
2 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Henricus, filius quondam Johannis dicti de Mulsel, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum Geertrudi, relicte quondam Nycolai Moninx, et Nycolao, suo filio, ad spacium septem annorum Remigii confessoris proxime futuro sine medio sequente, quolibet primorum sex annorum decem florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, et septimo anno eorundem annorum octo consimiles florenos Renenses Remigii confessoris, et pro primo solutionis termino a festo beati Remigii confessoris proxime futuro ultra annum, et sic deinceps modo predicto dictis annis durantibus.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 337r
2 maart 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Nycolaus, filius quondam Arnoldi dicti Dollekens, relictus quondam Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Johannis dicti Bullen, filii quondam Johannis, potens ad infrascripta, ut dicebat, campum terre, tria et dimidium iugera terre vel circiter continentem, situm in parochia de Os, retro locum dictum Scadewyck, inter hereditatem heredum quondam Johannis Geritss. ex uno et inter hereditatem Arnoldi Grotart de Os et hereditatem Henrici dicti Strick ex alio et uno fine, quem campum terre predictum dictus Johannes Bullen, filius quondam Johannis, erga Mechteldem iuniorem, filiam quondam Johannis dicti Spiker, filii quondam Henrici dicti Spiker, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Nycolai dicti Janss., simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte quondam Elisabeth, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Johannis Bullen ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 337v

2 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Johannes Brants, filius quondam Johannis, hereditarium censum septem florenorum Renensium, XX$^{ti}$ novos stuvers, nunc noviter per ducem Philippum, archiducem Austrie, Bourgoindie, etcetera monetatos, vel verum valorem eorundem in alia bona et equivalenti pecunia secundum modernam valuationem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Gregorii pape ex domo cum suo fundo Petri, filii quondam Andree, filii quondam Johannis Elyaess., sito in Buscoducis ad forum, inter cameras dictas die Lange Cameren, inter hereditatem domini Egidii de Straten, filii quondam Theoderici, presbiteri, ex uno et inter hereditatem Henrici Voss ex alio; insuper ex duabus cameris cum earum fundis sibi mutuo lateraliter coadiacentibus, eiusdem Petri, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Gasthuysstraet, inter hereditatem Johannis de Turnout ex uno et inter hereditatem ad Magnum Hospitale, situm apum Portam Captivorum, spectantem ex alio, quem censum predictum magister Nycolaus Kuyst ad opus dicti Johannis Brants erga dictum Petrum, filium quondam Andree, filii quondam Johannis Elyaess., emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Zegero, filio quondam Johannis Elyaess., simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda martii.

R1271, fol. 337v
30 december 1503[58]
Lucas van Erp en Gerlach de Rover

Dictus Zegerus dictum censum hereditarie supportavit Alardo, filio quondam Henrici dicti van Breey, institoris, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Erpe et Roever, datum penultima decembris.

R1271, fol. 337v
2 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Johannes dictus de Gael Janss. duos modios siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione quatuor et dimidii modiorum siliginis mensure de Myerle, quam pactionem iam dictam Willelmus dictus Steenbecker, filius quondam Gerardi dicti Steenbecker, de Myerle promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Johanni de Gael, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Myerle tradituram ex domo, area et orto ac campo terre arabilis sibi coadiacenti, supradicti Willelmi, sitis in parochia de Myerle, iuxta crucem ibidem, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti die Cock et quorundam aliorum ibidem ex alio, prout in litteris, hereditarie supportavit Godefrido, filio quondam Henrici dicti Moels, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 337v
2 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

[58] *de datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen.*

Dictus Johannes de Gael duos et dimidium modios siliginis hereditarie pactionis de dicta hereditaria pactione quatuor et dimidii modiorum siliginis et sic ulterius ut in contractu immediate precedenti, hereditarie supportavit Elisabeth, filie quondam Willelmi dicti Oems, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 337v-338r
2 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Arnoldus, filius quondam Petri dicti Goyartss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, Lambertus, filius quondam Arnoldi die Meyer, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filiarum quondam Gerardi dicti die Werdt, filii quondam Petri dicti die Werdt, ab eodem quondam Gerardo et quondam Katherina, sua uxore, pariter genitarum, pro se ipsis et pro Johanne, filio eiusdem quondam Gerardi die Werdt, necnon Chistianus, filius quondam Christiani Henricxs., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Marie, sue uxoris, filie quondam Nycolai dicti Bartrams, ab eodem quondam Nycolao et quondam Geertrude, sua uxore, filia quondam Marie, uxoris, dum vixerat, dicti quondam Gerardi die Werdt, pariter genite, hereditariam pactionem duodecim lopinorum siliginis mensure de Tilborch, solvendam hereditarie Purificationis et supra hereditates infrascriptas tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus; insimul duas modiatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Tilborch, ad locum dictum die Heyde, inter hereditatem Henrici Polslouwer ex uno et inter hereditatem Gerardi Bey ex alio, quam pactionem predictam dictus Gerardus die Werdt, filius quondam Petri, erga Cornelium, filium quondam Andree, filii quondam Johannis Dircxs., et Cornelium, filium quondam Wolteri Symonss., maritum et tutorem legitimum Geertrudis, sue uxoris, filie eiusdem quondam Andree, acquiserat, prout in litteris, et quam pactionem dictus Gerardus die Werdt constante matrimonio inter ipsum et secundodictam Mariam acquisierat, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Woltero, filio quondam Willelmi van der Schueren, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Gerardi die Werdt deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa divisi, videlicet dicti Arnoldus et Lambertus indivisi, obligationem et impetitionem ex parte dicti Johannis et quorumcumque heredum et successorum dicti quondam Gerardi die Werdt, et dictus Christianus obligationem et impetitionem ex parte secundodicte quondam Marie, uxoris, dum vixerat, dicti quondam Gerardi, et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.
Acquitavit dictus Wolterus dictam pactionem.

R1271, fol. 338r
2 maart 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Frater Godefridus Voss, cellerarius pro tempore conventus Beate Marie supra Doncka, prope Huesden, potens ad hoc, dedit Rycardo dicto Janss. van van Boekel potestatem monendi omnes et singulos census, redditus, pactiones dicti conventus et credita quecumque, que eidem conventui debentur, saltem in Pelandia, usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Raess. et Millinc, datum supra.

R1271, fol. 338r-338v
2 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Henricus, filius quondam Johannis dicti Zweymen, et Jacobus, filius quondam Egidii dicti Luers, promiserunt indivisi ut debitores principales Aleidi, relicte quondam Johannis dicti Wichmoets de Vosholen, ad opus sui et ad opus liberorum legitimorum eiusdem Aleidis, ab ipsa Aleide et dicto quondam Johanne, pariter genitorum, quod ipsi dabunt et solvent eidem Aleidi quoad eius usufructum et dictis suis liberis legitimis quoad eorum ius hereditarium hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradent ex uno bonario prati vel circiter, dicti Henrici, sito in parochia de Helvoert, in palude dicta int Oirtbroeck, inter hereditatem Adriani, filii quondam Gerardi Berkelmans, ex uno et inter hereditatem Engberti, filii quondam Henrici dicti Emmens., ex alio, tendente ab hereditate Theoderici, filii quondam Gerardi Berkelmans ad quandam peciam terre pascualis infrascriptam eiusdem Henrici; item ex iam dicta pecia terre pascualis, decem lopinatas terre vel circiter continente, sita ibidem, inter hereditatem Godefridi Arntss. ex uno et inter communitatem de Esch ex alio et fine uno, tendente cum reliquo fine ad bonarium predictum, quodam aqueductu, dicto enen loep, intercurrente; item ex agro terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, eiusdem Henrici, sito in dicta parochia, prope ecclesiam ibidem, inter hereditatem investiture de Helvoirt ex uno et inter hereditatem Gerardi van den Staeck ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Johannis Zweymen, fratris supradicti Henrici; item ex quodam prato dicti Jacobi, unum bonarium vel circiter continente, sito in dicta parochia, ad locum dictum aen die Afterstraet, inter hereditatem Goeswini de Uden ex uno et inter hereditatem Theoderici Geritss. ex alio, tendente ab hereditate Engberti Brabants ad hereditatem Henrici Brocken, ut dicebat. Promiserunt insuper indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad unum stoterum ascendente, ex bonario et pecia terre pascualis dicti Henrici, et septem lopinis siliginis hereditarie pactionis ex dicto agro eiusdem Henrici, item censu fundi ad unum grossum antiquum taxato, et duobus denariis, peters communiter vocatis, ex dicto prato dicti Jacobi, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda martii.

R1271, fol. 338v
2 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Et poterunt redimere perpetue cum triginta septem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Aleidis pro se et dictis suis liberis hoc palam recognovit cum tutore et super omnia et habenda dictis promittentibus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem promittentes huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Elisabeth et suis liberis legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 338v
2 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Dicti Henricus et Jacobus, promittentes, promiserunt super omnia et habenda sibi mutuo quod quivis eorum unam medietatem dicte pactionis exnunc deinceps dabit et solvet, redimet et acquitabit ac dare et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod uni ab altero ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 338v
2 maart 1503
Goessen van Brecht en Peter die Borchgreve

Jan die Jonge, zoen wilen Jacops die Jonge van Turnhout, alsulkenen sestien margen lants van vier ende twentich margen lants, gelegen in de Hoeven, die welke sestien margen die voirs. Jan die Jonge nae dode Jacops, zijns vaders, houdende is geweest te leene van den heer van Wezemael als voir een voll lene ende die hem aenverstorven zijn van denselven zijnen vader ende welke sestien margen lants voirs. hij, Jan, nae dode zijns voirs. vaders, voir stadhelder ende mannen van leene des heren van Wezemael ontfangen heeft gehadt, ende dair af hulde ende eede van trouwen gedaen, nae inhaude van sekeren leenbrieven daer af gegeven, heeft hij wittelic ende erflic opgedragen Mechtelden, wedue wijlen Jans Keymp Janszoen, tsamen metten alingen rechte hem toebehoerende in ennigen brieven ende munimenten dair af gewach doende ende helmelingen overgegeven in manieren in dien gewoentlic, geloevende die voirs. Jan op verbyntenissen van allen zijnen gueden, nu hebbende ende naemaels vercrigende, als dat hij dese voirs. opdrachten ende overgevinge vast ende stedich sal houden tot ewigen daigen, sonder ennige wederseggen, ende dat hy allen commer ende aentael van zijnre wegen ende vanwegen des voirs. wijlen Jacops, zijns vaders, ende allen zijnren erfgenamen ende nacomelingen in de voirs. sestien margen lants wesende oft naemaels comende, der voirs. Mechtelden sal afdoen gehelijcken.
Testes Brecht et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 339r
2 maart 1503
Goessen van Brecht en Peter die Borchgreve

Victor de Molendino promisit super omnia et habenda dicto Johanni die Jonge ducentos florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 339r-339v
2 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum Johannes et Willelmus, fratres, liberi quondam Rodolphi de Moenle, promisissent ut debitores principales indivisi se daturos et soluturos Godefrido dicto Ketheler, marito et tutori legitimo Yde, sue uxoris, filie dicti quondam Rodolphi de Moenle, hereditariam pactionem quatuor modiorum siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradituram ex quodam campo, unum et dimidium modios siliginis in semine capiente, sito in parochia de Hees, ad locum dictum aen de Vlaesch; item ex pecia terre, dicta den Langenhoff, que pecia terre continet quinque lopinatas terre, sita ibidem; item ex decem et septem lopinatis terre vel circiter, sitis in loco dicto int Verheelsche Venne; item ex sex lopinatis terre, sitis ad locum dictum op geen Acker; item ex

quadam hereditate, dicta Vier Geslach, sita in loco dicto die Berct Camp; item ex hereditate dicta Twe Geslach, sita in loco dicto die Aude Bleken; item ex hereditate dicta Een Geslach, sita in dicto loco die Alde Bleken vocato; item ex hereditate dicta Twe Geslach, sita in loco dicto die Aude Bleken; item ex hereditate Twe Geslach vocata, sita in dicto loco die Alde Bleken vocato; item adhuc ex hereditate dicta een Halff Geslach, sita in iamdicto loco; item ex duabus strepis terre, sitis in loco dicto in de Raect; item ex una strepa terre, sita in iamdicto loco die Raect vocato; item ex quodam orto, sito iuxta primodictum campum; item ex pecia terre, sita iuxta iamdictum ortum; item ex duobus hont terre, sitis in parochia de Nulant, ad locum dictum die Hoeven, pridem datis ad hereditariam pactionem Johanni et Willelmo predictis a Godefrido Ketheler predicto pro dicta pactione quatuor modiorum siliginis et quibusdam aliis oneribus, prout in litteris, quarum data continet feria sexta post festum beate Katherine virginis, anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo nono, cumque supradicta pactio quatuor modiorum siliginis ad pauperes Maioris Curie Beginarum in Buscoducis devenisset, iuxta continentiam diversarum litterarum, ut dicebat, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Willelmus de Kessel, filius quondam Arnoldi, filii quondam Willelmi dicti Roelofszoen de Moenle, Willelmus, filius Ghiselberti dicti de Tuyl, ab eodem et Helwige, sua uxore, filia dicti quondam Arnoldi, pariter genitus, Wolterus, filius quondam Lamberti Meliszoen, et Willinus, filius quondam quondam (*sic*) Arnoldi Wellenszoen, palam recognoverunt et quivis eorum publice recognovit, videlicet dictus Willelmus de Kessel quod ipse tamquam proprietarius ad presens habet, possidet et manutenet octo lopinatas terre de supradictis decem et septem lopinatis terre, que quidem octo lopinate terre nunc site sunt ibidem in parochia predicta, inter communem stegam ex uno et inter hereditatem Arnoldi Rycarts ex alio et fine uno, et tendunt cum reliquo fine ad hereditatem Willelmi Rolofssoen, et quod iamdicte octo lopinate terre sunt contrapignus pactionis quatuor modiorum siliginis predicte; item dictus Willelmus de Tuyll quod ipse tamquam proprietarius ad presens habet et possidet de premissis hereditatibus quandam peciam terre cum sua lignicrescentia, pronunc Stockmans Eycke vocatam, quatuor lopinatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Hees predicta, inter hereditatem Johannis Stegemans ex uno et inter hereditatem Wolteri, filii quondam Lamberti Melissoen, ex alio, tendentem a communi via ad hereditatem Domus Leprosorum, dicte ter Eyendonck, site prope Buscumducis, item adhuc peciam terre, maldratam terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Geffen, ad locum dictum aen de Geffensche Heyde, inter communem viam ex uno et inter hereditatem quandam, dictam die Goubrake, ad Johannem Bloyman spectantem, ex alio, et quod iamdicte due pecie terre sunt contrapignus pactionis predicte; item dictus Wolterus quod ipse tamquam proprietarius ad presens habet et possidet de predictis hereditatibus quartam partem unius campi terre, quatuordecim lopinatas terre vel circiter continentis, siti in parochia de Hees predicta, ad locum dictum in die Vlaesch, inter hereditatem Johannis Wouterss. die Wagemeker ex uno et inter quandam hereditatem, dictam Thijss Hoff, ad hereditatem Roeloffs alias de Gent spectantem, ex alio, tendentem a communitate ad hereditatem Erenberti Melis, item adhuc duodecim lopinatas terre cum domibus et aliis edificiis pronunc desuper stantibus, sitas in dicta parochia de Hees, inter hereditatem Theoderici Janss. ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno et cum reliquo fine ad hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, item adhuc peciam terre, sitam in dicta parochia de Hees, in de Bleken, dictam een Audt Geslach, inter hereditatem Henrici, filii Theoderici Wautgers senioris, ex uno et inter hereditatem Johannis, filii Lamberti Melis, ex alio, tendentem a campo, dicto den Berckt Campo, ad hereditatem conventus de Berna, et quod iam premissa sunt contrapignus pactionis predicte; item dictus Wellinus quod ipse tamquam proprietarius ad presens habet et possidet de supradictis hereditatibus quandam peciam terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Hees predicta, inter hereditatem Willelmi, filii quondam Rodolphi van den

Vlaesch, ex uno et inter hereditatem dicti Erenberti Melis ex alio, tendentem ab hereditate Wolteri, filii quondam Lamberti Melis, ad hereditatem Rodolphi, filii quondam Rodolphi van den Vlaesch, item adhuc peciam terre, quinque lopinatas terre vel circiter continentem, dictam die Hostadt, sitam in dicta parochia, in loco dicto den Beempt, inter aqueductum ex uno et alias ad communitatem seu communem plateam ibidem adiacentem, et quod iamdicte due pecie terre sunt contrapignus pactionis predicte, promittentes super omnia et habenda huiusmodi recognitiones ratam servare et non contravenire.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda martii.

R1271, fol. 339v
Jan Heym en Gerard van Berkel
9 augustus 1503

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra usque ibi ‘constituti igitur coram scabinis infrascriptis’, Jacobus, filius quondam Theoderici Wautgerss. palam recognovit quod ipse tamquam proprietarius ad presens habet et possidet peciam terre, tres lopinatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Hees, int Ackervelt, inter hereditatem reliquam eiusdem Jacobi ex uno et inter stegam ex alio et fine uno, tendentem cum reliquo fine ad hereditatem heredum quondam Wautgeri van den Wyst, et quod eadem pecia terre est contrapignus pactionis predicte, promittens super omnia huiusmodi recognitionem ratam servare.
Testes Heym et Berkel, datum IX$^{a}$ augusti.

R1271, fol. 339v-340r
2 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra et fiat relatio usque ibi ‘constituti’ et tunc sic constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus de Kessel, Willelmus de Tuyll, Wolterus et Wellinus, de quibus supra nominibus, palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo, atque etiam ad opus Jacobi dicti Dircxsoen promiserunt videlicet quod dictus Willelmus de Kessel tria sextaria siliginis de et ex dictis suis octo lopinatis terre, item dictus Willelmus de Tuyll tria sextaria siliginis de et ex dictis suis duabus peciis terre, item dictus Wolterus dimidium modium siliginis de et ex dictis suis quarta parte campi predicti et ex duodecim lopinatis terre ac pecia terre, atque dictus Wellinus dimidium modium siliginis de et ex dictis suis duabus peciis terre, ut dicebant, et hec de supradicta pactione quatuor modiorum siliginis exnunc deinceps annuatim termino solutionis supradicto dabunt et solvent ac dabit et solvet eorum alter sic et taliter quod uni ab alio ac dicto Jacobo Dircxsoen ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 340r
Jan Heym en Gerard van Berkel
9 augustus 1503

Dictus Jacobus, filius quondam Theoderici Wautgerss., promisit super omnia et habenda michi ad opus dictorum Willelmi, Willelmi, Wolteri et Wellini, quod ipse Jacobus quatuor vasa siliginis de et ex dicta sua pecia terre trium lopinatarum de dicta pactione eorum modiorum exnunc deinceps dabit absque dampnis aliorum, ut in forma.
Testes Heym et Berkel, datum IX$^{a}$ augusti.

R1271, fol. 340r
6 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Henricus, filius quondam Johannis Dircxsoen, promisit ut debitor principalis super omnia et habenda se daturum et soluturum fratribus Carthusiensibus in Vucht ad spacium trium annorum, Martini hyemalis ultimo preteritum sine medio sequente, quolibet dictorum annorum quinque et dimidium florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, Martini hyemalis et pro primo solutionis termino Martini hyemalis proxime futuro et sic deinceps dictis annis durantibus occasione locationis cuiusdam agri terre, dicti den Hoigenacker, dictorum fratrum, decem lopinatas terre vel circiter continentis. siti infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, ad locum dictum die Poeldonck, ut dicebat.
Testes Berkel et Bochgreve, datum VI$^{ta}$ martii, secunda post Invocavit.

R1271, fol. 340r
Goessen van Brecht en Gerard van Berkel
6 maart 1503

Henricus, filius quondam Johannis dicti Peterss., hereditarie vendidit Adriano, filio quondam Laurencii dicti Lodewijchss., hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Petri apostoli ad Cathedram et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, duodecim lopinatas terre vel circiter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Haren, ad locum dictum Belveren, inter hereditatem Johannis dicti Stevens ex uno et inter hereditatem Engberti dicti de Haren Janss. ex alio, tendentibus a communi platea ad quandam communem viam, dictam eenen gemeynen vaerwech, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem, exceptis duobus et dimidio modiis siliginis ac dimidio modio ordei hereditariarum pactionum necnon diversis censibus, ad sedecim stuvers ascendentibus, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 340r
Goessen van Brecht en Gerard van Berkel
6 maart 1503

Et poterit redimere perpetue cum et mediante decem et octo peters, XVIII stuvers vel valorem in pecuna pronunc communiter currente pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 340r-340v
7 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Theodericus, filius quondam Johannis dicti Dircxs., sextam partem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in quodam agro terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad locum dictum Cromvoirt, inter hereditatem Andree, filii quondam Adriani de Esch, ex uno et inter hereditatem Adriani, filii Johannis Hessels, ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem spectantem ad quoddam altare, situm in capella de Berkel, ut dicebat, hereditarie supportavit Woltero, filio quondam Theoderici Berkelmans, simul cum toto iure sibi quovismodo competenti in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Raess. et Borchgreve, datum VII[a] martii, tercia post Invocavit.

R1271, fol. 340r
6 maart 1503
Goessen van Brecht en Gerard van Berkel

Wy, Brecht et *(sic)* Berkel, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelijcken dat opten dach van huyden datum van deser voir ons gestanden is geweest Herman Peterszoen van den Hautart, ingesetenen tot Berlijkem, bynnen der meyery der stad voirs. gelegen, seggende hoe dat hy voir die eerbare meyere ende scepene der stad van Loevene aldair in recht een zake te doen sal hebben tegen Gielise Jan Stanssartssoen, welke sake hij in zijnen properen persoene, overmits andere occupacien die hy te doen heeft, nyet vuchelic vervolgen en can noch en mach, ende heeft dairomme geconstitueert, gesedt ende geordineert ende mits desen constitueert, sedt ende ordineert meester Henricken Bull zijnen wittigen procurator ende facteur, gevende ende verlenende denzelven vry ende volcomen macht ende zunderlinge bevele in zijnen name ende van zijnren wegen voir die voirs. eerbare meyere ende scepenen der stad van Loeven te compareren ende aldaer zijn sake te verwaeren ende verantwoirden, het zij in aenleggers oft verwerders stad, ende generalic allet dair inne te doen ende voirt te keren dat die voirs. constituent selver soude moigen doen ende voirtkeren oft hy present ende jegenwoirdich weere, geloevende die selver constituent super omnia et habenda michi ad opus dicti magistri Henrici als dat hy vast ende stedich sal houden ende in zijnen name onverbrekelic doen houden allet tgeen ende zoe wes by den voirs. meester Henricken hier inne gedaen ende voirtgekeert sal werden, ende denzelven van allen scaide, cost ende commer die hem ter cause van desen toecomen mucht, releveren ende scadeloos ontheffen.
In kennesse der wairheyt, soe hebben wy, scepenen der stad van sHertogenbosch voirs., onse zegelen hier aen doen hangen.
Datum VI[ta] martii.

R1271, fol. 340v-341r
6 maart 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Willelmus, filius quondam Willelmi dicti van den Hoernick, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Johannis dicti van den IJnden alias de Zoemeren, hereditariam pactionem novem sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere tradendam de et ex agro terre, tres et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, dicto communiter Beelen Braeck, sito in parochia de Scijnle, ad locum dictum dElschot, inter hereditatem Willelmi dicti van den Venne ex uno et inter hereditatem Willelmi, filii Hermanni Claess., ex alio, tendente ab hereditate Willelmi Lambertszoen ad communem plateam; item ex duobus iugeribus terre vel circiter, sitis in parochia et loco predictis, inter hereditatem Henrici Gieliszoene ex uno et inter hereditatem Christiani van den

Bogart ex alio, tendente ab hereditate Henrici, filii quondam Gerardi dicti van den Waude, ad communem plateam; item ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia et loco predictis, inter hereditatem Henrici die Rademeker Geritssoen ex uno et inter communitatem alias undique adiacentem; item ex quodam prato, unum bonarium vel circiter continente, sito in dicta parochia, in loco dicto die Hautart, inter hereditatem Ade dicti Voet ex uno et inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Mathie van Herenthom, ex alio, tendente cum uno fine ad hereditatem liberorum quondam Johannis Penninx; item ex quarta parte ad dictum venditorem, ut dicebat, spectante in quodam campo terre, quatuor iugera terre vel circiter continente, sito in parochia et loco iamdictis, inter hereditatem Mathie dicti de Herenthom ex uno et inter hereditatem Lamberti van der Hautart et plurium aliorum ex alio, tendente ab hereditate Henrici dicti Arntszoen, ad hereditatem Henrici dicti Deliszoen, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione duorum sextariorum siliginis ex primodicto agro terre, item censu fundi et hereditario censu quinque librarum ex dictis duobus iugeribus terre, item duobus et dimidia libris et quarta parte unius huiusmodi librarum communis pagamenti ex domo, area, orto et hereditatibus predictis, item tribus et dimidia libris hereditarii census ex dicto prato atque censu fundi ex dicta quarta parte campi predicti, prius diversis personis annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Millinc et Borchgreve, datum VI$^{ta}$ martii, secunda post Invocavit.

R1271, fol. 341r
7 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Johannes, filius Johannis dicti Sanderssoen, hereditarie vendidit domino Machario die Loyer, presbitero, hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro de et ex quatuor et dimidio hont terre vel circiter, sitis in parochia de Os, in quodam campo, dicto den Dooven Camp, inter hereditatem Johannis dicti die Man ex uno et inter hereditatem heredum quondam Roveri dicti Goyens ex alio, tendente a quadam stega, dicta die Oyerstege, ad quoddam pratum, dictum Vrancken Beempt, diversorum hominum ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes Raess. et Borchgreve, datum VII$^{a}$ martii, tercia post Invocavit.

R1271, fol. 341r
7 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quindecim florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 341r
7 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Theodericus, filius quondam Rodolphi dicti de Bladel, promisit ut debitor principalis Johanni, filio Lamberti dicti die Wyse, calcifici, quod ipse dabit et solvet eidem Johanni hereditariam pactionem novem sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Mathie apostoli et in Buscoducis libere tradet de et ex medietate ad ipsum, ut dicebat, spectante in quodam prato, tria bonaria et quartam partem unius bonarii prati vel circiter continente, sito in parochia de Bucstel, in tribunali de Lyemde, inter hereditatem Johannis, filii quondam Godefridi van den Biechelair, ex uno et inter hereditatem Egidii, filii Theoderici Hoppenbrouwers, ex alio, tendente a communitate ad hereditatem reliquam dicti Theoderici et Rodolphi dicti Roevers, ut dicebat, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 341r-341v
7 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta octo peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, et cum quarta parte unius consimilis peters unacum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes Raess. et Borchgreve, datum VII[a] martii, tercia post Invocavit.

R1271, fol. 341v
7 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in ambobus contractibus immediate precedentibus, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Johannes, filius quondam Rutgeri, filii quondam Rodolphi dicti de Bladel, palam recognovit et super omnia et habenda dicto Theoderico promisit quod ipse Johannes tria sextaria siliginis hereditarie pactionis de dicta hereditaria pactione novem sextariorum siliginis exnunc deinceps dabit et solvet necnon redimet et acquitabit dareque et solvere et redimere et acquitare ad requestam dicti Theoderici tenebitur sic et taliter quod eidem Theoderico ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 341v
8 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Petrus, filius quondam Everits dicti Bosch, promisit super omnia et habenda Johanni, filio quondam Huberti dicti Lodewichss., magistro et rectori pro tempore fabrice capelle, site supra Dungen, ad opus eiusdem fabrice, unum modium siliginis mensure de Buscoducis adstatim persolvendum postqam Johannes dictus Rutten, qui pronunc captivus absens est, assertive dixerit eundem modium siliginis dicte fabrice minime fore solutum.
Testes Berkel et Borchgreve, datum VIII[a] martii, quarta post Invocavit.

R1271, fol. 341v-342r

8 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Aelbertus, filius quondam Theoderici Aelbertssoen, hereditarie vendidit Johanni dicto van Loom, filio quondam Johannis dicti Loekemans, sartori, hereditarium censum trium et dimidii florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX$^{ti}$ octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Letare Jherusalem et pro primo solutionis termino a Letare Jherusalem proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendum de et ex duabus domibus, areis, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, octo lopinatas terre vel circiter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Gestel, prope Oisterwyc, ad locum dictum aen de Heynsen, inter communem plateam ex uno et fine uno et inter hereditatem Willelmi Borchmans ex alio, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem Elisabeth, relicte quondam Nycolai dicti Geerts; item ex quodam prato et pascua sibi coadiacente, quatuor bonaria terre vel circiter pariter continentibus, sitis in parochia et loco predictis, inter communitatem ex uno et fine uno et inter hereditatem Gerardi Dircxs. ex alio, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem Heilwigis, relicte quondam Willelmi dicti Jan Hillenzoen; item de et ex viginti quatuor lopinatis terre, partim mericalis et partim arabilis, sitis ibidem, inter hereditatem Henrici Hicxspoer ex uno et inter hereditatem alias undique adiacentibus, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus modiis siliginis hereditarie pactionis, duodecim pullis censualibus atque uno stotero, ex duobus domibus, areis, horreo, orto et hereditatibus predictis, item uno modio siliginis hereditarie pactionis ex prato et pascua predictis, necnon quatuor libris hereditarii census communis pagamenti ac duobus grossis antiquis ex dictis XX$^{ti}$ quatuor lopinatis terre, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 342r
8 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quinquaginta consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 342r
8 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Petrus, filius quondam Judoci dicti Knoden, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hillegondis, sue uxoris, filie quondam Mathie, filii quondam Pauli Hoefkens alias dicti Kepkens, hereditarie venditit Johanni Bacx ad opus Margarete, filie quondam Pauli dicti Ammeester, lapicide, de Straetsborch, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census

aureos florenos Renenses, iusti pondereris, pro XX$^{ti}$ octo, aureos florenos cum cruce sancti Andree, iusti pondereris, pro XX$^{ti}$ novem, novos aureos florenos, per archiducem Philippum noviter monetatos, iusti pondereris, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccen, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Petri apostoli ad Cathedram de et ex duobus mansis sibi immediate coadiacentibus, olim Johannis de Os, de hinc Arnoldi, filii quondam Johannis Arntss., depost dicti Mathie Hoefkens, nunc vero dicti venditoris, quatuordecim bonaria vel circiter pariter continentibus, sitis in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Heze, inter communitatem circumquaque adiacentem, atque ex agris, pratis, pascuis, mericis et lignicrescentibus, ceterisque iuribus et attinentiis dicti mansi, simul et universis quocumque locorum consistentibus ac reperiendis, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditario censu octo librarum monete cuidam Hospitali Pauperum Virorum, sito in Buscoducis, iuxta vicum dictum aen den Auden Huls, ac hereditaria pactione duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis Andree, filio quondam Johannis Comanss., prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus venditor dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue cum et mediante nonaginta consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 342r-342v
9 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Rutgerus, filius quondam Johannis dicti de Griensvenne, hereditarie vendidit Johanni dicto de Loom, filio quondam Johannis dicti Loekemans, sartori, hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione predicti census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX$^{ti}$ octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccen, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Letare Jherusalem et pro primo solutionis termino a Letare Jherusalem proxime futuro ultra annum et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area, orto, duabus modiatis terre arabilis ac uno bonario terre pascualis sibi mutuo coaiacentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Gestel prope Herlair, in loco dicto In den Triest, inter hereditatem Arnoldi Claess. ex uno et inter hereditatem Rutgeri, filii quondam Rutgeri de Griensvenne, ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Johannis dicti Geroncx; item ex quodam campo terre pascualis, tria et dimidium iugera terre vel circiter continente, dicti venditoris, sito infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, ad locum dictum aen de Buenre**,** inter communem plateam ex uno et fine uno et inter hereditatem Henrici dicti van den Hazenputt ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem heredum quondam Johannis van den Steen; item ex quodam alio campo terre, sito infra libertatem predictam, ad dictum locum die Dungen vocatum, inter hereditatem Henrici Spierinx ex uno et inter hereditatem Godefridi Claeszoen ex alio, tendente ab hereditate Zeberti Henricxs. ad hereditatem Mathei Poynenborchs, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis quatuor modiis siliginis et censibus fundi ad novem et dimidium stuvers ascendentibus ex domo, area, orto ac duabus modiatis et uno bonario terre predictis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Raess., datum IX$^{a}$ martii, quinta post Invocavit.

R1271, fol. 342v
9 maart 1503
Goessen van Brecht en Raas Raassen

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quadraginta quatuor consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 342v-343r
9 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Willelmus,[59] [60] filius Johannis dicti Floren, hereditarie vendidit Lamberto de Luyssel, Willelmo Tyelmanss. et Gerardo Peterss., magistris pro tempore Pauperum Domesticorum de Tronco vici Vuchtensis in Buscoducis infra ambas portas ibidem, ad opus eorundem pauperum, hereditarium censum sex librarum monete, solvendum hereditarie Mathie apostoli et in Buscoducis libere tradendum ex domo, area, horreo, molendino quo teritur oleum, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, decem lopinatas terre vel circiter pariter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Vucht Sancti Lamberti, prope mericam ibidem, inter hereditatem Yewanni de Dommelen ex uno et inter hereditatem Johannis de Uden ex alio, tendentibus a quadam communi stega ad communem plateam seu mericam ibidem; item ex quodam prato eiusdem venditoris, sex lopinatas terre vel circiter continente, sito in dicta parochia, in loco dicto In den Ham, inter hereditatem Wolteri Straetmans ex uno et inter hereditatem Mathei Kuyst ex alio, tendente a communi stega ad quendam campum terre, dictum den Goessart; item ex quodam agro terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sito in dicta parochia, ad locum dictum Cromvoirt, dicto communiter tVenne, inter hereditatem Ghiselberti Floren ex uno et inter hereditatem Marie, relicte quondam Wolteri dicti Wouterss., et eius liberorum ex alio, tendente ab hereditate Bele dicte Floren ad communem plateam, ut dicebat, ab eisdem, promittens et cum eo dictus Johannes, eius pater, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis quatuor modiis siliginis hereditariarum pactionum, atque diversis censibus, ad duos florenos Renenses vel circiter ascendentibus, ex domo, area, horreo, molendino et hereditatibus predictis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali conditione premissis adiecta, in casu quo imposterum quovismodo contingeret supradictum Troncum seu Vicinitatem Pauperum et alios Troncos seu Vicinitates Pauperum, dictos blocken, infra dictum opidum existentes, destitui atque redditus, census et pactiones eorundem, alias, quam in usum ac sustentationem humanam pauperum dictorum Troncorum converti, quod tunc census sex librarum predictus adstatim cedet et cedere debeat iure

[59] *in de marge*: A.
[60] *in de marge d.d. 13 februari 1560*: XIII[a] februarii anni XV[C] LIX, de mandato Borchgreve, Waeter, Campen, et Haenenberch, scabinorum in Buscoducis, ingrossatur prescriptam litteram secundarie eo quod Thielmannus, filius Wilhelmi Thielmansz., et Arnoldus Jansz. de Hees, tamquam magistri pro tempore Pauperum Domesticorum de Tronco vici Vuchtensis constanter affirmarunt litteras primario extensas per incuriam esse ruptas et maculatas sic quod legi non possent, dictumque censum in iisdem litteris comprehensum esse bonum, laudabilem et iustum. Actum ut supra est.

hereditario fabrice capelle sancti Cornelii ibidem infra dictas portas consistentis, contradictione cuiuscumque aut quorumcumque non obstante.
Testes Raess. et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 343r
9 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue simul unapariter quamlibet videlicet libram cum et mediante sex florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti magistri pauperum, de quibus supra nominibus, nomine dictorum pauperum hoc palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum dictorum panperum dicto venditori repromisit (*sic*), hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni magistris pro tempore eorundem pauperum legitime preintimabit, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 343r
9 maart 1503
Jan Back en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum Willelmus, filius Johannis dicti Floren, promisisset ut debitor principalis se daturum et soluturum Petro, filio quondam Reyneri van den Velde, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, area, orto ac pecia terre sibi adiacente, decem lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Vucht Sancti Lamberti, pridem datum ad hereditarium pactum dicto Willelmo a Petro predicto, pro dicta pactione et quibusdam aliis oneribus, promisissetque dictus Willelmus et cum eo dictus Johannes, eius pater, indivisi super omnia et habenda warandiam et satisfacere, prout in litteris, et cum deinde dictus Willelmus, filius Johannis Floren, hereditarie vendidisset dicto Lamberto de Luyssel, Willelmo Tyelmans et Gerardo Peterss., tamquam magistris pro tempore pauperum, et sic ulterius ut supra in contractu A signato, unacum insertione promissionis warandiam, prout in aliis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis supradictus Willelmus, filius Johannis Floren, palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni, suo patri, promisit quod ipse eundem Johannem, suum patrem et eius bona de dictis promissionibus atque dampnis indempnum servabit, ut in forma.
Testes Back et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 343r-343v
9 maart 1503
Jan Back en Peter die Borchgreve

Henricus, filius quondam Johannis dicti van den Nuwenhuyse, et Jacobus, filius quondam Reyneri Henricxs., promiserunt indivisi super omnia et habenda se daturos et soluturos conventui de Porta Celi prope Buscumducis ad spacium quatuor annorum Nativitatis Domini ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum, quinque florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia termino solutionis currente pro quolibet computando, Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro et sic deinceps dicto annorum spacio durante, occasione locationis campi terre pascualis, tria iugera terre vel circiter continente, dicti conventus, siti in parochia de

Roesmalen, ad locum dictum Hijnen, tali annexa conditione quod dicti promittentes dictum campum infra spacium pretactum laudabiliter circumfodient et quodquod ipsis ea occasione foret solvendum, quod dictus conventus ad dictamen probatorum virorum desuper intellectum habentium eisdem quoad annalem solutionem realiter defalcabit semel, absque dolo.
Testes Back et Borchgreve, datum IX[a] martii, quinta post Invocavit.

R1271, fol. 343v
9 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Nycolaus die Veere, vitrifex, filius quondam Johanni, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex pecia terre, partim arabilis et partim pascualis, pariter viginti vasatis terre vel circiter continente, sita in parochia de Tongelre, in loco dicto in den Bueyart, inter hereditatem Johannis Weerkens ex uno et inter aquam ibidem fluentem, et inter hereditatem Mathie Arnt Thyssoen ex alio et fine uno, quam pactionem predictam dictus Nycolaus erga Henricum de Beke, filium quondam Henrici, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus magistri Michaelis de Eyck, doctoris in medicinis, simul cum dictis litteris et iuribus, et cum arrestadiis unius anni, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Raess., datum supra.

R1271, fol. 343v-344r
9 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Michael, filius quondam Mathie de Zochel, Henricus, filius Arnoldi Maeszoen, et Johannes, filius Wellini Arntss., promiserunt ut debitores principales se daturos et soluturos Fyssie, relicte quondam Johannis dicti Hamers, quoad eius usufructum, atque Huberto, filio Fissie et quondam Johannis predictorum, necnon Willelmo dicto de Broegel, marito et tutori legitimo Luytgardis, sue uxoris, et Johanni de Baecx, marito et tutori legitimo Marie, sue uxoris, filiarum eorundem Fissie et quondam Johannis Hamers, quoad eorum ius hereditarium hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis hereditarie Mathie apostoli et in Buscoducis libere tradendam de et ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, dicti Michaelis, pariter unam modiatam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Dynther, ad locum dictum Vorstenbossche, inter hereditatem liberorum quondam Lamberti dicti de Tuystheze ex uno et inter communitatem ex alio, tendentibus ab hereditate liberorum quondam Luce Peterszoen ad hereditatem Gerardi dicti Suyskens; item adhuc ex tribus bonariis terre seu prati vel circiter eiusdem Michaelis, sitis in parochia predicta, ad dictum locum Vorstenbosch vocatum, inter hereditatem Henrici dicti Suyskens ex uno et inter hereditatem Henrici Eelkens ex alio, tendentibus ab hereditate dicti Gerardi Suyskens ad quoddam fossatum, dictum den Leygrave; item ex septem lopinatis terre vel circiter, eiusdem Michaelis, sitis in parochia et loco predictis inter hereditatem liberorum quondam Eelkini dicti Eel Henrick Eelkenss. ex uno et inter hereditatem Hermanni Jan Wallravenss. ex alio et fine uno, tendentibus cum fine reliquo ad communem plateam, item ex domo, aera et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, modiatam terre vel circiter continentibus, dicti Henrici, sitis in parochia de Hezewyc, ad locum dictum Aent Geleer, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus ab hereditate heredum quondam Arnoldi van den Heiden, ad hereditatem Henrici, filii Theoderici dicti Heys; item

ex pecia terre, unam et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, dicti Johannis, sita in dicta parochia de Dynther, ad dictum locum op Vorstenbosch vocatum, inter hereditatem dictorum liberorum quondam Luce Peterss. ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem liberorum quondam Lamberti de Tuystheze, ut dicebant. Promiserunt insuper indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi ad novem stuvers ascendentibus, uno et dimidio pullis censualibus atque quinque et dimidio modiis siliginis ex dictis bonis dicti Michaelis, item tribus maldris siliginis et uno grosso antiquo census fundi ex dictis bonis dicti Henrici, atque uno sextario siliginis ex dicta pecia terre dicti Johannis, diversis personis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 344r
9 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Et poterint redimere perpetue cum et mediante septuaginta florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX$^{ti}$ octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Willelmus de Broegel et Johannes de Baecx pro se ipsis ac nomine dictorum Fyssie et Huberti palam recognoverunt et super omnia et habenda dictis promittentibus repromiserunt, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefatis Fyssie, Huberto, Willelmo et Johanni aut eorum alteri legitime preintimabunt seu preintimabit eorum alter, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 344r
9 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in ambobus contractibus immediate precedentibus, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Michael palam recognovit et super omnia et habenda dictis Henrico et Johanni, suis compromittentibus, promisit quod ipse Michael exnunc deinceps dictum censum dabit et solvet necnon redimet et acquitabit ac dare et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod eisdem Henrico et Johanni ad et supra se ac hereditates suas pretactas atque reliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 344r-344v
10 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum Henricus, filius quondam Arnoldi, filii quondam Henrici dicti Maeszoen, hereditarie vendidisset Willelmo Luedinx hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis absque omnibus precariis, exactionibus et incommodis libere tradendam de et ex

domo, area et orto ac pecia terre, duas et dimidiam modiatas terre et campo terre paludialis, tria bonaria terre vel circiter continentibus, sibi immediate coadiacentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Scijnle, ad locum dictum die Hautart, cumque dictus emptor palam recognovisset et super omnia et habenda dicto venditori repromisisset quod idem venditor dictam pactionem perpetue redimere posset quemlibet videlicet modium cum et mediante triginta tribus aureis peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout in diversis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Margareta, relicta dicti quondam Willelmi Luedinx, et cum ea Willelmus et Heilwigis, eius soror, liberi eorundem Margarete et quondam Willelmi, palam recognoverunt dictam pactionem per dictum venditorem, vigore potestatis pretacte sibi, ut premittitur, date, fore redemptam et quod ipsi denarios qui provenerunt solvendo ex causa redemptionis eiusdem pactionis a dicto venditore receperunt, clamantes igitur dicti Margareta, Willelmus et Heilwigis dictum venditorem et eius bona et alia de dicta pactione et ab ulteriori solutione eiusdem quitos, liberos et penitus absolutos.
Testes Brecht et Raess., datum X$^{a}$ martii, sexta post Invocavit.

R1271, fol. 344v
11 maart 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Johannes, filius quondam Henrici dicti Smeetss., duos modios siliginis hereditarie pactionis de hereditaria pactione quinque modiorum siliginis mensure de Helmont, solvenda hereditarie Purificationis et in Doernen tradenda de et ex quibuscumque hereditatibus in quibus quondam Margareta, filia quondam Henrici dicti van den Cruysschot, decessit et in quibus Henricus dictus die Smyt, filius quondam Henrici dicti die Smyt de Bruggen, relictus dicte quondam Margarete, habet et possidet usufructum ubicumque locorum infra parochia de Doernen, ad locum dictum Bruggen consistentibus sive sitis, quam pactionem quinque modiorum siliginis predictam Henricus dictus van den Scoetacker, filius Theoderici, erga Johannem, filium quondam Willelmi de Erpe, emendo acquisierat, prout in litteris, et qui duo modii siliginis hereditarie pactionis predicti dicto Johanni unacum certis aliis bonis mediante quadam divisione hereditaria, inter ipsum et suos in hoc coheredes dudum habita, in partem cesserant, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Lamberto, filio quondam Johannis de Erpe, simul cum dictis litteris et iure occasione, promittens super *(aldus)* et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Henrici van den Scoetacker et suorum heredum et successorum deponere.
Testes Raess. et Millinc, datum XI$^{ta}$ martii, sabato post Invocavit.

R1271, fol. 344v
11 maart 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Hermannus, filius quondam Henrici dicti van der Spranghe, promisit super omnia et habenda Gerardo dicto Zandelingh decem libras grossorum pecunie Flandrensis, infra mensem festum Pasche proxime futurum immediate sequentem persolvendas.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 344v
11 maart 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Lucas, filius quondam Johannis Lucaszoen, domum, aream et ortum ac hereditates sibi coadiacentes, quinque lopinatas terre vel circiter continentes, sitos in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Heze, inter hereditatem Mathie de Tefelen, pellificis, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Rutgeri Herberts ex alio, tendentes a communi platea ad hereditatem Herberti, filii quondam Herberti Herbertssoen; item peciam terre arabilis, tres lopinatas terre vel circiter continentem, sitam ibidem inter hereditatem Marcelii de Ekart Marceliss. ex uno et inter hereditatem heredum quondam Rutgeri Herbertssoen ex alio, tendentem a communitate, dicta den Duynhalm, ad hereditatem dicti Herberti, filii quondam Herberti Herbertss., quadam semita interiacente, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Herberto, filio quondam Herberti Herbertss., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus et dimidio stuferis Mense Sancti Spiritus in Buscoducis et hereditario censu quatuor librarum monete cuidam presbitero in ecclesia sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 345r
13 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Johannes, filius quondam Arnoldi dicti Yewaens, multor, incola libertatis de Os, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie quondam domini Arnoldi de Goerle, vicarii dum vixit ecclesie de Hees, unum sextarium siliginis hereditarie pactionis quod ipse solvendum habet et ultra quadraginta annos et interim annuatim solvendum habuit de et ex duobus mansis ac suis attinentiis, sitis in parochia de Hees, olim ad Jacobum de Loen, nunc vero ad Willelmum de Achel spectantibus, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Willelmo de Achel, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem deponere similiter.
Testes Brecht et Millinc, datum XIII[a] martii, secunda post Reminiscere.

R1271, fol. 345r
13 maart 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Cont ende kenlic zij enenyegelijcken, want Pouwels, zoen wilneer Tyelmans van den Water, hadde geloeft als sculder principael te geven ende te betalen Henricken Loze enen erfchijns van negen ponden payments, alle jair erflic in den hoichtijde van sinte Remeys des confessoirs uuyt enen camp lants, XXI buenre lants begripende, gelegen in de prochien van Berlijkem ende van Scijnle, ter plaetsen geheiten Eylde, ende uuyt sess ende enen halven buenre lants, gelegen in den voirs. prochien van Berlijkem, ter plaetsen geheiten Eylde, opte Sporct, gelijc in scepenenbrieven van den Bosch dair op gemaect volcomentlik is begrepen, dairaf den daet begrijpt des saterdaigs nae den sonnendage als men singt Reminiscere int jaer ons Heren duysent driehondert acht ende tsestich, ende alsoe Mechtelt, wedue wilneer Jans Keymp, anderhalf pondt payments van den voirs. negen ponden jairlix sculdich zoude wesen te vergeldene uuyt zekeren onderpanden diese aldair liggende heeft, als men seeghden, soe is gestaen voir scepenen hier onder gescreven Jan, zoen wilneer Arnt Henricxs., ende heeft oepelic bekent ende op verbyntenissen van zijnen gueden, hebbende ende vercrigende, my tot behoeff der voirs. Mechtelden geloeft dat hij die voirs. anderhalf pont payments voirtane jairlix sal geven ende betalen ende sculdich sal wesen te geven ende te betalen alsoe dat der

voirs. Mechtelden op hair noch op hair gueden die se in de prochien voirs. liggende heeft, egenen scaide en come in ennigen toecomende tyden.
Testes Millinc et Borchgreve, datum XIII[a] martii, secunda post Reminiscere.

R1271, fol. 345r-345v
13 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Anthonia, relicta quondam Willelmi dicti die Jonger, potens ad infrascripta, ut dicebat, et Arnoldus, eius filius, cum tutore, promiserunt indivisi magistro Johanni, filio quondam Theoderici Andriess., presbitero, ad opus sui et ad opus Hadewigis, sue matris, quod ipsi dabunt et solvent eisdem magistro Johanni et Hadewigi ac diucius ex ipsis viventi in humanis vitalem pensionem decem florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc ad bursam communiter currente pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam dictorum magistri Johannis et Hadewigis ac alterius eorundem, mediatim Remigii confessoris et mediatim Geertrudis virginis et pro primo solutionis termino Remigii confessoris proxime futuro, et in Buscoducis libere tradent ex quodam manso dicte Anthonie, sito in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Eerde, inter hereditatem Nycolai de Berkel ex uno et inter communem plateam ex alio et fine utroque; item de et ex omnibus bonis dicti Arnoldi, habitis et habendis, ut dicebant. Promiserunt insuper cum tutore indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis decem modiis siliginis hereditariarum pactionum, ex dicto manso prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Brecht et Millinc, datum XIII[a] martii, secundam post Reminiscere.

R1271, fol. 345v
13 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Et poterint redimere perpetue cum et mediante nonaginta consimilibus florenis Renensibus, et cum pensione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus magister Johannes pro se ac nomine dicte Hadewigis, sue matris, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Anthonie et Arnoldo, suo filio, repromisit, hoc tamen salvo quod iidem Anthonia et Arnoldus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefatis magistro Johanni et Hadewigi, sue matri, aut eorum alteri legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 345v
13 maart 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Johannes, filius quondam Jacobi dicti de Zonne, domum, aream et ortum, dimidiam lopinatam terre vel circiter pariter continentes, sitos in parochia de Tilborch, ad locum dictum Aen de Hasselt, inter hereditatem reliquam dicti Johannis ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentes ab hereditate Johannis, filii Gerardi Wouterss., ad hereditatem Adriane, relicte quondam Arnoldi die Bont, et qui domus, area et ortus, cum attinentiis, predicti undique habebunt et continebunt equalem latitudinem, vulgariter dicente dattet voirs. huys, erve ende hoff *(?)*sal wesen recht viercantich, ut dicebat, dedit ad hereditarium censum Adriano, filio Godefridi dicti Luers, ab eodem iure hereditario habendo et possidendo pro hereditario censu duorum florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia

pronunc communiter currente pro quolibet computando, dando et solvendo sibi ab alio hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex premissis, promittens super omnia et habenda pro premissis warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, salvo tamen et dicto Johanni reservato suo perpetuo iure viandi per et trans dictam hereditatem, aream, ortum et domum predictam cum curribus et equis vehendi usque ad communem plateam, hinc et illinc ad minus dampnum dicti Adriani, ut dicebat. Quo facto alter repromisit se daturum et soluturum dicto Johanni dictum censum hereditarie termino predicto ex premissis.
Testes Raess. et Millinc, datum supra.

R1271, fol. 345v-346r
13 maart 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Et poterit redimere perpetue simul unapariter aut vicissim videlicet simul et semel cum dimidio floreno et videlicet dictum integrum censum, cum triginta duobus consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Adriano repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 346r
13 maart 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Dictus Adrianus, filius Godefridi dicti Luers, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Lucie, sue uxoris, filie quondam Johannis dicti Naess., unum modium siliginis hereditarie pactionis, quem unum modium siliginis predictum dictus Johannes Naes promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum dicte Lucie, sue filie, anno quolibet Purificationis ex domibus, ortis et hereditatibus sibi adiacentibus et ad premissa spectantibus, decem et septem lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis inter hereditatem Adriani Deems ex uno et inter plateam, dictam die Gebuerstraet, ex alio, ut videtur in litteris de Tilborch et Goerle contineri, hereditarie supportavit dicto Johanni, filio quondam Jacobi de Zonne, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Lucie, sue uxoris, deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 346r
13 maart 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Arnoldus dictus die Bruyn, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Ghiselberti de Binckem, domum, aream et ortum, sitos in parochia de Vucht Sancti Lamberti, inter hereditatem Yde, relicte quondam Petri Scheenken, ex uno et inter communem stegam ex alio, de quibus domo, area et orto predictis Ghiselbertus, filius dicti quondam Ghiselberti de Buickem, Aleidis et Johanna, sorores, liberi eiusdem quondam Ghiselberti, tres quartas partes ad ipsos spectantes prefato Arnoldo die Bruyn, eorum sororio, hereditarie vendiderant, prout in litteris, hereditarie supportavit Anthonio, filio quondam Johannis dicti Molymans, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Promisit insuper

sub obligatione premissa warandiam de una quarta parte premissorum, exceptis recognitione et repromissione in dictis litteris contentis.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 346r
13 maart 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Dictus Anthonius promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum dicto Arnoldo ad spacium sex annorum Penthecostes proxime futuro, sine medio sequente quolibet dictorum annorum quatuor libras monete, Penthecostes et pro primo solutionis termino a Penthecostes proxime futuro ultra annum et sic deinceps dictis annis durante, et adhuc in ultimo termino dictorum annnorum viginti quatuor peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 346r
14 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Ghiselbertus, filius quondam Gerardi dicti Werneers, promisit super omnia et habenda Johanni dicto Karneer viginti quatuor florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, mediatim Baptiste et mediatim Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes Brecht et Mllinc, datum XIIII$^{ta}$ martii, tercia post Reminiscere.

R1271, fol. 346r-346v
14 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Udo, filius quondam Johannis Wijchens, peciam terre paludialis, septem et dimidium hont terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Tefelen, in quodam campo dicto Wijchens Camp, inter hereditatem conventus sancte Geertrudis in Buscoducis ex uno et inter hereditatem reliqua dicti Udonis ex alio, tendentem ab hereditate heredum quondam Jacobi dicti Spijkers ad quoddam fossatum, dictum den Leygrave, ut dicebat, hereditarie vendidit michi ad opus dicti conventus sancte Geertrudis, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus, dictis zegedijcken, slusis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dictam peciam terre e iure conservandi spectantibus, ut dicebat.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XIIII$^{ta}$ martii, tercia post Reminiscere.

R1271, fol. 346v
14 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Condt ende kenlic zij enenyegelijcken, want Peter Willem Doerkenszoen hadde geloeft op verbyntenissen van allen zijnen gueden, hebbende ende vercrigende, te betalen Sanderen Jan Sanderszoen, van Onser Vrouwendach Lichtmisse naestcomende over twee jaren achtentwentich Rijnsgulden ende thien stuvers, te XX stuveren tstuck gevalueerts gelts, ende dairtoe dese navolgende drie jaren tot elcken Onser Vrouwen Lichtmissedach den vyftienden

gelijck penninc te pacht, alst scheen in scepenenbrieven van Eyndoven dair op gemaect volcomentliken begrepen te wesene, soe is gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirs. Sander ende heeft die voirs. penningen ende pachten witlic opgedragen Andriess., zoen Willems Corstiaens, simul cum dictis litteris et iuribus.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 346v
15 maart 1504[61]
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Die voirs. Andries die voirs. penningen ende pachten heeft hy wittelic opgedragen den voirs. Willemen Corstiaens, zijnen vader, simul cum dictis litteris et iuribus.
Testes Boert et Roever, datum XV$^{ta}$ martii, sexta post Oculi.

R1271, fol. 346v
14 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Dictus Sanderus dedit dicto Andree potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 346v
14 maart 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Thomas dictus Peterszoen, incola ville de Maren, promisit super omnia et habenda Goeswino van den Sloet decem et septem florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes Millinc et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 346v
14 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Theodericus dictus Voss, tamquam relictus quondam Katherine, sue uxoris, filie quondam Johannis de Herssel, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quarta parte domus, aree, orti ac domus posterioris ac suarum attinentiarum, sitorum in Buscoducis, ad vicum dictum Aen den Papenhuls, inter hereditatem heredum quondam Rodolphi die Bever ex uno et inter hereditatem domini Everts dicti van den Water, canonici in Buscoducis, ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum ad aquam ibidem currentem, quam quartam partem premissorum Andreas dictus die Lu in suo testamento inter cetera inibi contenta prefato Johanni de Herssel et suis liberis dudum legaverat, et quam quartam partem premissorum idem Johannes de Herssel cum quibusdam suis liberis prefato Theoderico Voss, cum dicta Katherina, sua uxore dum vixerat, filia dicti quondam Johannis de Heerssel, in subsidium eorum matrimonii dudum dederat et assignaverat, ut dicebat, in diversis instrumentis contineri, legitime supportavit Johanni, suo filio, ab ipso Theoderico et dicta quondam Katherina, pariter genito, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis

[61] *de datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen*.

mentionem inde facientibus, et effestucando resignavit modo in talibus consueto, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Millinc, datum supra.

R1271, fol. 347r
14 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes dictam quartam partem premissorum ac totam partem et omne ius ad ipsum in premissis spectantem hereditarie supportavit Gerlaco dicto die Roever, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 347r
14 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Martinus, filius quondam Willelmi dicti Martenssoen, hereditarie vendidit Arnoldo, filio quondam Lamberti de Uden, hereditarium censum unius libre monete, solvendum hereditarie Geertrudis virginis et pro primo solutionis termino a Geertrudis virginis proxime futuro ultra annum ex domo, area, orto ac tribus cameris sibi retro adiacentibus, sitis in Buscoducis, in vico Vuchtensi, infra ambas portas ibidem, inter hereditatem Arnoldi dicti Haemmeker ex uno et inter hereditatem Mathie de Tefelen, pellificis, et Johannis de Zeelant ex alio, tendentibus a dicto vico ad communem Dyesam, ibidem retro fluentem, ut dicebat, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis diversis censibus ad decem et dimidium florenos Renenses taxatis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 347r-347v
14 maart 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Notum sit universis quod cum Theodericus Colen campum terre, dictum den Grooten Loocamp, olim Marcelii de Uden, situm in parochia de Os, item campum terre, dictum den Cleynen Loocamp, eiusdem quondam Marcelii, situm in iamdicta parochia, item peciam terre arabilis, olim eiusdem Marcelii, sitam in dicta parochia, iuxta hereditatem seu domum Rycoldi Gieliszoen, item peciam terre arabilis, olim eiusdem quondam Marcelii, sitam ibidem, iuxta domum Arnoldi Reymboutss., item adhuc peciam terre, dictam communiter dat Bleyckvelt, olim eiusdem Marcelii, sitam ibidem, item adhuc peciam terre, olim eiusdem Marcelii, sitam in eadem parochia, iuxta portam, dictam die Veltpoirt, item adhuc unum iuger terre, olim eiusdem Marcelii, situm in dicta parochia in quodam campo, dicto Robbijns Camp, item adhuc quandam peciam pascue, dictam een weyvelt, olim eiusdem quondam Marcelii, sitam in eadem parochia, ad locum dictum By den Steenhooven, item adhuc unum iuger terre, olim eiusdem quondam Marcelii, situm in eadem parochia, ad locum dictum Opten Rushoevel, item adhuc quendam mansum cum suis iuribus et attinentiis, olim eiusdem quondam Marcelii, situm in dicta parochia, ad locum dictum Op Scadewyck, item adhuc quandam peciam terre, dictam den Boenacker, olim eiusdem quondam Marcelii, sitam in

parochia predicta, item adhuc quendam ortum, olim eiusdem quondam Marcelii, situm in eadem parochia, unacum quibuscumque aliis bonis quondam Arnoldi dicti Stamelart et Theoderici, fratrum, liberorum dicti quondam Marcelii, erga Petrum die Sluyter per iudicem mediante sententiam in Buscoducis emendo acquisivisset, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Theodericus Colen dumtaxat supradictum mansum cum suis attinentiis, videlicet domum, aream, horreum, ortum ac hereditates sibi coadiacentes, decem vasatas terre vel circiter pariter continentes, sitos ibidem, ad dictum locum Op Scadewyck vocatum, inter hereditatem heredum quondam Henrici dicti Ruysen ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentes ab hereditate Symonis dicti van der Stegen ad hereditatem dictorum heredum, quadam via communi interiacente, item peciam terre, dictam den Gheer, sitam ibidem, inter hereditatem Arnoldi Henrixzoen ex uno et inter hereditatem Rycoldi Gieliss. ex alio, tendentes ab hereditate olim Coenrardi dicti Keymp, nunc vero Johannis dicti Nollens, ad hereditatem Wijnandi dicti Goessenss., item adhuc peciam terre, sextariatam terre vel circiter continentem, sitam ibidem, inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Roveri Goyens, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Henrice, relicte quondam quondam (*sic*) Willelmi die Loyer, et eius liberorum ex alio, tendentem ab hereditate dicti Wijnandi ad quandam stegulam, dictam Florijs Steegsken, ibidem, ut dicebat, hereditarie supportavit Theoderico, filio quondam Henrici dicti Comans, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione iam premissorum, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Quo facto Goeswinus de Brecht promisit super omnia et habenda warandiam de iam premissis dicto Theoderico Comans, ut premittitur, supportationes et omnes obligationem et impetitionem deponere, excepto censu vicinorum de Os ad viginti unum denarios dictos penningen outs, et ad medietatem quadraginta trium et dimidii denarios novi, dictos penningen nywes oft lichts ascendente, facientes pariter quinque stuferos ac unum et dimidium oirtkinos, necnon adhuc exceptis tribus vasis siliginis hereditarie pactionis Mense Sancti Spiritus in Os, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.
Testes Raess. et Borchgreve, datum XIIII$^{ta}$ martii, tercia post Reminiscere.

R1271, fol. 347v
14 maart 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Ghiselbertus, Goeswinus et Egbertus, fratres, liberi quondam Goeswini de Best, ab eodem et quondam Katherina, sua uxore, filia quondam Egberti dicti van den Broeck, pariter geniti, Arnoldus dictus Ghysbertss., faber, de Vlymen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Henrice, sue uxoris, filie Goeswini et quondam Katherine predictorum, decimam partem totamque partem et omne ius ad ipsos, ut dicebat, spectantem in quandam domo et area, sita (*sic*) in Buscoducis, ad forum loci, inter curtas cameras ibidem, inter hereditatem heredum quondam Katherine dicte Ghyzels ex uno et inter hereditatem heredum quondam Petri de Straitem ex alio, tendente a dicto foro ad hereditatem heredum quondam Godefridi Houtappels; item adhuc in duabus cameris ac earum fundis sibi mutuo finaliter coadiacentibus, sitis in dicto opido retro locum, dictum After die Tolbrugge, inter hereditatem heredum quondam Henrici dicti van den Laer ex uno et inter hereditatem Johannis dicti die Piper ex alio, tendente ad communes plateas cum utrisque finibus, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Arnoldo dicto Dircxzoen ad opus sui et ad opus Heilwigis, relicte quondam Henrici Voss, simul cum toto iure ipsis seu eorum alteri quovismodo competente in quibuscumque instrumentis, litteris mentionem inde facientibus, et effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et ex parte dicte Henrice, uxoris dicti Arnoldi, et suorum heredum deponere.

Testes Millinc et Borchgrene, datum supra.

R1271, fol. 347v
14 maart 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Dicti supportantes de quibus iamsupra nominibus, totam partem et omne ius ad ipsos, ut dicebant, spectantes in quibuscumque domus utensilibus tam ligneis quam aliis in dicta domo et area existentes et reperiendos, ut dicebant, hereditarie supportaverunt dumtaxat dicto Arnoldo Dircxs. simul cum toto iure ipsis quovismodo competente in premissis et effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Henrice, uxoris dicti Arnoldi, necnon ex parte Henrici, filii dicti quondam Goeswini de Best et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 348r
15 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Lambert, zoen wilneer Janss. van den Slyck, laet ten tyde der hooven des Heilichs Geest van den Bosch, gelegen in den dorpe van Nysterle, allen zijn gueden, beruerlic ende onberuerlic, erflic, haeflic ende gereet, die hy jegenwoirdelic heeft, heeft hij opgedragen Goessen van den Hezeacker tot behoeff der Tafelen des Heilichs Geest voirs. ende in haren handen gestelt, tsamen metten alingen rechte, hem dair inne competerende, geloevende die voirs. Lambert op verbyntenisse van allen zijnen gueden dese voirs. opdrachte vast ende stedich te houden sonder wederseggen, met condicien nochtans hierinne toegedaen dat naedien die voirscreven Lambert der voirs. Tafelen betaelt sal hebben alsulkene sculden die hy derselver Tafelen sculdich is ende sculdich werden sal, dat alsdan ende nyet eer die voirs. opdrachte sal wesen crachteloos ende van onwerden ende hij zijn voirs. gueden zal moigen vertieren oft belasten ende anders nyet, sonder argelist.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XV$^{ta}$ martii, quarta post Reminiscere.

R1271, fol. 348r
16 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Petrus, filius quondam Elye, filii quondam Laurencii dicti Vannys, et Martinus, filius quondam Willelmi dicti van den Bychelair, magistri pro tempore fabrice ecclesie de Haren, hereditarie vendiderunt Wytmanno dicto Wyt, filio quondam Johannis dicti Stevens, hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Domini ex pecia terre pascualis, novem lopinatas terre vel circiter continente, dicti Petri, sita in parochia de Haren, ad locum dictum Belveren, inter hereditatem Willelmi de Buchoven ex uno et inter hereditatem Marie, relicte quondam Adriani Boonen, et eius liberorum ex alio, tendente ab hereditate Arnoldi Goetscalcx ad communem plateam; item ex quodam prato dicti Martini, sito in parochia et loco predictis, inter hereditatem Johannis Wytmans ex uno et inter hereditatem Adriane, relicte quondam Coenrardi van den Staeck, et eius liberorum ex alio, tendente ab aqua, dicta die Aa, ad communem plateam, ut dicebant, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem

deponere, exceptis decem lopinis siliginis hereditarie pactionis ex dicta pecia terre dicti Petri, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XVI$^{ta}$ martii, quinta post Reminiscere.

R1271, fol. 348r
16 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Et poterint redimere perpetue cum et mediante triginta florenis Renensium, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptionem aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX$^{ti}$ octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, denarios dictos philippus ende karolusstuvers, pro brasdenariis, et alios denarios aureos nae advenande, secundum eandem valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 348r-348v
16 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Thomas, filius Amelii dicti de Bijnderen, hereditarie vendidit Leonardo, filio quondam Johannis dicti de Welle, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Gemart, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et in Gemart absque omni precaria ac ceteris exactionibus libere tradendam de et ex quodam prato, tres plaustratas feni vel circiter annuatim continente, sito in parochia de Erpe, ad locum dictum Aen den Hoeck, inter hereditatem reliquam dicti venditoris ex uno et inter hereditatem Henrici de Dommelen ex alio, tendente ab hereditate Egidii dicti die Wyse ad hereditatem Rodolphi dicti Roeff Deckerss., ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XVI$^{ta}$ martii, quinta post Reminiscere.

R1271, fol. 348v
16 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti novem florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc ad bursum in Buscoducis communiter currente pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 348v
16 maart 1503
Jan Back en Peter die Borchgreve

Gerardus, filius quondam Reyneri Geritszoen, promisit ut debitor principalis Willelmo Moel, filio Johannis dicti Moell, quod ipse dabit et solvet eidem Willelmo hereditarium censum quatuor librarum monete anno quolibet hereditarie Pasche et pro primo solutionis termino a Pasche proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendum de et ex pecia terre, quatuordecim hont terre vel circiter continente, sita in parochia de Magno Lytt, in loco dicto In de Lyensvelden, inter hereditatem heredum quondam Johannis Monix ex uno et inter hereditatem Arnoldi Goessens ex alio, tendente ab hereditate Theoderici van der Graft ad quandam viam, dictam den Gemeynen Tiendwech, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Back et Borchgrene, datum supra.

R1271, fol. 348v
16 maart 1503
Jan Back en Peter die Borchgreve

Johannes, filius quondam Johannis dicti van den Bogart, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Agnetis, sue uxoris, filie quondam Johannis dicti van den Runnen, relictaque quondam Henrici, filii quondam Henrici de Vaerlaer, et ipsa Agnes, cum eodem Johanne, suo marito, tamquam cum suo tutore, potentes ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dictorum quondam Henrici et Agnetis, ut apparebat, unum modium bone et dative siliginis hereditarie pactionis mensure de Oirscot, quem modium siliginis predictum Johannes Beertkenss. van den Spiker promiserat domino Henrico de Esch, presbitero, ad opus Heilwigis, filie quondam Henrici de Vaerlaer, anno quolibet Purificationis, dandum, levandum et percipiendum ex domibus, ortis cum hereditatibus adiacentibus, sitis in parochia de Oirscot, in pastoria de Vorstenbest circumquaque ad communitatem ibidem, ut videtur in litteris de Oirscot contineri, hereditarie supportaverunt Henrico, filio Jordani dicti die Hoppenbrouwer, simul cum dictis litteris, instrumento et iuribus, occasione, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum, necnon ex parte dictorum quondam Henrici de Vaerlaer et Heilwigis, sue sororis, et suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 348v-349r
16 maart 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Theodericus, filius quondam Johannis dicti de Thuyftheze, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Danielis dicti die Heelt, hereditariam pactionem novem lopinorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis, et in Buscoducis libere tradendam ex pecia terre, maldratam terre vel circiter continente, sita in parochia de Dynther, in loco dicto Int Kercvelt, inter hereditatem Nycolai Lambertszoen ex uno et inter hereditatem Johannis de Heesbeen ex alio, tendente ab hereditate Arnoldi Dircxs. ad hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto uno modio siliginis hereditarie pactionis dicto Henrico, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Millinc et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 349r

16 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Margareta, filia quondam Johannis, filii Robberti dicti Zegerss., cum tutore, dimidium iuger terre vel circiter, situm in parochia de Alem, in loco dicto Int Alemsche Broeck, inter hereditatem reliquam dicte Margarete, quodam fossato interiacente, ex uno et inter hereditatem Bartholomei, filii quondam Petri Henricxs., ex alio, tendente a communi stega ad hereditatem Johannis de Os et Nycolai Goyartss., ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Bartholomeo, filio quondam Petri Henricxs., ab eodem, promittens cum tutore super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi abbati Sancti Trudonis annuatim exinde solvendo atque aggeribus, dictis zegedijcken, slusis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dictum dimidium iuger terre e iure conservandi spectante, ut dicebat.
Testes Brecht et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 349r
16 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Dictus Bartholomeus promisit super omnia et habenda dicte Margarete quatuordecim et dimidium florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, Symonis et Jude apostolorum proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 349r
16 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Bartholdus, filius quondam Johannis dicti de Beynen, hereditarie vendidit Rodolpho Noppen, filio quondam Johannis dicti Noppen, hereditarium censum unius novi aurei floreni archiducis Philippi, iusti ponderis, dicti nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, XX$^{ti}$ quinque stuvers vel valorem eorundem in pecunia secundum eandem valuationem pro eodem computando, solvendum hereditarie Remigii confessoris et pro primo solutionis termino Remigii confessoris proxime futuro notanter, et in Buscoducis libere tradendum ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, novem virgatas terre vel circiter, dictas gheerden lants, in latitudine continentibus, sitis in parochia de Druenen, ad locum dictum Aen de Cruysstraet, inter quandam communem stegam, dictam die Huesdensche Stege, ex uno et inter hereditatem Theoderici Goessenss. ex alio, tendentibus a communi platea ad quandam semitam ecclesie ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi domino de Druenen et hereditarie pactione dimidii modii siliginis Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 349r
16 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediane viginti florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata et secundum modernam valutationem pro quolibet

computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 349v
16 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Herbertus, filius quondam Herberti dicti Herbertssoen, hereditarie vendidit Petro die Bruyn, filio quondam Petri, hereditarium censum septem librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis ab omni onere precarie et exactionum libere tradendum de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, quinque lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Heze, inter hereditatem Mathie de Tefelen, pellificis, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Rutgeri Herbertss. ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem reliquam dicti venditoris; item ex pecia terre arabilis, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita ibidem, inter hereditatem Marcelii de Ekart Marceliss. ex uno et inter hereditatem dictorum heredum ex alio, tendente a communitate, dicta den Duynhalm, ad hereditatem reliquam venditoris predicti, quadam semita, dicta een voetpat, interiacente, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus et dimidio stuferis ac hereditario censu quatuor librarum monete, diversis personis prius exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Borchgreve, datum XVI$^{ta}$ martii, quinta post Reminiscere.

R1271, fol. 349v
16 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quadraginta sex peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum censu et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 349v
24 april 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum Henricus, filius quondam Henrici Elyaess., hereditariam pactionem trium modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et supra contrapignora infrascripta tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, pariter sex lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Nysterle, in loco dicto Vorstenbosch, inter hereditatem Petri van der Hagen ex uno et inter hereditatem Arnoldi Jacopszoen ex alio; insuper ex pecia terre arabilis, novem lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Uden, in loco dicto Op Badaff, inter hereditatem Petri van der Hagen ex utroque latere, quam pactionem dictus Henricus erga Henricum, filium quondam Petri van der Haigen, emendo acquisierat, hereditarie supportasset Arnoldo Pels, filio quondam Petri Pels, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus, filius quondam Henrici Elyaess., tamquam possessor

pronunc et verus proprietarius dictorum domus, aree, orti, hereditatum sibi adiacentium et pecie terre, palam et publice recognovit et super omnia et habenda dicto Arnoldo Pels promisit quod ipse idem Henricus dictam pactionem trium modiorum siliginis exnunc deinceps perpetius futuris temporibus annuatim termino solutionis pretacto in opido de Buscoducis tradet et deliberabit necnon tradere et deliberare tenebitur de et ex contrapigneribus predictis, omni contradictione semota.
Testes Brecht et Berkel, datum XXIIII[ta] aprilis, secunda post Quasimodo.

R1271, fol. 349v-350r
17 maart 1503
Jan Back en Gozewijn van Brecht

Gerardus, filius quondam Gregorii dicti Gorijs Ermarts, et Ermgardis, eius soror, filia eiusdem quondam Gregorii, ab eodem quondam Gregorio et quondam Hillegonde, sua uxore, filia quondam Gerardi dicti Claeszoen, pariter geniti, necnon Petrus, filius quondam Engberti dicti de Griensvenne, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hillegondis, sue uxoris, filie quondam Jacobi dicti Laureyns, ab eodem et quondam Essele, sue uxoris, filie dictorum quondam Gregorii et primodicte quondam Hillegondis, pariter genite, cum tutore, domum et aream atque ortum retro dictam domum et aream, ac quandam vacuam hereditatem ante eandem domum et aream consistentem, sitos in Buscoducis, ad locum dictum die Aude Dyese, inter hereditatem Gertrudis de Stakenborch ex uno et inter hereditatem Arnoldi Joirdens et eius liberorum ex alio, dudum supportaverant Egidio van den Hove, filio quondam Theoderici Roeverss. van den Hove, ab Hermanno Coenen, filio quondam Philippi, prout in litteris, et qui domus, area, ortus ac vacua hereditas predicti dictis Gerardo et Ermgardi, eius sorori, et Petro de Griensvenne per et post mortem quondam Weyndelmoedis, filie dicti quondam Gerandi Claess., relicteque, dum vixerat, dicti quondam Egidii van den Hoove, iure successionis hereditarie advoluti sunt, ut dicebant, hereditarie supportaverunt domino Johanni, filio quondam Arnoldi de Gemart, presbitero, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictorum quondam Egidii et Weyndelmoedis, coniugum dum vixerant, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, cum conditione consueta.
Testes Back et Brecht, datum XVII[a] martii, sexta post Reminiscere.

R1271, fol. 350r
18 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Henricus, filius quondam Anthonii dicti Evertssoen, hereditarie vendidit Petro, filio quondam Johannis dicti Peterss., hereditarium censum quinque florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc ad bursam communiter currente pro quolibet computando, solvendum hereditarie Geertrudis virginis de et ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, viginti lopinatas terre vel circiter pariter continentibus, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, aen de Litschestraet, prope capellam ibidem, inter hereditatem Johannis dicti Vuchs ex uno et inter hereditatem Margarete, relicte quondam Wolteri Hacken, et eius liberorum ex alio, tendentibus ab hereditate reliqua dicti venditoris ad hereditariam plateam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditario censu quinque florenorum Renensium Johanni dicti Rutten, hereditaria pactione dimidii modii siliginis

Waltgero in den Wildeman, et censu fundi ad duos grossos antiquos ascendente, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Borchgreve, datum XVIII[a] martii, sabito post Reminiscere.

R1271, fol. 350r
18 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante septuaginta consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 350r
18 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Willelmus et Wolterus, fratres, liberi quondam Willelmi Borchmans, et Gerardus dictus Dircxs. promiserunt indivisi super omnia et habenda Willelmo de Os sexaginta unum *(hierna ontbreekt* florenos*)* Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes Raess. et Borchgreve, datum XVIII[a] martii, sabbato post Reminiscere.

R1271, fol. 350v
18 maart 1503
Jan Back en Peter die Borchgreve

Henricus, filius quondam Henrici dicti Emmen, tamquam maritus et tutor legitimus Mechteldis, sue uxoris, filie naturalis quondam Johannis dicti van den Dyck Henricxsoen, annuam et vitalem pensionem sex florenorum Renensium, XX[ti] stuvers pro quolibet floreno, et tres grossorum Brabantiae vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet huiusmodi stuferorum computando, solvendam annuatim ad vitam dicte Mechteldis mediatim Lamberti martiris et mediatim Geertrudis virginis, quam pensionem predictam supradicta Mechteldis erga opidum de Buscoducis dudum emendo acquisierat, prout in litteris magno sigillo dicti opidi siliginis *(aldus)* desuper confectis plenius contineri, legitime supportavit Arnoldo, filio quondam Theoderici dicti van Ploesterdonck, fabro, simul cum dictis litteris litteris (*sic*) et iuribus et cum arrestadiis trium annorum prius cessorum, necnon adhuc cum arrestadio dimidii anni ultimo elapsi, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris deponere. Promisit insuper dictus Henricus sub obligatione premissa in casu quo dicta Mechteldis obierit prius et antequam dictus Arnoldus de annali solutione dicte pensionis et de arrestadiis eiusdem imbursaverit, huiusmodi triginta tres florenos Renenses, XX[ti] stuvers pro quolibet computando, in quibus dictus Henricus prefato Arnoldo ex iusto debito obligatur, et adhuc sex et dimiidium peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, et adhuc sex stuvers, pro censu annuali eorundem triginta trium florenorum, quod tunc ipse Henricus defectum in eisdem eotunc adhuc existente ad tempus ad hoc debitum realiter supplebit et supplere tenebitur absque dolo, atque dictis triginta tribus florenis Renensibus et dictis sex et dimidio peters et sex stuvers per dictum Arnoldum imbursatis, ut premittitur, extunc idem Arnoldus dictam pensionem unacum dictis litteris prefato Henrico resupportabit et resupportare

tenebitur ac obligationem et impetitionem ex parte sui deponere promittit, prout idem Arnoldus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Henrico repromisit.
Testes Back et Borchgreve, datum XVIII[a] martii, sabbato post Reminiscere.

R1271, fol. 350v-351r
21 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Wy, Brecht et Borchgreve, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden datum van desen voir ons gestanden is geweest Fenne, dochter wilneer Henricx van Cleve, ende wittige huysvrouwe Peters van Lyebergen, in presentien ende bij consente van denselven Peteren, haren man, ende heeft op allen alsulkenen gueden lant ende erffenisse, gelegen onder der prochien van Olst ende dair omtrent, als hair by der doot des voirs. Henrix, hairs vaders, aenverstorven ende gebleven zijn ende bysundere alleen die, die voirs. Peter, hair man, aldair enen, geheten Luycken van Werven, vercoft heeft, ende opt alinge recht, hair dair inne ennichsins competerende, vertegen tot behoeff desselfs Luycken van Werven helmelinge in manieren in dien gewoentlick, geloevende die voirs. Fenne op verbijntenisse van haeren gueden, hebbende ende vercrigende, als dat zij dese voirs. vertijenisse vast ende stedich sal houden ten ewigen daigen, sonder ennich wederseggen, ende dat zij allen commer ende aenspraeck van hare wegen dair inne wesende den voirs. Luycken sal afdoen gehelijcken.
In kennesse der wairheyt, soe hebben wy, scepenen voirs., onse zegelen hier aen doen hangen.
Gegeven opten XXI[en] dach der maent van merte.

R1271, fol. 351r
21 maart 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Maria, filia quondam Johannis de Franckenvoirt, filii quondam Arnoldi, relictaque quondam Henrici dicti Geritss., cum tutore, hereditariam pactionem unius et dimidii modiorum siliginis mensure de Helmont, quam pactionem Jacobus, filii (*sic*) quondam Willelmi die Oem, promiserat ut debitor principalis Johanni de Vranckenvoirt predicto ad opus sui et ad opus dicte Marie, sue filie, quod ipse daret et solveret dicto Johanni quoad vixerit in humanis et post eius decessum dicte Marie, sue filie, anno quolibet hereditarie Purificationis et in parochia de Bakel supra contrapignera infrascripta traderet ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus dicti Jacobi, sitis in parochia de Bakel predicta, ad locum dictum Tot Espe, inter hereditatem Johannis de Erpe, filii Rutgeri, ex uno et inter hereditatem Arnoldi die Verwer ex alio, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni de Molendino ad opus domini Mattiliani de Eynatten, commandator de Gemart, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda cum tutore ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Quo facto Arnoldus, filius quondam Hermanni Maes, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie Marie et quondam Henrici Geritss. predictorum, super dicta pactione atque super toto iure, ipsi et dicte sue uxori quovismodo competente ac imposterum competituro in dictis litteris, ad opus dicti domini Mattiliani hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligatationem et impetitionem ex parte sui et dicte Katherine, sue uxoris, necnon ex parte dictorum quondam Johannis de Vranckenvoirt et Marie, sue filie, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Millinc et Borchgreve, datum XXI[a] martii, tercia post Oculi.

R1271, fol. 351r
21 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Johannes, filius quondam Gerardi Barbyers, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie quondam Arnoldi van Coelhooven, hereditarie vendidit Petro, filio quondam Reyneri Kersmekers, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis libere tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, tres maldratas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Vechel, ad locum dictum In Buege, iuxta pontem dictum die Dyntersche brugge, inter hereditatem heredum seu liberorum quondam Theoderici dicti Jorijs ex uno et inter hereditatem heredum quondam Willelmi Hinckart ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Arnoldi de Beringen, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria duorum modiorum siliginis, hereditario censu sex librarum monete, censu fundi ad tres stuvers ascendente, et uno denario, Vlemsch vocato, diversis personis prius annuatim e iure exinde solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Millinc, datum XXII$^{da}$ martii, quarta post Oculi.

R1271, fol. 351v
22 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Hubertus, filius quondam Theoderici Tyelens de Buedel, hereditarie vendidit Hillegondi, relicte quondam Godefridi dicti Houtappel, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX$^{ti}$ octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, et denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex omnibus et singulis suis bonis, ab eo ad presens habitis ac imposterum ab eo habendis et acquirendis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat, promittens et cum eo Godefridus, eius frater, filius dicti quondam Theoderici de Buedel, indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Brecht et Millinc, datum XXII$^{da}$ martii, quarta post Oculi.

R1271, fol. 351v
22 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Et poterit redimere perpetue cum et mediante centum consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate emptrici legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 351v

22 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Dictus Hubertus palam recognovit et super omnia et habenda dicto Godefrido, suo fratri, promisit quod ipse eundem Godefridum et eius bona de pretacta promissione atque dampnis indempnem servabit, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 351v
22 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Geldo, filius quondam Happonis dicti Hap Duysschen, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Goeswini dicti Janss., hereditarium censum viginti duorum denariorum, stuvers communiter vocatorum, vel valorem eorundem in alia pagamento, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex domo, area, orto ac prato sibi coadiacente, dimidium bonarium terre vel circiter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Zoemeren, ad locum dictum Aent Houbroeke, inter hereditatem Petri dicti de Eyndthouts ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendentibus ad hereditatem Hillegondis, filie quondam Geldonis dicti Gheynsens, cum fine reliquo, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditario censu unius floreni Renensis et hereditaria pactione duorum modiorum siliginis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreue, datum supra.

R1271, fol. 351v-352r
22 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 352r
23 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Petrus, filius quondam Laurencii dicti Groys, promisit ut debitor principalis Adriano, filio quondam Petri dicti Huyben, quod ipse dabit et solvet eidem Adriano hereditarium censum viginti quatuor denariorum, stuvers communiter vocatorum, vel valorem eorundem in alio pagamento, anno quolibet hereditarie Annuntiationis Marie et pro primo solutionis termino ab Annuntationis Marie proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto dicti promittentis, sitis in parochia de Oisterwyck, iuxta plateam dictam die Vloetstraet, inter eandem plateam ex uno et inter hereditatem heredum quondam Engberti Goessens ex alio, tendentibus a communitate ad hereditatem Nycolai dicti van der Cameren, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem

deponere, exceptis censu fundi et hereditaria pactione dimidii modii siliginis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Millinc, datum XXIII[a] martii, quinta post Oculi.

R1271, fol. 352r
23 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Et poterit redimere perpetue simul unapariter aut vicissim, scilicet simul et semel et non minus quam quatuor dictorum stuferorum, sed bene plus, videlicet dictum integrum censum, cum et mediante viginti quatuor peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc communiter ad bursam currente pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Adrianus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Petro repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 352r
23 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Petrus, filius quondam Henrici dicti de Volken, Udo de Bruheze, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, et Johannes, filius quondam Theoderici de Herssel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Engele, sue uxoris, filiarum dicti quondam Henrici de Volken, particulam terre, sextariatam terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Nulant, ad locum dictum Wilshusen, tendentem cum uno fine ad communitatem dictam Aen Geffensche Vynckel, et alias ad hereditatem Everardi, filii quondam Arnoldi Evertss. van der Zoe, adiacentem, ut dicebat, hereditarie vendiderunt eidem Everardo, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepto uno sextario siliginis hereditarie pactionis, Johanni dicto Pouwelss. annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat,
Testes Brecht et Raess., datum supra.

R1271, fol. 352r-352v
23 maart 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Henricus, [62] filius quondam Johannis Rutgersszoen, promisit ut debitor principalis Willelmo, filio quondam Johannis Comanss., et Rutgero, filio quondam Henrici Comans, tamquam magistris pro tempore Mense Sancti Spiritus in Os, ad opus eiusdem Mense, quod ipse dabit et solvet eidem Mense hereditariam pactionem quinque sextariorum siliginis mensure de Os anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Os tradet et deliberabit de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, pariter tria iugera terre minus duobus hont vel circiter pariter continentibus, dicti promittentis, sitis in parochia de Os, ad locum dictum Op Amstel, inter hereditatem Johanne, relicte quondam Petri dicti Loy, ex uno et inter hereditatem Johannis dicti de Esch ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem heredum quondam Arnoldi Gerijs, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et

[62] *in de marge*: A.

impetitionem deponere, exceptis diversis censibus ad tres florenos Renenses ascendentibus, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Millinck et Borchgreeff, datum supra.

R1271, fol. 352v
23 maart 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti novem florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, tredecim denariis, stuvers communiter vocatis, atque tribus quartis partibus unius huiusmodi stuferi, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti pondereris, dictos gouden Rijnsgulden, pro XX$^{ti}$ octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, novos denarios, nyewe stuvers vocatos, pro stuferis, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Willelmus et Rutgerus, tamquam magistri dicte Mense, nomine eiusdem Mense hoc palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum dicte Mense, habitorum et habendorum, prefato Henrico, promittenti, repromiserunt.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 352v
23 maart 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum Deliana, filia quondam Henrici Gheenen, relicte quondam Henrici, filii Johannis Henrixs., condendo suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem declarando, inter cetera inibi contenta legasset et donasset pauperibus domesticis parochie de Oss medietatem quinquaginta aureorum denariorum, peters communiter vocatorum, decem et novem denarios, stuvers communiter vocatos, pro quolibet huiusmodi peters computando, quos quinquaginta peters Henricus, filius Johannis, filii quondam Rutgheri Janss., pro una medietate dicte Deliane coram scabinis dicti opidi de Buscoducis solvere promiserat, ut in quodam publico instrumento videbatur contineri, et cum idem dictus Henricus, filius quondam Johannis Rutgherss. promisisset et sic ulterius ut in contractu A signato et fiat relatio ex eodem in debita forma, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Wilhelmus Comans et Ruthgerus Comans, tamquam magistri pro tempore dicte Mense Sancti Spiritus, nomine et ex parte eiusdem Mense ac pauperum predictorum, de consensu tamen Goeswini de Brecht, tamquam provisoris Mensi predicti, ut dicebant, palam recognoverant quatenus supradictus Henricus, filius quondam Johannis Rutgheerss., dicte Mense et pauperibus predictis realiter satisfecit de dicta medietate quinquaginta aureorum denariorum, peters communiter vocatorum, et hoc mediante supradicta promissione, ipsis ad opus dicte Mense per dictum Henricum de dicta hereditaria pactione quinque sextariorum siliginis, ut promississet, facta, clamantes igitur dicti Wilhelmus et Rutgherus tamquam magistri pretacti et eo nomine dictum Henricum et eius bona de dicta medietate quinquaginta peters ac quibuscumque impeticionibus, quibus mediante ea occasione importi *(?)* posset quovismodo quitos, promittentes sub obligatione omnium bonorum eiusdem Mense huiusmodi recognitionem ratam servare.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 353r

23 maart 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Magister Michael de Eyck, doctor in medicinis, dedit michi ad opus Johannis Dagens, Marcelii de Kryekenbeeck, Zwederi de Gerwen et Johannis de Balen ac ad opus alterius eorundem potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Millinck et Borchgreve, datum XXIII[a] martii, quinta post Oculi.

R1271, fol. 353r
23 maart 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Willelmus de Meyelsfoirt, filius quondam Willelmi, tres lopinatas terre vel circiter, sitas in parochia de Bucstel, in iurisdictione de Lyemde, inter hereditatem Arnoldi van den Parre ex uno et inter communem platam ex alio et fine uno, insuper duas et dimidiam lopinatas terre vel circiter, sitas ibidem, inter hereditatem heredum quondam Willelmi van den Byechelair ex uno et inter hereditatem Willelmi van Meyelsfoirt et quorundam aliorum ex alio et fine uno, dudum venditas domino Johanni de Bladel Roelofssoen, presbitero, a Jacobo, Paulo seniore, Adriano et Paulo iuniore, fratribus, liberis quondam Adriani van den Akar, prout in litteris, et quas hereditates predictas dictus Willelmus per modum redemptionis e iure proximitatis postmodum optinuerat, prout in aliis litteris, hereditarie supportavit Elye, filio quondam Laurencii Sporbosch, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 353r
23 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Alardus, filius quondam Constantini dicti Stanss sHoess., dimidium iuger terre vel circiter, situm in parochia de Haren, tenritorii de Megen, in loco dicto Int Harensche Geerken, inter hereditatem Theoderici, filii quondam Willelmi Jan Hollanderssoen, ex uno et inter hereditatem domicelle Johanne de Spralant ex alio, tendens a communi platea ad quasdam hereditates dictas die tussen Rijtt, quodam aqueductu interfluente, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Theoderico, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis dimidio grosso antiquo annuatim exinde e iure solvendo atque circumspectionibus, dictis scouwen, ad dictum dimidium inger terre e iure conservandi spectantibus, ut dicebat.
Testes Raess. et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 353r
23 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum Willelmus, filius quondam Jacobi Keelbrekers, Lambertus van den Akeren, Willelmus van den Horrnick et Henricus, filius quondam Petri Meeussoen promisissent indivisi super omnia et habenda Jacobo, filio dicti quondam Jacobi Keelbrekers, duodecim peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia, termino solutionis infrascripto ad bursam communiter currente pro quolibet computando infra mensem, obitum Helene, relicte quondam Jacobi Keelbreker, immediate sequentem et non prius persolvendis, prout in litteris,

constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Jacobus premissa legitime supportavit Willelmo van den Horrnick predicto, simul cum dictis litteris et iuribus.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 353r-353v
23 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Hermannus, filius Wolteri Hermanss., hereditarie vendidit Martino, filio quondam Henrici Matheeuss. van Bakelair, hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis terimino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis libere *(aldus)* de et ex domo, area et orto, decem lopinatas terre arabilis, duobus pastibus dictis scharenweyen, ac pecia prati, duas plaustratas feni annuatim portante, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Ollant, inter hereditatem Judoci de Asten ex uno et inter communem plateam alias undique adiacentibus, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus vasis siliginis hereditarie pactionis, hereditario censu sex librarum monete et duobus grossis antiquis, diversis personis atque vitali pactione unius modii siliginis ad vitam dicti Martini et sue uxoris, et hereditario censu duarum librarum eidem Martino, prius annuatim e iure exinde solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Borchgreve, datum XXIII[a] martii, quinta post Oculi.

R1271, fol. 353v
23 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Joseph, filius quondam Arnoldi Gevartss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Andree Boertkens, hereditarie vendidit Marcelio, filio quondam Henrici dicti de Uden, hereditarium censum sex librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex pecia prati, quatuor plaustratas feni vel circiter annuatim portante, sita in parochia de Erpe, ad locum dictum Erlijkom, inter hereditatem Anthonii de Dommelen ex uno et inter hereditatem Petri Goessens ex alio, tendente ab aqua dicta die Aa, ibidem fluente, ad hereditatem Johannis, filii quondam Arnoldi de Uden, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 353v
23 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum triginta florenis Renensibus, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 353v
23 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Johannes, filius quondam Thome dicti Colen, promisit ut debitor principalis Arnolde, filie quondam Willelmi die Loyer, quod ipse dabit et solvet eidem Arnolde hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Annunciationis Marie et in Buscoducis tradendam ex pecia terre arabilis, quinque vasatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Berchen, ad locum dictum Aent Duer Eyndt, inter hereditatem heredum quondam Marcelii dicti Hoevels ex uno et fine uno et inter hereditatem Zeberti dicti Hoevels ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Rodolphi Maessoen, ut dicebat. Promisit insuper omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Brecht et Raess., datum supra.

R1271, fol. 353v
23 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Et poterit redimere perpetue cum sedecim florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Arnolda cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit, hoc tamen salvo quod idem Johannes huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Arnolde legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 353v-354r
23 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Godefridus, filius quondam Godefridi dicti Cuylmans, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filie quondam Johannis de Craendonck, agrum terre, situm in parochia de Tongelre, prope Eyndoviam, ad locum dictum Groot Tongelren, inter hereditatem Johannis Bogarts Janss. ex uno et fine uno et inter communem viam ex alio, tendentem cum fine reliquo ad hereditatem Henrici dicti van den Hove, qui quidem ager terre predictus dicto Godefrido, tamquam marito et tutori legitimo dicte Aleidis, sue uxoris, unacum certis aliis bonis mediante quadam divisione, inter ipsos et suos coheredes dudum habita, in partem cesserat, ut dicebat, hereditarie supportavit Reymboldo, filio dicti quondam Johannis de Craendonck, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris, mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Aleidis, sue uxoris, deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 354r
23 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Dominus Johannnes de Esch, presbiter, filius naturalis domini Henrici de Esch, presbiteri, hereditarie vendidit Egidio, filio quondam Luce van den Schoet, hereditariam pactionem sex lopinorum siliginis mensure de Oirscot, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in parochia de Oirscot in pastoria de Vorstenbest tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, tres lopinatas terre vel circiter continentibus, dictis communiter In de Moelen,

sitis in parochia de Oirscot predicta et in dicta pastoria, inter communitatem circumquaque adiacentibus, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi et hereditario censu duorum petrorum ac hereditaria pactione unius modii siliginis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 354r
23 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quatuordecim peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 354r
23 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Gerardus dictus de Hemart, filius quondam Henrici, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Johannis de Zoemeren, alias dicto van den IJnden, hereditarium censum duorum florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro et in Buscoducis libere tradendum de et ex uno et dimidio iugeribus terre vel circiter, dicti venditoris, sitis in parochia de Megen, in quodam campo terre dicto die Scheyl, inter hereditatem domini Godefridi de Mameren, presbiteri, ex uno et inter hereditatem Nycolai de Mameren ex alio, tendentibus a communi platea usque ad Mosam ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto hereditario censu duorum florenorum Renensium ex dicto integro campo terre, annuatim e iure solvendo per prius, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 354r
23 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Gerardo de Hemart, venditori, repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 354v
23 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Lambertus, filius quondam Johannis Lambert Luytensoen, hereditarie vendidit michi ad opus Elisabeth, filie legitime Johannis dicti Moelemans, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino Nativitatis Baptiste proxime futuro notanter, et in Buscoducis libere tradendam de et ex quarta parte ad ipsum spectante in quodam prato, quinque bonaria vel circiter continente, sito in parochia de Bucstel, in tribunali de Lyemde, ad locum dictum Oyendonck, inter hereditatem domini de Bucstel et heredum quondam Willelmi Mertens ex uno et inter hereditatem Aleidis Mertens ex alio, tendente ab hereditate Henrici Willem Bouwenss. et quorundam aliorum ad communem plateam; item ex pecia terre arabilis, quatuor vasatas terre vel circiter continente, sita in parochia et tribunali predictis, inter hereditatem Henrici van den Venne ex uno et inter hereditatem Michaelis Bolants et Johannis de Collenberch ex alio, tendente ab hereditate eiusdem Johannis de Collenberch ad quoddam pratum, dictum den Breebeempt, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Raess., datum XXIII[a] martii, quinta post Oculi.

R1271, fol. 354v
27 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta quinque florenis Renensibus, XX[ti] stuvers pro quolibet computando, dando in huiusmodi videlicet redemptione denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios quoscumque nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Elisabeth cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Lamberto repromisit, hoc salvo quod idem Lambertus huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato Elisabeth legitime preintimabit.
Testes Brecht et Raess., datum XXVII[a] martii, secunda post Letare.

R1271, fol. 354v
24 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Henricus, filius quondam Lamberti dicti van der Stegen, textor laneorum, promisit ut debitor principalis michi ad opus domicelle Agnetis, filie quondam Johannis de Erpe, monialis conventus sancte Clare in Buscoducis, quod ipse dabit et solvet eidem domicelle Agneti annuam et vitalem pensionem quatuor florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc ad bursam communiter in Buscoducis currente pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam dicte domicelle Agnetis et non ultra, mediatim Nativitatis Marie et mediatim Annunciationis Marie, et pro primo solutionis termino Nativitatis Marie proxime futuro de et ex domo, area et orto ac domo posteriori, cum suis attinentiis, dicti promittentis, sitis in Buscoducis, ad vicum dictum Aen den Aude Huls, inter hereditatem heredum quondam Lamberti dicti van den Bogart ex uno et inter hereditatem Johannis de Hedel ex alio, tendente a communi vico predicto retrorsum usque ad aquam ibidem retro fluentem, die Meer vocatam, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis diversis censibus, ad quinque florenos Renenses ascendentibus, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.

Testes Brecht et Millinc, datum XXIIII[ta] martii, sexta post Oculi, in profesto Annunciationis Marie.

R1271, fol. 355r
24 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Magister Michael de Eyck, doctor in medicinis, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Gerardus, filius quondam Gerardi de Collenbraken, promiserat se daturum et soluturum Rodolpho, filio quondam Henrici dicti Loekemans, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis traditurum de et ex pecia prati, dicta den Blakenbeempt, sita in parochia de Nuenen, ad locum dictum die Mortel; item ex medietate pecie terre, site in dicta parochia, ad locum dictum Lederken; item ex pecia terre, dicta Opten Poel, sita ibidem, iuxta hereditatem liberorum quondam Johannis Loekemans ex uno et inter hereditatem Gerardi de Collenbraken ex alio; item ex pecia terre, dicta dLoeken Ackerken, unam et dimidiam lopinatas terre continente, sita ibidem inter hereditatem Johannis Scoutkens, ex utroque latere adiactente; item ex medietate pecie terre, site in dicta parochia, in loco dicto dLoect, ultra communem vicum ibidem, inter hereditatem Amelii van der Schueren et inter hereditatem Gerardi van Collenbraken; item ex medietate pecie prati, dicti die Wyenbeempt, siti in dicta parochia, inter hereditatem heredum quondam Johannis Loekemans et inter hereditatem Gerardi van Collenbraken; item ex sexta parte domus, aree et orti, in quibus quondam Henricus Loekemans decessit, sitorum in dicta parochia; item ex medietate pecie terre, dicte den Penacker, site in dicta parochia, ad locum dictum Wetten, et quam pactionem predictam magister Petrus de Os ad opus dicti magistri Michaelis erga Lambertum, filium quondam Willelmi dicti Ghenen, maritum et tutorem legitimum Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Johannis Wouterss., dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Willelmo, filio Thome de Broegel, tinctori, simul cum dictis litteris aliis, instrumentis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Raess., datum supra.

R1271, fol. 355r
24 maart 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Gerardus et Ermgardis, eius soror, liberi quondam Gregorii dicti Gorijs Erenberts, et Petrus, filius quondam Engberti de Griensvenne, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hillegondis, sue uxoris, filie quondam Jacobi Laureynss., ab eodem et quondam Essela, sua uxore, filia dicti quondam Gregorii, pariter genite, cum tutore, peciam terre arabilis, quatuor vasatas terre vel circiter continentem, cum sua lignicrescentia, sitam in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Heze, inter hereditatem Henrici Everitss. et quorundam aliorum ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis de Lytt et quorundam aliorum ex alio, tendentem a quodam monte, dicto den Duynberch, ad hereditatem Gerongii dicti Hagens; item adhuc unam lopinatam terre vel circiter, sitam ibidem, inter hereditatem Erenberti dicti Geroncx ex uno et inter hereditatem Gerongii, filii dicti Erenberti, ex alio, tendentem ab hereditate Johannis, filii quondam Ambrosii Everitss., ad hereditatem Petri de Vladeracken, domini temporalis de Geffen, ut dicebat, hereditarie vendiderunt Ghiselberto, filio quondam Petri dicti die Brouwer, ab eodem, promittentes super omnia et habenda indivisi warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus sextariis siliginis hereditarie pactionis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat.

Testes Raess. et Millinc, datum supra.

R1271, fol. 355r-355v
24 maart 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Johannes, filius quondam Wolteri dicti Voegels, hereditarie vendidit Johanni dicto de Gael, filio quondam Johannis, hereditarium censum decem florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Annunciationis Marie et pro primo solutionis termino a crastina die ultra annum, et in Buscoducis libere tradendum de et ex quodam prato, tria bonaria terre vel circiter continente, sito in parochia de Broegel, ad locum dictum Op Elsdonck, inter hereditatem conventus de Hoodonck ex uno et fine uno et inter hereditatem magistri Johannis, filii quondam Lamberti de Broegel, ex alio, tendente ad quendam communem aggerem ibidem, dictum den Eldoncschendyck, cum reliquo, ut dicebat, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus maldris siliginis mensure de Pelandie, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Millinc, datum XXIIII$^{ta}$ martii, sexta post Oculi, in profesto Annunciationis Marie.

R1271, fol. 355v
24 maart 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Et poterit redimere perpetue quemlibet videlicet huiusmodi florenis cum et mediante quindecim consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 355v
24 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Bernardus, filius quondam Gerardi dicti Pass, textor laneorum, ab eodem quondam Gerardo et quondam Hilla, sua uxore, filia quondam Petri Zerijs, pariter genitus, hereditarium censum decem et octo librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex quodam manso, olim Leonii de Megen, depost Arnoldi de Hedel, sito in parochia de Oisterwyc, ad locum dictum Hukelem, inter communitatem ex utroque latere et fine uno atque ex attinentiis eiusdem mansi, singulis et universis; insuper ex quodam prato, tria bonaria vel circiter continente, sito in parochia de Helvoert, inter hereditatem Willelmi Hinckart ex uno et inter hereditatem Petri Brock ex alio, quem censum predictum Anthonius dictus Zerijs, filius quondam Petri dicti Zerijs, ab eodem quondam Petro et Helwige, sua dum vixit uxore, pariter genitus, supradicte Hille, sue sorori, filie dicti quondam Petri Zerijs, hereditarie supportaverat, prout in litteris, hereditarie supportavit Willelmo de Achel, filio quondam Gerardi, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Brecht et Millinc, datum supra.

R1271, fol. 355v-356r
24 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Heilwigis, relicta quondam Arnoldi van den Mortel, filii quondam Mathie, potens ad hoc, ut dicebat, cum tutore, hereditatem, sitam in Buscoducis, in cono vici dicti die Peperstraet, scilicet in illo cono qui situs est iuxta vicum, dictum dAude Dyeze, inter iamdictum vicum ex uno et inter hereditatem Goeswini dicti Wegen ex alio, quam hereditatem predictam dictus Arnoldus erga Johannem Mildman, filium quondam Henrici Mildman, acquisierat, prout in litteris, simul cum edificiis desuper stantibus ac censibus, prius exinde venditoris et depost acquitatis, hereditarie supportavit Johanni van den Hoevel, filio quondam Johannis, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Arnoldi, sui dum vixit mariti, deponere, excepto hereditario censu trium librarum monete, quem dictus Arnoldus prius exinde vendiderat aut solvere promiserat, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 356r
24 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Dictus Johannes van den Hoevel promisit super omnia et habenda dicte Heilwigi quatuordecim peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 356r
24 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Idem Johannes promisit adhuc super omnia et habenda dicte Heilwigi quatuordecim consimiles peters et sex libras monete a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, item quatuordecim consimiles peters et quatuor libras monete a Baptiste proxime futuro ultra duos annos, item undecim et dimidium consimiles peters et duas libras a Baptiste proxime futuro ultra tres annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 356r
27 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Henricus, filius quondam Johannis Wouterss., hereditarie vendidit Goeswino de Brecht hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro, et in Buscoducis absque omni onere precarie et exactionum libere tradendum de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditate sibi adiacente, quatuor et dimidium hont terre arabilis vel circiter continente, dicti venditoris, sitis in parochia de Berchen, ad locum dictum Duer, inter hereditatem Willelmi, filii Johannis Wouterss., ex uno et inter hereditatem Jacobi Symons ex alio, tendente ab hereditate Lamberti dicti van den Camp ad communem plateam, ut dicebat,

ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione unius maldri siliginis ac septem florenis Renensibus hereditarii census, diversis personis ex premissis et quibusdam aliis suis bonis annuatim prius e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVII[a] martii, secunda post Letare Jherusalem.

R1271, fol. 356r
27 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere ad spacium trium annorum Nativitatis Domini ultimo preterium sine medio sequente, semper dicto spacio durante, cum et mediante nonaginta consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 356r-356v
27 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Sorores Elisabeth Carnauws, submater, Margareta Goyens, procuratrix, Elisabeth de Luyssel et Hillegondis de Stiphout, sorores inhabitantes sororum de Orthen, domus sancti Andree, site in Buscoducis ad vicum Hynthamensem, pro se ipsis et quibuscumque aliis sororibus eiusdem domus, presentium et futurarum, in presentia et de expressis consensu et voluntate fratris Theoderici de Davantera, confessoris pro tempore earundem sororum, potentes ad infrascripta, ut dicebant, agrum terre, situm in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Bruggen, inter hereditatem Gerardi dicti Hels ex uno et inter hereditatem et inter hereditatem *(sic)* Sophie, relicte quondam Willelmi de Nuwelant, filii quondam Gerlaci de Nuwelant, et eius liberorum ex alio, tendentem a communi vico ad hereditatem Ottonis Daems, quem agrum terre predictum Jacobus, filius quondam Arnoldi de Stiphont, unacum certis aliis hereditatibus erga Gerardum Moll de Driel per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, et qui ager terre predictus pronunc situs est ibidem, inter hereditatem Willelmi Hels ex uno et inter hereditatem Anthonii Boest ex alio, tendente a dicto communi vico ad hereditatem Johannis van den Hellen, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Elisabeth, relicte quondam Rutgeri Herberts, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivise sub obligatione omium bonorum dicte Domus et sororum eiusdem, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum et dicte Domus et quarumcumque aliarum sororum eiusdem Domus, presentium et futurarum, necnon ex parte dicti quondam Jacobi de Stiphout et suorum heredum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVII[a] martii, secunda post Letare.

R1271, fol. 356v
27 maart 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Supradicte sorores de quibus nominibus supra, cum tutore, unum et dimidium iugera terre paludialis vel circiter, sita in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Bruggen, inter stegam dictam die Bruggensche Stege ex uno et inter quendam campum, dictum den Zegkamp,

heredum quondam Anthoni van den Hoevel ex alio, tendentem ab hereditate Henrici dicti Keyser ad quandam viam ibidem prothensam, ut dicebant, hereditarie vendiderunt dicte Elisabeth, ab eadem, promittentes ut supra warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus, dictis zegedycken, sluysis, fossatis et aqueductibus ac circumspectionibus infra terram situatis et ad premissa e iure conservandi spectantibus, ut dicebant.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 356v
27 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Arnoldus, filius quondam Adriani Arntss., textor laneorum, promisit super omnia et habenda domino Ghiselberto Colen, presbitero, octo modios siliginis mensure de Buscoducis Purificationis proxime futuro persolvendos et in Buscoducis tradendos.
Testes Raess. et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 356v-357r
27 maart 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Dominus Reynerus Haengreefs, presbiter, filius quondam Godefridi Haengreefs, medietatem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in quadam hereditate, lopinatam terre vel circiter continente, sita in parochia de Doernen, ad locum Vreeckwyck, inter hereditatem Petri, filii quondam Gerardi Loyen ex uno cum quibusdcam aliis, et inter hereditatem liberorum quondam Johannis de Bottel ex alio, tendente a communitate ad quendam communem aqueductum ibidem, dictum eenen gemeynen loop, simul cum medietate edificiorum in dicta hereditate consistentium, ut dicebat, hereditarie vendidit Gevardo, filio quondam Willelmi de Doernen, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad unum oirtkinum ascendente atque tribus vasis siliginis, dicto Gevardo ex predicta integra hereditate et edificiis e iure annuatim solvendis, ut dicebat.
Testes Raess. et Borchgreve, datum XXVII[a] martii, secunda post Letare Jherusalem.

R1271, fol. 357r
27 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Geertrudis,[63] relicta quondam Ghiselberti de Hees, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in huiusmodi bonis, mobilibus et immobilibus, hereditariis atque paratis, in quibus dictus quondam Ghiselbertus decessit et dicta Geertrudis suum ad presens habet et possidet usufructum in illis videlicet bonis, dumtaxat que Johanni, filio Geertrudis et quondam Ghiselberti predictorum, per et post mortem dicti quondam Ghiselberti, sui patris, iure successionis hereditarie seu alias quovismodo advoluta sunt et eidem Iohanni per et post mortem eiusdem Geertrudis, sue matris, iure successionis hereditarie seu alias quovismodo advolvenda sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, legitime supportavit dicto Johanni, suo filio, et effestucando promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare.

[63] *in de marge*: A.

Testes Brecht et Raess., datum supra.

R1271, fol. 357r
27 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes premissa bona hereditarie supportavit Petro, filio quondam Reyneri Kersmekers, tamquam marito et tutori legitimo Katherine, sue uxoris, filie dictorum Geertrudis et quondam Ghyselberti, et Paulo dicto Wynants, marito et tutori legitimo Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Godefridi Cuypers, ab eodem quondam Godefrido et Margareta, sua uxore, filia eorundem Geertrudis et quondam Ghiselberti de Hees, pariter genite, simul cum dictis litteris aliis, instrumentis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salva tamen dicto Johanni et sibi reservata sua vitali pensione triginta sex florenorum Renensium, sibi hodierna die ex premissis promissa iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum.
Testes, datum supra.[64]

R1271, fol. 357r
27 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in ambobus contractibus precedentibus, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Petrus et Paulus promiserunt ut debitores principales indivisi supradicto Johanni quod ipsi dabunt et solvent eidem Johanni annuam et vitalem pensionem triginta sex florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando anno quolibet ad vitam eiusdem Johannis et non ultra, mediatim Remigii confessoris et mediatim Pasche, et pro primo solutionis termino Remigii confessoris proxime futuro de et ex supradictis bonis ipsis, ut premittitur, supportatis. Promiserunt insuper indivisi super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 357r-357v
27 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractibus A et B signatis, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Petrus et Paulus promiserunt ut debitores principales indivisi michi ad opus Ghiselberti, filii naturalis et illegitimi dicti Johannis, quod ipsi dabunt et solvent eidem Ghiselberto natuali annuam et vitalem pensionem octo consimilium florenorum Renensium anno quolibet ad vitam eiusdem Ghiselberti naturalis et non ultra, mediatim Remigii confessoris et mediatim Pasche, et pro primo solutionis termino in festo beati Remigii confessoris, obitum supradicti Johannis immediate subsequente et non prius, de et ex supradictis bonis ipsis, ut premittitur, supportatis. Promiserunt insuper indivisi super omnia et habenda warandiam et satisfacere, tali conditione premissis adiecta quod dictus Ghiselbertus naturalis quocumque tempore futuro dictam pensionem in toto seu in parte nemini vendet, alienabit, transportabit nec impignorabit, ymmo dumtaxat ad suum usum

[64] *in de marge*: B.

annalem et ad propriam suam competenciam sub privatione et amissione eiusdem pensionis reservabit, omni exceptione seclusa.
Testes Brecht et Raess., datum XXVII[a] martii, secunda post Letare Jherusalem.

R1271, fol. 357v
27 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum ita actum esset adhuc ut in contractibus A et B signatis, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Petrus et Paulus promiserunt ut debitores principales indivisi michi ad opus Cornelie, filie naturalis supradicti Johannis, quod ipsi dabunt et solvent eidem Cornelie naturali annuam et vitalem pensionem octo consimilium florenorum Renensium anno quolibet ad vitam eiusdem Cornelie naturalis et non ultra, mediatim Remigii confessoris et mediatim Pasche, et pro primo solutionis termino in festo beati Remigii confessoris, obitum supradicti Johannis immediate subsequente et non prius, de et ex supradictis bonis ipsis, ut premittitur, supportatis. Promiserunt insuper indivisi et cum conditione per totum ut iam supra, mutatis mutandis.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 357v
27 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum adhuc ita actum esset ut in dictis contractibus A et B signatis, constituti igitur igitur *(sic)* coram scabinis infrascriptis dicti Petrus et Paulus promiserunt ut debitores principales indivisi michi ad opus Margarete, filie naturalis et illegitime supradicti Johannis, quod ipsi dabunt et solvent eidem Margarete naturali annuam et vitalem pensionem octo consimilium florenorum Renensium anno quolibet ad vitam eiusdem Margarete et non ultra, mediatim Remigii confessoris et mediatim Pasche, et pro primo solutionis termino in festo beati Remigii confessoris, obitum supradicti Johannis immediate subsequente et non prius, de et ex supradictis bonis ipsis, ut premittitur, supportatis. Promiserunt insuper indivisi et cum conditione per totum ut iam supra, mutatis mutandis.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 357v-358r
27 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Geertrudis, relicta quondam Ghiselberti de Hees, cum tutore, totum ius sue vitalis perceptionis ad ipsam spectantis in vitali pensione sex aureorum florenorum, gouden bourgoensche andriesgulden communiter vocatorum, vel veram valorem eorundem in alio pagamento, solvenda annuatim ad vitam Johannis, filii legitimi dicti quondam Ghiselberti de Hees, et Ghiselberti, filii Johannis de Achel, ac alterius eorundem diucius viventis, mediatim Remigii confessoris et mediatim Pasche, quam pensionem predictam iidem Johannes et Ghiselbertus erga opidum de Buscoducis dudum emendo acquisierant; item adhuc in vitali pensione sex florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem eorundem in alio pagamento tempore solutionis communiter currente pro quolibet computando, solvenda annuatim ad vitam Johannis, filii dicti quondam Ghiselberti de Hees et Agnetis, filie legitime Johannis de Achel, ac alterius eorundem diucius viventis, mediatim prima maii et mediatim Omnium Sanctorum, quam pensionem iamdictam iidem Johannes et Agnes erga opidum de

Buscoducis dudum emendo acquisierant, prout in diversis litteris magno sigillo dicti opidi sigillatis super hoc confectis plenius continetur, legitime supportavit dicto Johanni, suo filio, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salvis tamen dicte Geertrudi et sibi reservatis suis arrestadiis de dictis pensionibus adhuc restantibus et insolutis, ut dicebat.
Testes, datum supra.
Item in premissis conventum est quod dicti Geertrudis, Petrus et Paulus addent denarios addendos iuxta ordinationem sex deputatorum opidi, sic quod ipse Johannes pro dictis pensionibus annuatim percipiet XIIII florenorum Renensium communes etc.

R1271, fol. 358r
28 maart 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Arnoldus, filius quondam Hessellonis Zegerssoen, hereditarie vendidit Godefrido, filio quondam Willelmi dicti van der Schueren, ad opus sui et ad opus Wolteri, filii Johannis Arntszoen, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Oisterwyck, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et supra contrapignus infrascriptum, tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditabus sibi coadiacentibus, dicti venditoris, decem lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Oisterwyck, in loco dicto in Udenhout, inter hereditatem conventus sororum, siti in dicta parochia, ex uno et fine uno et inter hereditatem Katherine dicte Leurs, vidue, et eius liberorum ex alio, tendentibus cum fine reliquo ad communem plateam, dictam die Gruynstraet, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno et dimidio modiis siliginis hereditarie pactionis, censu novem et dimidii stuferorum atque duobus et dimidio grossis antiquis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Berkel , datum XXVIII[a] martii, tercia post Letare Jherusalem.

R1271, fol. 358r
28 maart 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum et mediante decem et octo peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Godefridus pro se et pro dicto Woltero hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Godefrido et Woltero aut eorum alteri legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 358r
12 mei 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Dictus Arnoldus, dictam pactionem redimendi, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Petri Vannijs, cum litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum XII maii, sexta post Jubilate.

R1271, fol.358r
*deze akte is onvolledig*

Engela, filia quondam Arnoldi dicti Martenszoen, et Mathias, filius quondam Cornelii dicti Janss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, filie dicti quondam Arnoldi Martens, duas tercias partes totamque partem et omne ius ad ipsos, ut dicebat, spectantes in pecia terre arabilis, decem.

R1271, fol. 358r-359r
29 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Emondus[65] et Yda, eius soror, liberi quondam Henrici dicti Emontssoen, cum tutore, domum, aream, horreum, cetera edificia, ortum ac hereditates sibi coadiacentes, duodecim lopinatas terre vel circiter pariter continentes, sitos in parochia de Gestel prope Herlaer, ad locum dictum Aent Hezelaer, inter communem plateam circumquaque adiacentes; item quendam agrum terre cum quadam pascua, dicta een kalverweyde, sibi adiacentem, pariter duodecim lopinatas terre vel circiter continentem, situm ibidem, ultra communem plateam, inter hereditatem Jacobi dicti Theeus ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendentem cum fine reliquo ad hereditatem Mechteldis, filie quondam Alardi de Berlijkem, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis; item campum terre, partim mericalis et partim pascualis, situm in parochia de Scynle, ad locum dictum Eylde, inter hereditatem domicelle Agnetis, relicte quondam Arnoldi de Campen, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis et Laurencii dicti van den Venne ex alio, tendentem ab hereditate dicte Mense ad hereditatem Zegeri Peterssoen et ad communem plateam; item agrum terre arabilis, quinque lopinatas terre vel circiter continentem, situm in dicta parochia de Gestel, ad locum dictum Opten Pael, inter hereditatem vicarie ecclesie de Gestel predicta ex uno et inter hereditatem Yde, relicte quondam Johannis Engbertss., et communem plateam ex alio, tendentem ab hereditate Hadewigis, relicte quondam Willelmi de Beeck, ad iamdictam communem plateam; item sextariatam terre vel circiter, sitam ibidem, inter hereditatem Gerardi de Beeck ex uno et inter hereditatem dicte Hadewigis ex alio, tendentem ab hereditate Johannis die Witte ad hereditatem ad dictam vicariam spectantem; item campum terre pascualis, decem pastus, dictos scharenweyen, vel circiter continentem, situm in dicta parochia de Scijnle, ad locum predictum Eylde, vocatum Int Waudt, inter hereditatem ad fabricam capelle, site ad locum dictum Opte Dungen, spectantem et inter hereditatem Gerardi de Beeck cum pluribus aliis ex uno et inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Godefridi Claess., et eius liberorum, Arnoldi dicti van den Weteringen et quorundam aliorum ex alio, tendentem ab hereditate heredum quondam Rodolphi die Bever ad hereditatem Martini de Elmpt; item adhuc agrum terre arabilis, quinque lopinatas terre vel circiter continentem, situm in dicta parochia de Gestel, ad locum dictum Op Hezeacker, inter hereditatem Nycolai, filii quondam Johannis Marceliszoen, ex uno et inter hereditatem Gerardi de Beeck et quorundam aliorum ex alio, tendentem a quodam communi aqueductu, dicto een gemeynen waterlaet, ad hereditatem Henrici Spierinx; item peciam terre, novem lopinatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia et loco ultimodictis, inter hereditatem dicte Mechteldis, filie quondam Alardi de Berlijkem, begine, ex uno et inter hereditatem dicte Mense, cum pluribus aliis, ex alio, tendentem ab hereditate

[65] *in de marge fol. 359r*: A.

dicte Hadewigis et quorundam aliorum ad dictum aqueductum; item adhuc agrum terre, decem lopinatas terre vel circiter continentem, situm ibidem, inter hereditatem heredum quondam Hermanni de Langel ex uno et inter hereditatem heredum quondam Jacobi Ghyzels et hereditatem Johannis Pels ex alio, tendentem ab hereditate Rutgeri de Dullekem, ad hereditatem dicte Hadewigis et quorundam aliorum; item agrum terre, dictum den Moelenacker, tres lopinatas terre vel circiter continentem, situm in iamdicta parochia de Gestel, ad locum dictum Opten Moelenacker, inter hereditatem Laurencii, filii Petri van den Pettelaere, ex uno et inter hereditatem Wolteri dicti Driess. ex alio, tendentem a communi via ad hereditatem Katherine, relicte quondam Mathei Goyens; item adhuc agrum terre, sex lopinatas terre vel circiter continentem, situm ibidem, inter hereditatem Katherine, relicte quondam Johannis de Gerwen, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti Baers de Boningen ex alio, tendentem a communi via ad hereditatem Laurencii dicti Baers de Boningen; item particulam terre, dictam dat Helleken, unam lopinatam terre vel circiter continentem, sitam ibidem, inter hereditatem dicti Laurencii Baers ex uno et inter hereditatem Jacobi dicti Theens ex alio, tendentem ab hereditate dicti Laurencii ad communem plateam; item adhuc peciam peciam *(sic)* terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continentem, sitam in ultimodicta parochia, ad locum dictum Opte Beeck, inter hereditatem dicte domicelle Agnetis de Campen et eius liberorum ex utroque latere, tendentem a quodam aqueductu, dicto die Beeck, ad hereditatem Arnoldi Janss., ut dicebant, dederunt ad hereditariam pactionem Willelmo, filio quondam Rutgeri dicti de Griensvenne, et dicto Nycolao, filio quondam Johannis dicti Marceliss., et dicto Gerardo de Beeck, filio quondam Willelmi de Beeck, ab eisdem iure hereditario habendam et possidendam pro oneribus viarum per et trans premissa e iure transeuncium atque pro diversis censibus, ad triginta septem et dimidiam libras communis pagamenti hereditarie ascendentibus, et adhuc diversis censibus ad quatuor florenos Renenses communes et unam blanccam taxatis, necnon hereditariis pactionibus trium modiorum et quinque vasorum siliginis mensure de Buscoducis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, dandis et solvendis ab aliis annuatim terminis et locis ad hoc debitis et consuetis, atque pro hereditaria pactione octo modiorum siliginis mensure de Buscoducis, danda et solvenda dictis Emondo et Yde ab aliis anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis tradenda de et ex premissis, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda pro premissis warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere. Quo facto alii repromiserunt indivisi se daturos et soluturos dictis Emondo et Yde dictam hereditariam pactionem octo modiorum siliginis anno quolibet hereditarie termino solutionis et loco predictis de et ex premissis. Promiserunt insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere atque quod ipsi supradictos antiquos census et pactiones, videlicet triginta septem et dimidie librarum, quatuor florenorum Renensium et unius blancce, ac trium modiorum et quinque vasorum siliginis, elapso festo Penthecostes proxime futuro extunc deinceps perpetuis futuris temporibus dabunt et solvent ac dare, solvere tenebuntur sic et taliter quod dictis Emondo et Yde ad et supra se et bona sua reliqua dampna exinde non eveniant in futuro, necnon quod ipsi Willelmus, Nycolaus et Gerardus in quadam domo, dicta bachuys, prope supradictam domum in premissis hereditatibus consistente, observabunt et observare tenebuntur perpetuis futuris temporibus unum lectum cum suis pertinentibus pro pauperibus, hiis tempore oportuno deserviendis et opus habendis, absque dolo.
Testes Brecht, Berkel, datum XXIX[a] martii, quarta post Letare.

R1271, fol. 359r
29 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Et poterint redimere infra spacium octo annorum proxime futurorum simul unapariter vel vicissim, videlicet simul et semel cum uno modio quemlibet, scilicet modium siliginis, cum quadraginta peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicti Emondus et Yda, cum tutore, hoc palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dictis Willelmo, Nycolao et Gerardo repromiserunt.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 359r-359v
29 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Johannes, filius quondam Arnoldi dicti Peterss., tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Godefridi Broess., et ipsa Heilwigis cum eodem Johanne, suo marito, tamquam cum suo tutore, promiserunt indivisi Ambrosio, filio dicti quondam Godefridi Broess., quod ipsi dabunt et solvent eidem Ambrosio hereditarium censum unius libre monete anno quolibet hereditarie Pasche et pro primo solutionis termino a Pasche proxime futuro ultra annum de et ex omnibus suis bonis ab eis ad presens habitis ac imposterum ab eis habendis et acquirendis. Promiserunt insuper et cum eis Arnoldus, eius filius, indivisi super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum XXIX$^{a}$ martii, quarta post Letare Jherusalem.

R1271, fol. 359r
25 augustus 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Dictus Emondus, filius quondam Henrici Emontss., unum modium siliginis hereditarie pactionis de sua medietate dicte hereditarie pactionis octo modiorum siliginis, ut in dicto contractu A signato, hereditarie supportavit Petro, filio quondam Engberti de Griensvenne, simul cum dictis litteris et iuribus occasione, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, excepta tamen et dictis promittentibus reservata sua potestate redimendi pactionem predictam iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Heym et Berkel, datum XXV$^{ta}$ augusti.

R1271, fol. 359v
30 maart 1503
Jan Back en Raas Raassen

Reynerus, filius quondam Johannis Daemss., et Raso Persoens alias Scroets promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus Arnoldi Pels Peterss. tricentos et viginti florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, a prima die mensis aprilis proxime futura ultra annum persolvendos.
Testes Back et Raess., datum penultima martii, quinta post Letare.

R1271, fol. 359v
30 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Leonardus, filius quondam Henrici Hermanss., carpentarius, domum, aream et ortum, sitos in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad locum dictum Op Vranckenhostadt, inter hereditatem Nycolai van Herenthom ex uno et inter hereditatem Henrici Jacopssoen ex alio, tendentes a communi platea seu via lapidea retrorsum ad longitudinem octuaginta pedatarum, et que premissa ante in capite iuxta dictam viam lapideam continent centum et quindecim pedatas in latitudine, ut dicebat, locavit recto locationis modo Thome, filio quondam Mathei dicti van den Venne, fabro, ab eodem Thoma ad spacium duodecim annorum, datam presentem sine medio sequente habenda et possidenda pro oneribus, annuatim prius exinde e iure solvendis, ut dicebat, dandis et solvendis ab alio termino solutionis ad hoc debito et consueto, promittens super omnia et habenda huiusmodi locationem ratam servare.
Testes Brecht et Raess., datum supra.

R1271, fol. 359v
6 april 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Dictus Thomas dictam locationem legitime supportavit Johanni, filio Symonis, filii quondam Mathie Gieliss., simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare.
Testes Brecht et Raess., datum sexta aprilis, quinta post Judica.

R1271, fol. 359v
30 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Johannes, filius quondam Rutgeri van Boert, campum terre arabilis, unam modiatam terre vel circiter continentem, situm in parochia de Hees, ad locum dictum Op Runnen, inter hereditatem Gerardi de Merlair ex uno et inter communitatem ibidem alias circumquaque adiacentem, quem campum terre predictum dictus Johannes erga Laurencium, filium quondam Goeswini Hermanszoen, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Willelmi dicti de Tuyll, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 359v-360r
30 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Dictus Henricus de Tuyll promisit super omnia et habenda dicto Johanni de Boert viginti peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, ac dimidium modium siliginis mensure de Buscoducis, a Purificationis proxime futuro ultra annum persolvendos et in Buscoducis dictam siliginem tradendam.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 360r
30 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Johannes, filius quondam Ambrosii dicti Everitssoen, unum iuger terre vel circiter, situm in parochia de Nuwelant, in loco dicto In den Ouden Polder, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Johannis Arntssoen, tendentem a quodam aqueductu, dicto die Halve Weteringe, ad hereditatem Jacobi, filii quondam Johannis Jacopss., prout ibidem situm est, ut dicebat, hereditarie vendiderunt (*aldus*) Gerardo et Ermgardi, eius sorori, liberis quondam Gregorii dicti Gorijs Erenberts, et Petro, filio quondam Engberti de Griensvenne, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus dictis zegedijcken, sluysis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dictum unum iuger terre e iure conservandi spectantibus, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 360r
30 maart 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Iamdicti Gerardus et Ermgardis, eius soror, necnon dictus Petrus, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Hillegondis, sue uxoris, filie quondam Jacobi Laureynss., ab eodem et quondam Essele, sue uxoris, filie dicti quondam Gregorii Erenberts, cum tutore, campum terre paludialis, tria iugera terre vel circiter continentem, situm in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Heze, inter hereditatem conventus Beate Marie Virginis et Brigitte, vidue, siti in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Caudewater, ex uno et inter hereditatem Christiani dicti van den Grave et eius liberorum cum pluribus aliis ex alio, tendentem ab hereditate dicti conventus ad hereditatem Gobelini, filii Johannis Meeus Quattelss., prout idem campus ibidem situs est, ut dicebat, hereditarie vendiderunt dicto Johanni, filio quondam Ambrosii Everitss., ab eodem, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus dictis zegedijcken, slusis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dictum campum terre e iure conservandi spectantibus, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 360r
31 maart 1503
Jan Back en Raas Raassen

Yda, relicta quondam Johannis, filii quondam Petri dicti van den Berge, promisit super omnia et habenda Luvoni dicto Loeff, filio quondam Henrici dicti van den Goer, incole opidi Graviensis, tres libras grossorum pecunie Flandrensis a Pasche proxime futuro ultra annum, totidem libras a Pasche proxime futuro ultra duos annos, totidem libras a Pasche proxime futuro ultra tres annos, totidem libras a Pasche proxime futuro ultra quatuor annos persolvendas.
Testes Back et Raess., datum ultima martii.

R1271, fol.360r-360v
1 april 1503
Jan Heym en Gozewijn van Brecht

Petrus, filius quondam Reymboldi dicti Bullen Peterss., peciam terre arabilis, sitam in parochia de Os, in loco dicto In die Royen, inter hereditatem Marcelii die Wever ex uno et inter hereditatem heredum quondam magistri Johannis Batens. ex alio, quam peciam terre

predictam dictus Petrus erga Johannem, filium quondam Ermboldi Peterss., acquisierat, ut videtur in litteris de Os contineri, hereditarie supportavit Jacobo, filio quondam Johannis Willemss., simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepto hereditario censu duarum librarum monete, quem censum dictus Petrus Hermanno, filio quondam Henrici Goessenss., dudum exinde vendiderat, ut dicebat.
Testes Heym et Brecht, datum prima aprilis, sabbato post Letare Jherusalem.

R1271, fol. 360v
1 april1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Nycolaus, filius quondam Happonis dicti Hap Genens,. hereditarium censum sex et dimidie librarum monete, solvendum hereditarie Pasche ex domo, area et orto ac agro terre sibi adiacente, maldratam terre vel circiter continente, Arnoldi, filii quondam Mathie Willemss. de Hermalen, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Onlant, inter communem plateam ex uno et fine uno et inter hereditatem Willelmi, filii quondam Mathie Willemss. van Hermalen, fratris dicti Arnoldi, ex alio; item ex quodam agro terre, dicto den Boeracker, tres lopinatas terre vel circiter continente, Judoce, filie dicti quondam Mathie, sito in parochia et loco predictis, inter hereditatem Henrici, filii dicti quondam Mathie, fratris dictorum Arnoldi et Judoce, ex uno et inter hereditatem Mathie, etiam fratris eorundem Arnoldi et Judoce, ex alio, quem censum predictum dictus Nycolaus erga dictos Arnoldum et Judocam, eius sororem, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Martino, filio quondam Henrici Theeuss. de Bakelair, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salva tamen dictis Arnoldo et Judoce et eisdem reservata sua potestate redimendi censum predictum iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Raess. et Berkel, datum supra.

R1271, fol.360v-361r
3 april 1503
Jan Heym en Peter die Borchgreve

Johannes Heym, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, domicelle Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Symonis de Gheel, peciam terre, tres et dimidiam lopinatas terre continentem, sitam in parochia de Berlijkem, ad locum dictum Onderstall, inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Gerardi dicti de Eycke, ex uno et inter hereditatem Willelmi dicti Posteel, filii quondam Willelmi dicti Posteel, ex alio, tendentem cum uno fine ad communem plateam et cum reliquo fine ad hereditatem Johannis dicti Rode, dudum venditam dicto Willelmo Posteel a Jacobo dicto Weert de Berlijkem, prout in litteris, quam peciam terre predictam dictus Symon de Gheel unacum certis aliis peciis terre et hereditatibus erga dictum Willelmum Posteel depost acquisierat, prout in aliis litteris, et que pecia terre predicta pronunc sita est ibidem, inter hereditatem Johannis Geritss. van der Aa ex uno et inter quendam ortum, dictum Oedeners Hoff, dicti Johannis Heym, ex alio et tendit a communi platea ad hereditatem Mathie, filii quondam Johannis dicti die Gruyn, carpentarii, ut dicebat, hereditarie supportavit eidem Mathie, simul cum dictis litteris et iure, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Symonis de Gheel et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, exceptis tribus caponibus et tribus pullis censualibus conventui Sancte Clare in Buscoducis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.

Testes dictus Heym et Borchgreve, datum tercia aprilis, secunda post Judica.

R1271, fol.361r
3 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Theodericus, filius quondam Theoderici, filii quondam Arnoldi dicti Ambachs, domum, aream, horreum et ortum ac hereditates sibi coadiacentes, sitos in parochia de Westerhoven, ad locum dictum Bramesch, inter hereditatem quandam dictam Weyers Foirhoeft ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendentes cum fine reliquo ad communitatem ibidem, prout premissa ibidem sita sunt, ut dicebat, hereditarie vendidit Margarete, filie Henrici dicti Udemans, ad opus sui et ad opus Judoci et Cornelii et Johannis, fratrum, liberorum naturalium et illegitimorum dicte Margarete, ab eadem Margareta et primodicto Theoderico, pariter genitorum, ab eadem Margareta quamdiu in humanis vixerit et non ultra, et a dictis Judoco, Cornelio et Johanne, suis liberis naturalibus, post mortem dicte Margarete et non prius, iure hereditario habendos et possidendos, supportavit et effestucando etc., promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Eerssel atque censu fundi, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat. Quo facto dicta Margareta palam recognovit quatenus dictus Theodericus premissis mediantibus seu mediante firma pretacta sibi realiter satisfecit de huiusmodi septuaginta florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, quos idem Theodericus dudum ab ipsa Margareta in mutuo receperat et ipsa eidem Theoderico mutuerat, prout idem Theodericus etiam publice confessus est, ut dicebat, clamans dicta Margareta dictum Theodericum et eius bona de dictis septuaginta florenis Renensibus quitos, liberos et penitus absolutos.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol.361r-361v
3 april 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Reynerus Templeer, filius quondam Reyneri, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Zonne, solvendam hereditarie Purificationis et in Nederwetten tradendam de et ex tribus domibus, earum areis et ortis ac duobus horreis cum suis fundis ac diversis hereditatibus sibi mutuo adiacentibus, pariter duas et dimidim modiatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Nederwetten, ad locum dictum Op Kellaere, inter hereditatem Johannis de Hersel, Reyneri Templeer, Petri de Gerwen et quorundam aliorum ibidem ex uno; item ex quadam alia pecia terre, partim terre arabilis et partim terre pascualis, sive diversis pratis, pariter dimidiam modiatam terre et tria bonaria terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Nuenen iuxta hereditates predictas; item ex quodam agro terre, unam sextariatam terre vel circiter continente, sita *(aldus)* in parochia de Nederwetten, in loco dicto die Willichacker; item ex quodam alio agro terre, unam maldratam terre vel circiter continente, sito in parochia de Nederwetten, in loco dicto die Hoge Acker, quam pactionem predictam dictus Reynerus Templeer erga domicellam Margaretam de Gerwen, filiam quondam Johannis de Gerwen, conventualem conventus de Hoodonck, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Agneti, filie quondam Wautgeri dicti van der Engelbraken, simul cum dictis litteris aliis et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Raess. et Borchgreve, datum tercia aprilis, secunda post Judica.

R1271, fol.361v
3 april 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Reynerus Templeer, filius quondam Reyneri, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Zonne, quem modium siliginis predictum Johannes, filius quondam Petri Lonijs, promiserat se daturum et soluturum Johanni, filio quondam Henrici van Scoeteldonck, anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex domo, domistadio et orto, sitis in parochia de Nederwetten, inter hereditatem Johannis van Scoteldonck ex uno et inter hereditatem Henrici, filii Petri Lonijs, ex alio, quem modium siliginis predictum dictus Reynerus erga domicellam Margaretam de Gerwen, conventualem conventus de Hoodonck, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Lamberto de Buederick ad opus Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Ghysberti dicti Templeers, ab eadem Elisabeth post mortem dicti Reyneri et non prius iure hereditario habendam et possidendam, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes, datum supra.

R1271, fol.361v
5 april 1503
Jan Heym en Peter die Borchgreve

Mathias, filius naturalis et illegitimus Wolteri de Brede, filii quondam Jacobi, dedit Judoco, filio quondam Gerisii dicti Vilts, potestatem monendi vitalem pensionem quatuor florenorun Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, quam pensionem dictus Wolterus de Brede, filius quondam Jacobi, promiserat se daturum et soluturum dicto Mathie, suo filio naturali, anno quolibet ad vitam eiusdem Mathie et non ultra, mediatim Purificationis et mediatim Jacobi apostoli, ex omnibus bonis eiusdem Wolteri, quocumque locorum consistentibus sive sitis, prout in litteris; item adhuc duos modios siliginis vitalis pensionis, quos duos modios siliginis iamdictos Hillegondis de Bree, relicta quondam Jacobi de Bree, legaverat pure propter denarios dicto Mathie solvendos post mortem dicte Hillegondis ex bonis dicto Woltero de Brede, per dictam Hillegondem legatis, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, et cum premissis faciendis usque ad revocationem ut in forma, hoc tamen salvo quod dictus Judocus de suis levatis et receptis iustum computum, rationem legalem et satisfactionem realem prefato Mathie ad eius requestam semper prestabit et prestare tenebitur absque dolo.
Testes Heym et Borchgreve, datum quinta aprilis, quarta post Judica.

R1271, fol.361v-362r
5 april 1503
Jan Heym en Peter die Borchgreve

Johannes Heym, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, domicelle Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Symonis de Gheel, ab eodem quondam Symone et quondam domicella Elisabeth, sua uxore, filia quondam Goeswini de Campen et quondam domicelle Postulune, sue uxoris, pariter genite, medietatem cuiusdam campi terre, quinque iugera et duo hont terre vel circiter continentis, siti in parochia de Empel, in loco dicto die Cortbeemde, inter hereditatem quondam Rutgeri de Geldrop ex uno et inter hereditatem Rutgeri Berwout ex alio, tendentis ab hereditate Heilwigis Groys et Henrici van den Doren ad fossatum, dictum den Orbeesschen Grave, dividentem dictum campum ob eius longum in duas partes equales, illam scilicet medietatem eiusdem campi, que sita est contigue iuxta hereditatem dicti

quondam Rutgeri de Geldrop versus locum dictum Henxsten, que medietas predicta supradicte Postulune mediante quadam divisione hereditaria inter ipsam et Willelmum Donck, filium quondam Henrici, in partem cesserat, prout in litteris divisionum, hereditarie supportavit Johanni Kanapart simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte domicelle Elisabeth, sue uxoris, necnon ex parte dicte quondam Postulune ac suorum heredum deponere.
Testes Heym predictus et Borchgreve, datum supra..

R1271, fol.362r
5 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Mechteldis, relicta quondam Jacobi, filii quondam Wolteri Dircxsoen, cum tutore, usufructum sibi competentem in hereditario censu trium librarum monete, solvendo hereditarie Nativitatis Baptiste ex tribus quartis partibus domus et aree cum suis iuribus et attinentiis, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Karstraet, inter hereditatem Christiani van den Grave, carnificis, ex uno et inter hereditatem Zegeri die Haemmeker ex alio, quem censum predictum dictus Jacobus erga Johannem, filium quondam Theoderici Yewaenss., emptorem bladorum, acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit sorori Cornelie, filie Mechteldis et quondam Jacobi predictorum, sorori professe conventus Sororum Tercie Regule sancti Francisci, siti in Buscoducis, ad locum dictum den Ulenborch, ad opus sui et ad opus sororis Katherine, filie eorundem Mechteldis et quondam Jacobi, etiam sororis professe eiusdem conventus, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol.362r
5 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitute igitur coram scabinis infrascriptis sorores Mechteldis de Bucstel, mater, Dympna de Bucstel, procuratrix, necnon dicta soror Cornelia, conventualis dicti conventus, nomine earum et ex parte eiusdem conventus ac quarucumque aliarum sororum conventus predicti, presentium et futurarum, cum tutore, in presentia et de expresssis consensu et voluntate fratris Huberti de Herentalis, earum confessoris pro tempore, supradictum censum hereditarie supportaverunt Henrico de Uden, rectori et magistro pro tempore fabrice ecclesie sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, ad opus eiusdem fabrice pro una tercia parte et ad opus confraternitatis Venerabilis Sacramenti in eadem ecclesia pro reliquis duabus tertiis partibus, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittentes cum tutore sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum ac dicti conventus ac quarumcumque sororum eiusdem, presencium et futurarum, necnon ex parte dicti quondam Jacobi ac suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol.362v
6 april 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Hermannus, filius quondam Rodolphi dicti Arntss., hereditarie vendidit Franconi dicti van den Lande, filio quondam Henrici dicti van den Lande, hereditariam pactionem quinque sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis tradendam de et ex pecia terre arabilis, maldratam terre vel circiter continente, dicti venditoris, sita in parochia de Os, ad stegam, dictam die Heesscher Stege, inter hereditatem Symonis Rycoutss. ex uno et inter hereditatem heredum quondam Gerardi de Heze ex alio, tendente a quadam stega, dicta die Paeprotsche Stege, ad quandam viam, dictam den Heesscheren Wech, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Heym et Berkel, datum sexta aprilis, quinta post Judica.

R1271, fol.362v
6 april 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX$^{ti}$ octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol.362v
6 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Willelmus, filius quondam Godefridi dicti Willemss., hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Johannis dicti Spyerinck, hereditarium censum unius et dimidii florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, solvendum hereditarie Pasche et pro primo solutionis termino a Pasche proxime futuro ultra annum de et ex agro terre, maldratam terre vel circiter continente, dicti venditoris, sito in parochia Gestel, prope Herlaer, inter hereditatem Rutgeri de Griensvenne ex uno et inter hereditatem eiusdem Rutgeri et Nycolai, sui fratris, ex alio, tendente ab hereditate Mathie dicti Huybens. ad hereditatem Adriani dicti Bossch, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad unam blanckam ascendentem ac hereditario censu unius libre pagamenti, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol.362v
6 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super

omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1271, fol.363r
6 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Mathias, filius quondam Johannis, filii quondam Michaelis Roesmonts, ab eodem quondam Johanne et Lana, sua uxore, pariter genitus, hereditarium censum quinque librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex quodam agro et prato terre, decem lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Ollant, inter hereditatem Geerlaci van den Borne ex uno et inter hereditatem Johannis de Amerzoyen ex alio, quem censum dicta Lana, relicta dicti quondam Johannis, filii quondam Michaelis Roesmonts, erga Wolterum, filium quondam Hermanni die Cort, tamquam maritum et tutorem legitimum Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Arnoldi van den Borne, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Martino, filio quondam Henrici Theeuss. van Bakelaer, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Lane, sue matris, ac suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol.363r
6 april 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Johannes, filius quondam Petri, filii quondam Goeswini van den Bleeck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Godefride, sue uxoris, filie quondam Willelmi dicti van den Byechelaer, pratum quoddam, dictum den Aftersten Prange, situm in parochia de Bucstel, in tribunali de Lyemde, inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Thome Pouwelss., et eius liberorum et quorundam aliorum ibidem ex uno et inter hereditatem Mechteldis, filie quondam Arnoldi de Vucht, ex alio et fine uno, tendentem cum reliquo fine ad hereditatem Willelmi Lambertss., ut dicebat, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Everardi, filii quondam Johannis Erenbertss., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere.
Testes Raess. et Millinc, datum supra.

R1271, fol.363r
6 april 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Johannes, filius quondam Johannis dicti van den Venne, hereditarie vendidit Delyane, filie quondam Johannis dicti die Cock, hereditarium censum unius floreni Renensis, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro eodem computando, solvendum hereditarie Pasche et pro primo solutionis termino a Pasche proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area, orto ac hereditate sibi adiacente, tres vasatas terre vel circiter pariter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Berlijkem, ad locum dictum Aent Braecvenne, inter communitatem circumquaque adiacentibus, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et

impetitionem deponere, exceptis diversis pactionibus ad novem sextaria siliginis ascendentibus, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol.363r
6 april 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quindecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Delyana cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol.363r-363v
6 april 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Gerongius, filius Ermardi dicti Ermart Geritss., promisit ut debitor principalis Johanni iuniori, filio quondam Johannis Corstiaenss., quod ipse dabit et solvet eidem Johanni hereditarium censum duarum librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex dimidio iugere terre paludialis, sito in parochia de Nuwelant, ad locum dictum Op Hoich Nuwelant, inter hereditatem Johannis Heym ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Pouwels, spintrificis, ex alio, tendente ab aggere, dicto den hoofdyck, ad hereditatem heredum quondam Johannis Corstiaenss., ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Raess. et Millinc, datum sexta aprilis, quinta post Judica.

R1271, fol.363v
6 april 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Et poterit redimere perpetue cum duodecim peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Gerongio repromisit, hoc tamen salvo quod idem Gerongius huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Johanni legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol.363v
6 april 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Mathias de Herenthom Willemss. promisit super omnia et habenda Arnoldo Monix, filio quondam magistri Johannis Monix iunioris, triginta tres florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Philippi et Jacobi apostolorum, et mediatim Penthecostes proxime futuro persolvendos.
Testes Brecht et Raess., datum supra.

R1271, fol.363v
6 april 1503
Gozewijn van Brecht en en Lambert Millinck

Rycardus, filius quondam Henrici de Hoculem, particulam terre, dimidiam lopinatam terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Gestel, prope Oisterwyck, in, ad et iuxta quendam agrum Wolteri Bolcx, dictum den Moelenacker, inter eundem agrum ex uno et fine et inter quendam aggerem, dictum den Moelendyck, ex alio, tendentem cum fine reliquo ad hereditatem Henrici dicti Pluym, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Woltero Bolcx, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Brecht et Millinc, datum sexta aprilis, quinta post Judica.

R1271, fol.363v
6 april 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Leonardus, filius quondam Henrici Hermanss., carpentarius, relictus legitimus quondam Katherine, sue uxoris, filie quondam Henrici Hessels, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area et orto, sitis in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad locum dictum Op Vranckenhostadt, inter hereditatem Nycolai de Herenthom ex uno et inter hereditatem Henrici Jacopssoen ex alio, tendentibus a communi platea seu via lapidea, retrorsum ad longitudinem octuginta pedatarum, et que premissa ante in capite iuxta dictam viam lapideam continent centum et quindecim pedatas in latitudine, ut dicebat, legitime supportavit Geertrudi, filie Leonardi et quondam Katherine predictorum, necnon Adriano, filio eiusdem Leonardi, ab eodem Leonardo et quondam Elisabeth, sua prima uxore, filia quondam Thome Coppens, pariter genito, iuxta piam intentionem dicte quondam Katherine, simul cum toto iure, promittens super omnia et habenda ratam servare.
Testes Brecht, Raess., datum supra.

R1271, fol.364r
6 april 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicta Geertrudis necnon dictus Adrianus, potens ad infrascripta vigore testamenti dicte quondam Katherine, ut dicebant, premissa hereditarie vendiderunt Johanni, filio Symonis, filii quondam Mathie Gieliss., ab eodem, promittentes cum tutore et cum eis dictus Leonardus, eorum pater, indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus florenis Renensibus communibus et quarta parte unius denarii, oirt stuvers vocati, hereditarii census opido de Buscoducis, hereditario censu quatuor librarum monete Huberto dicto die Smyt, et hereditario censu quatuor librarum eiusdem monete Johanni, filio quondam Arnoldi Meliszoen, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebant, salva eidem Thome, filio quondam Mathei van den Venne, sua locatione, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum.
Testes, datum supra.

R1271, fol.364r
6 april 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Dictus[66] Leonardus promisit ut debitor principalis dictis Adriano et Geertrudi, suis liberis, quod ipse dabit et solvet eisdem Adriano et Geertrudi hereditarium censum quatuor librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino in festo Purificationis, obitum dicti Leonardi immediate subsequente et non prius de et ex domo, area et orto, sitis in parochia de Gestel prope Herlaer, iuxta ecclesiam ibidem, inter hereditatem domini Johannis de Gerwen, presbiteri, ex uno et fine uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis Scilders ex alio, tendentibus cum fine reliquo ad communem plateam, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tredecim stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi necnon quinque et dimidio lopinis siliginis hereditarie pactionis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol.364r-364v
6 april 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Johanna, relicta quondam Egidii, filii quondam Nycolai dicti Coel Peterss., usufructum sibi competentem in domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, dimidium iuger terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad locum dictum Opt Ruett, inter hereditatem Jacobi, filii quondam Geerwini Steenkenss., ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Arntss. ex alio, tendentibus a communi platea ad quasdam hereditates ibidem, dictas den Maey, ut dicebat, legitime supportavit Nycolao et Michaeli, fratribus, liberis Johanne et quondam Egidii predictorum, necnon Johanni, filio Symonis, filii quondam Mathie Gieliss., tamquam marito et tutori legitimo Margarete, sue uxoris, filie Johanne et quondam Egidii predictorum, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes supra et datum supra.
Nota ista supportatio usufructus non sortietur amplius effectum quam quoad venditionem infrascriptam.

R1271, fol.364r-364v
6 april 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Nycolaus et Michael, fratres, et Johannes, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Margarete, sue uxoris, hereditarie vendiderunt Symoni, filio quondam Mathie Gieliss., hereditariam pactionem sex sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis tradendam de et ex premissis, ab eodem, promittentes super omnia et habenda indivisi warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad denarium, dictum gwillelmusthuyn, ascendentem, et uno denario, stuver vocato, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Brecht et Raess., datum sexta aprilis, quinta post Judica.

---

[66] *in de marge, d.d. 21 maart 1504*: Cassatus et cancellatus est presens contractus de mandato et consensu Adriani et Geertrudis, in presentia dicti Leonardi, ymmo etiam in presentia Boert et Monix, scabinorum. Actum XXI[a] marcii, quinta post Letare.

R1271, fol.364v
6 april 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Et poterint redimere perpetue cum triginta peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt.
Testes, datum supra.

R1271, fol.364v
6 april 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Willelmus, filius quondam Anthonii, filii quondam Henrici, filii quondam Henrici Everitss., campum terre, duo et dimidium iugera terre vel circiter continentem, situm infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum After die Baseldonck, by Roevers hostadt, inter hereditatem heredum quondam Ambrosii van den Stegen ex uno et fine uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis van den Steen ex alio, qui campus terre predictus dicto Willelmo mediante quadam divisione hereditaria, inter ipsum et suos in hoc coheredes dudum habita, unacum certis aliis bonis in partem cesserat, prout in litteris divisionum, hereditarie supportavit Henrico, suo fratri, filio dicti quondam Anthonii, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis recognitione et repromisione in dictis litteris divisionum contentis.
Testes, datum supra.

R1271, fol.364v
22 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Dictus Henricus dictum campum terre hereditarie supportavit Zeberto, filio quondam Henrici van der Westerlaken, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus occasione, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Brecht et Raessen, datum XXII$^{da}$ iunii.

R1271, fol.364v
6 april 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Dictus Willelmus hereditarium censum quadraginta solidorum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Domini ex domo, orto ac pecia eis adiacente, duo sextaria annuatim in semine capienda, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Dungen, quem censum Henricus, filius quondam Henrici Everitss., erga Goeswinum van den Hezeacker et Gerardum, filium quondam Henrici Sanderss. de Os, tamquam rectores Maioris Hospitalis in Buscoducis acquisierat, prout in litteris, et qui census predictus dicto Willelmo mediante quadam divisione hereditaria, inter ipsum et suos in hoc coheredes dudum habita, unacum

certis aliis bonis in partem cesserat, prout in litteris divisionum, supportavit eidem Henrico, suo fratri, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens per totum ut supra.
Testes, datum supra.

R1271, fol.364v-365r
6 april 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum Johanns et Godefridus, fratres, et Katherina, eorum soror, liberi quondam Johannis de Overbeke, atque Adrianus Barthoutss., maritus et tutor legitimus Marie, sue uxoris, filie quondam Johannis de Overbeke predicti, quatuor octavas partes ad ipsos et dictam Mariam spectantes in pecia terre seu prati, duo et dimidium iugera terre vel circiter continente, sita infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum After die Bazeldonc, by Roevers hostad, item in hereditaria pactione unius modii ordei mensure de Rode, quam pactionem Beatrix, relicta quondam Henrici Zicheman, ex certis hereditatibus in dicta parochia de Rode sitis, solvere tenetur, hereditarie supportassent Henrico et Arnoldo, fratribus, liberis quondam Johannis de Overbeke predicti, Johanni, filio quondam Rodolphi Arntszoen, et Johanni, filio quondam Arnoldi dicti van Velmoelen *(aldus)*, cumque dictus Arnoldus, filius quondam Johannis de Overbeke predicti, unam octavam partem de quatuor octavis partibus predictis, ad dictum Arnoldum spectantem, hereditarie supportasset Martino, filio quondam Henrici Matheeussoen de Bakelair, et cum deinde dictus Martinus quartam partem, que ad Johannem, filium quondam Arnoldi van Veldmoelen, spectabat in pecia prati, et pactionem predictam hereditarie supportasset Anthonio, filio quondam Henrici Everitss., calcifici, atque adhuc idem Martinus duas octavas partes ad ipsum spectantes in pecia prati et pactione predicta hereditarie supportasset eidem Anthonio, prout hec omnia in diversis litteris continentur, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Willelmus, filius dicti Anthonii, dictam pactionem unius modii ordei hereditarie supportavit Henrico, suo fratri, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem deponere similiter.
Testes, datum supra.

R1271, fol.365r
22 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Dictus Henricus dictam pactionem unius modii ordei hereditarie supportavit dicto Zeberto, filio quondam Henrici van der Westerlaken, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Brecht et Raess., datum XXII$^{da}$ iunii.

R1271, fol.365r
6 april 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Dictus Henricus, filius quondam Anthonii predicti, promisit ut debitor principalis dicto Willelmo, suo fratri, quod ipse dabit et solvet eidem Willelmo annuam et vitalem pensionem duodecim florenorum Rensensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in alia pagamento pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam eiusdem Willelmi et non ultra, mediatim Remigii confessoris et mediatim Pasche, et pro primo solutionis termino Remigii confessoris

proxime futuro de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, viginti lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, iuxta quandam plateam, dictam die Litschestraet, inter hereditatem Margarete, relicte quondam Wolteri Hacken, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Vuchs cum pluribus aliis ex alio, tendentibus a dicta platea, die Litschestraet vocata, ad hereditatem reliquam dicti Henrici, promittentis, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, dimidio modio siliginis hereditarie pactionis ac decem florenis Renensibus, prius diversis personis annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 365r-365v
7 april 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Elisibeth, filia quondam Henrici dicti Oest, cum tutore, super domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus ac suis attinentiis, sitis in parochia de Oirscot, in pastoria de cymetherio, inter hereditatem Henrici de Ryel ex uno et inter hereditatem olim Franconis dicti Mols, nunc vero Willelmi Voss ex alio, tendentibus a quadam hereditate, dicta den Vrythoff, ad hereditatem magistri Johannis Bailjuwes, ut dicebat, atque super toto iure ad opus domini Johannis Robillart, canonici ecclesie sancti Petri in Oirschot, hereditarie renunciavit effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Millinc et Borchgreve, datum VII[a] aprilis, sexta post Judica.

R1271, fol. 365v
*deze akte is onvolledig*

Notum sit universis quod cum Johannes dictus van den Overschot de Bakel, maritus et tutor legitimus Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Anthonii dicti van den Doeren, totam partem et omne ius ad ipsos spectantes in quodam manso, sito in parochia de Woenssel, ad locum dictum Op Aude Acht, in loco dicto communiter Lyesmortel, atque in terris, pratis, pascuis, iuribus pertinentibus.

R1271, fol. 366v
8 april 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Willelmus, filius quondam Willelmi, filii quondam Henrici van den Borchacker, Henricus, filius quondam Thome van der Ameyden, ab eodem et Yda, sua uxore, filia secundodicti quondam Willelmi, filii quondam Henrici van den Borchacker, genitus, et Henricus, filius quondam Petri dicti van der Hamsvoirt, ab eodem et Cornelia, sua uxore, filia secundodicti quondam Willelmi, filii quondam Henrici van den Borchacker, pariter genitus, hereditariam pactionem septem modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Jacobus Pouwelssoen promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Henrico dicto Bloijs, filio quondam Petri de Baest, et dicto Henrico van den Borchacker, marito et tutori legitimo Yde, sue uxoris, filie dicti quondam Petri, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex tertia parte cuiusdam mansi, dicti tGoet ten Akar, siti in parochia de Essche, atque ex attinentiis et iuribus eiusdem tercie partis mansi predicti, tam infra parochia de Essche quam infra parochias de Vucht et alibi sitis, datis ad hereditarium

pactum dicto Jacobo ab Henrico Bloys et Henrico van den Borchacker predictis pro dicta pactione et quibusdam aliis oneribus, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Willelmo, filio quondam Willelmi de Meyelsvoirt et Paulo, filio quondam Adriani van den Akar, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictorum quondam Henrici Bloys et Henrici van den Borchacker ac quorumcumque suorum heredum et successorum, necnon ex parte dictarum Yde et Cornelie et suorum fratrum et sororum deponere.
Testes Millinc et Borchgreve, datum VIII[a] aprilis, sabbato post Judica.

R1271, fol. 366v-367r
8 april 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Dicti Willelmus, Henricus et Henricus de quibus nominibus supra, hereditariam pactionem trium modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Jacobus dictus Pouwelss. de Essche promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Henrico dicto van den Borchacker et Henrico dicto Peterssoen van Baest anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis traditurum de et ex medietate domus, aree et orti cum suis attinenciis, sitorum in Buscoducis ultra pontem dictum die Moelenbrugge, in viculo dicto Arnt Berwouts Straetken, inter hereditatem liberorum quondam Petri van Baest ex uno et inter hereditatem Robberti van Beets ex alio; item ex medietate campi terre mericalis, sex bonaria vel circiter continentis, siti in Vucht infra parochia Sancti Petri, inter communem vicum ex uno et inter communitatem ex alio, datum ad hereditarium pactum dicto Jacobo ab Henrico van den Borchacker et Henrico Peterss. predictis pro dicta pactione et quibusdam aliis oneribus; insuper hereditariam pactionem trium modiorum et duorum sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Jacobus dictus Pouwelssoen de Essche promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Henrico van den Borchacker et Henrico Peterssoen van Baest anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis traditurum ex una sexta parte cuiusdam mansi, dicti tGoet ten Aker, siti in parochia de Essche, et ex attinentiis dicte sexte partis universis et singulis ubicumque locorum consistentibus sive sitis, datis ad hereditarium pactum dicto Jacobo ab Henrico van den Borchacker et Henrico Peterss. predictis pro dicta pactione et quibusdam aliis oneribus, prout in diversis litteris, hereditarie supportaverunt dictis Willelmo de Meyelsvoirt et Paulo van den Akar, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictorum quondam Henrici van den Borchacker et Henrici Peterss. ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 367r
8 april 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Willelmus, filius quondam Willelmi dicti de Meyelsvoirt, ab eodem et quondam Heilwige, sua uxore, filia quondam Pauli, dicti quondam Jacobi Pouwelssoen, pariter genitus, et Paulus, filius quondam Adriani van den Akar, filii dicti quondam Pauli, filii quondam Jacobi Pouwelss., medietatem ad ipsos et suos coheredes, ut dicebant, spectantem in hereditaria pactione novem et dimidii modiorum siliginis mensure de Buscoducis, atque unum et dimidium modios siliginis hereditarie pactionis, de qua integra pactione novem et dimidii modiorum siliginis predicta Petrus, filius quondam Stephani van der Amervoirt, et Bartholomeus, eius frater, filius eiusdem quondam Stephani, promiserant ut debitores

principales indivisi se daturos et soluturos, videlicet unam medietatem eiusdem pactionis dicto Jacobo Pouwelssoen ac reliquam medietatem Henrico, filio quondam Willelmi van den Borchacker, et dictos unum et dimidium modios siliginis hereditarie pactionis Egidio Coptiten, marito et tutori legitimo Yde, sue uxoris, filie quondam Henrici Bloys predicti, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradituros de et ex quodam manso qui fuerat quondam Arnoldi dicti de Bruheze, sito in parochia de Oisterwyck, prope molendinum quoddam ibidem consistens, dictum communiter Creytenmoelen, inter hereditatem quondam Johannis dicti Papen ad heredes Rycoldi dicti Borchgreve spectantem, hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis et hereditatem domini de Perewijs ex uno et ex edificiis et aliis attinentiis eiusdem mansi singulis et universis quocumque locorum consistentibus, atque ex duobus bonariis prati, sitis in dicta parochia inter hereditatem cuiusdam dicti Meyer de Loen ex uno; item ex medietate septem bonariorum prati, ad dictum mansum spectantium, sitorum ad locum dictum Leendonck, in loco dicto dat Harensche broeck, et ex merica ad dictum mansum spectante, sita in parochia de Venloen, pridem datum ad hereditarium pactum dictis Petro, filio quondam Stephani van der Amervoirt, et Bartholomeo, suo fratri, filio quondam quondam *(aldus)* Stephani, a dictis Jacobo Pouwelss., Henrico, filio quondam Willelmi van den Borchacker, et Egidio Coptiten pro dictis pactionibus et quibusdam aliis oneribus, prout in litteris, hereditarie supportaverunt dicto Willelmo, filio quondam Willelmi, filii quondam Henrici van den Borchacker, pro una tercia parte, Henrico, filio quondam Thome van den Ameyen, ad opus sui et ad opus Yde, sue matris, et ad opus suorum fratrum et sororum pro secunda tercia parte, necnon Henrico, filio quondam Petri van den Hamsvoert, ad opus sui et ad opus Cornelie, sue matris, ac ad opus suorum fratrum et sororum pro tercia tercia parte, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi super se et bona sua omnia habita et habenda huiusmodi ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et ex parte dictorum quondam Jacobi Pouwelssoen et Egidii Coptiten ac suorum heredum et suorum successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 367v
8 april 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Dictus Willelmus de Meyelsvoirt et Paulus van den Akar de quibus nominibus supra, hereditariam pactionem septem modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Engbertus dictus van den Eynde et Elisabeth, eius filia, promiserant, ut debitores principales, indivisi se daturos et soluturos Jacobo dicto Pouwelss. de Lyemde, anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradituram, ex medietate que spectabat ad dictum Jacobum in bonis quondam Henrici dicti Bloys, sitis in parochia de Oisterwyck, iuxta hereditatem Jacobi Coptiten et in pratis, pascuis et ceteris attinentiis dictorum bonorum, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus sive sitis, atque in terris mericalibus ad dicta bona spetantibus, sitis in parochia de Loen, prout in litteris, hereditarie supportaverunt dicto Willelmo, filio quondam Willelmi, filii quondam Henrici van den Borchacker, pro una tercia parte, Henrico, filio quondam Thome van den Ameyen, ad opus sui et ad opus Yde, sue matris, et ad opus suorum fratrum et sororum pro secunda tercia parte, et Henrico, filio quondam Petri van den Hamsvoert, ad opus sui et ad opus Cornelie, sue matris, ac ad opus suorum fratrum et sororum pro tercia tercia parte, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et ex parte dicti quondam Jacobi Pouwelss. de Lyemde ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Miillinc et Borchgreve, datum VIII[a] aprilis, sabbato post Judica.

R1271, fol. 367v-368r
8 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum Petrus, filius quondam Stephani van der Amervoirt, et Bartholomeus, eius frater, filius eiusdem quondam Stephani, promisissent ut debitores principales indivisi se daturos et soluturos Jacobo dicto Pouwelssoen medietatem hereditarie pactionis novem et dimidii modiorum siliginis mensure de Buscoducis, ac Henrico, filio quondam Willelmi dicti van den Borchacker, reliquam medietatem eiusdem pactionis novem et dimidii modiorum siliginis, atque Egidio Coptiten unum et dimidium modios siliginis hereditarie pactionis, anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradituros ex quodam manso, qui fuerat quondam Arnoldi dicti de Bruheze, sito in parochia de Oisterwyck, prope molendinum quoddam ibidem consistens, dictum communiter Creytenmoelen, inter hereditatem quondam Johannis dicti Papensoen, nunc ad heredes Rycoldi dicti Borchgreve spectans, hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis et hereditatem domini de Perewijs ex uno et inter hereditatem Petri dicti Huben, Wolteri dicti Vrieze et Petri dicti van den Schaer ex alio, et ex edificiis et aliis attinentiis eiusdem mansi singulis et universis quocumque locorum consistentibus, atque ex duobus bonariis prati, sitis in dicta parochia, inter hereditatem cuiusdam dicti Meyer de Loen ex uno et inter hereditatem Arnoldi die Wever ex alio, atque ex medietate septem bonariorum prati, ad dictum mansum spectantium, sitorum ad locum dictum Leendonc, in loco dicto dat Harensche broeck; item ex quadam merica, ad dictum mansum spectante, sita in parochia de Venloen, pridem data ad hereditarium pactum dictis Petro et Bartholomeo a Jacobo Pouwelssoen, Henrico, filio quondam Willelmi van den Borchacker, et Egidio Coptiten predictis pro dictis pactionibus et quibusdam aliis oneribus, prout in litteris, et cum deinde Willelmus, filius quondam Willelmi de Meyelsvoert, ab eodem et quondam Heilwige, sua uxore, filia quondam Pauli, filii dicti quondam Jacobi Pouwelss., pariter genitus, et Paulus, filius quondam Adriani van den Akar, filii dicti quondam Pauli, filii quondam Jacobi Pouwelss., pro seipsis et suis coheredibus medietatem dicte hereditarie pactionis novem et dimidii modiorum siliginis, ad dictum Jacobum Pouwels spectantis, necnon dictos unum et dimidium modios siliginis hereditarie pactionis, ad dictum Egidium Coptiten spectantes, hereditarie supportassent Willelmo, filio quondam Willelmi, filii quondam Henrici van den Borchacker, Henrico, filio quondam Thome van der Ameyen, et Henrico, filio quondam Petri van der Hamsvoirt, ad opus eorum et suorum coheredum, prout in aliis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus, filius quondam Willelmi, filii quondam Henrici van den Borchacker, Henricus, filius quondam Thome van der Ameyen, pro seipso et suis coheredibus, ac Henricus, filius quondam Petri van der Hamsvoirt, pro seipso et suis coheredibus, duos modios et unum sextarium siliginis hereditarie pactionis de dicta hereditaria pactione novem et dimidii modiorum siliginis, ac de dictis uno et dimidio modiis siliginis hereditarie pactionis predicte mensure de Buscoducis hereditarie supportaverunt Cornelio, filio quondam Johannis dicti sLeeuwen, simul cum dictis litteris et iuribus occasione, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem deponere similiter.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 368r
8 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra et fiat relacio a principio usque ‘ibi constituti’, et tunc sic ‘constituti igitur coram scabinis infrascriptis’, iamdicti Willelmus, Henricus et Henricus ut iam immediate supra omnino narrandum, duos modios siliginis hereditarie pactionis de dicta hereditaria pactione novem et dimidii modiorum siliginis, et uno et dimidio modiis siliginis hereditarie pactionis, hereditarie supportaverunt Katherine, relicte quondam Petri, filii quondam Bartholomei des Wagemekers, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem deponere similiter.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 368r
10 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Iamdicti Henricus et Henricus ut supra, unum modium siliginis hereditarie pactionis de dictis pactione novem et dimidii modiorum ac uno et dimidio modiis siliginis hereditarie pactionis, hereditarie supportaverunt iamdicte Katharine, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione promittentes per totum ut iam supra.
Testes Brecht et Bochgreve, datum X$^{a}$ iunii, sabbato post Penthecostes.

R1271, fol. 368r
8 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum etiam ita actum esset et fiat relatio ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis iamdicti Willelmus, Henricus et Henricus, ut iam immediate supra, unum modium siliginis hereditarie pactionis de dictis hereditaria pactione novem et dimidii modiorum siliginis, ac uno et dimidio modiis siliginis hereditarie pactionis, hereditarie supportaverunt Elisabeth, relicte quondam Huberti, filii quondam Henrici Goessenss., simul cum dictis litteris et iuribus, occasione promittentes per totum ut iam immediate supra.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 368r-368v
8 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum Engbertus dictus van den Eynde et Elisabeth, eius filia, promisissent ut debitores principales indivisi se daturos et soluturos Jacobo dicto Pouwelss. de Lyemde hereditariam pactionem septem modiorum siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradituram ex medietate que spectabat ad dictum Jacobum in bonis quondam Henrici dicti Bloys, sitis in parochia de Oisterwyck, iuxta hereditatem Jacobi dicti Coptiten, et in pratis, pascuis et ceteris attinentiis dictorum bonorum, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus sive sitis, atque in terris mericalibus ad dicta bona spectantibus, sitis in parochia de Loen, prout in litteris, et cum deinde Willelmus, filius quondam Willelmi de Meyelsvoirt, ab eodem et quondam Heilwige, sua uxore, filia quondam Pauli, filii dicti quondam Jacobi Pouwelss., pariter genitus, et Paulus, filius quondam Adriani van den Akar, filii dicti quondam Pauli, filii quondam Jacobi Pouwelss., pro se ipsis et suis coheredibus dictam hereditariam pactionem septem modiorum siliginis hereditarie supportassent Willelmo, filio quondam Willelmi, filii quondam Henrici

van den Borchacker, Henrico, filio quondam Thome van der Ameyden, et Henrico, filio quondam Petri van der Hamsvoert, prout in aliis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis iamdicti Willelmus van den Borchacker, Henricus van der Ameyden et Henricus van der Hamsvoirt pro se ipsis et suis coheredibus ut supra, in tertio contractu precedente, duos modios et quinque sextaria siliginis mensure predicte de dicta hereditaria pactione septem modiorum siliginis, hereditarie supportaverunt Petro Priem, filio quondam Wolteri dicti Priem, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem deponere similiter.
Testes Berkel et Borchgreve, datum VIII[a] aprilis, sabbato post Judica.

R1271, fol. 368v
11 april 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum Jacobus, filius quondam Gerardi, filii Pauli de Geffen, hereditarie vendidisset Ode, relicte quondam Henrici dicti Oeden, hereditarium censum quadraginta solidorum monete, solvendum hereditarie Lamberti martiris ex septem hont terre dicti venditoris, sitis in parochia de Geffen, in septimodecimo manso, inter hereditatem Rodolphi dicti Roel de Atrio ex uno et inter hereditatem Johannis de Brede ex alio, cumque Gerardus, filius quondam Gerardi, filii Pauli de Geffen, maritus et tutor legitimus Bele, sue uxoris, filie quondam Henrici Oedens., dictum censum hereditarie supportasset Margarete de Os, prout in diversis litteris, et cum deinde dictus census quadraginta solidorum seu duarum librarum, quem depost magistri fabrice ecclesie de Geffen pro una medietate et Jacobus de Loen pro alia medietate annuatim solvere tenebuntur, unacum certis aliis bonis Arnoldo, filio quondam Johannis Cromyseren, mediante quadam divisione hereditaria in partem cessisset, prout in litteris divisionum, et qui census Gerardo, filio dicti quondam Johannis Cromyseren, per eundem Arnoldum depost supportatus est, ut dicebat, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Johannes, filius quondam Willelmi Arntss., ab eodem et quondam Heilwige, sua uxore, filia dicti quondam Gerardi, filii quondam Johannis Cromyseren, pariter genitus, pro se ipso et pro Katherina et Cornelia, suis sororibus, medietatem dicti census duarum librarum, illam videlicet medietatem quam dictus Jacobus de Loen olim solvere consueverat et pronunc Willelmus de Achel solvere tenetur ex mansis et hereditatibus olim dicti Jacobi, nunc ad ipsum Willelmum spectantibus, in Nulant, Hees et Geffen situatis, hereditarie supportavit mihi ad opus eiusdem Willelmi de Achel, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem deponere similiter.
Testes Millinc et Borchgreve, datum XI[a] aprilis, tercia post Palmarum.

R1271, fol. 368v-369r
13 april 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Theodericus, filius quondam Henrici dicti die Bever, promisit ut debitor principalis Johanni, filio quondam Johannis dicti Bartrams, quod ipse dabit et solvet eidem Johanni hereditarium censum duarum librarum monete anno quolibet hereditarie Pasche, et pro primo solutionis termino a Pasche proxime futuro ultra annum de et ex quodam prato, unam diurnatam prati vel circiter continente, sito in parochia de Bucstel, in tribunali de Lyemde, inter hereditatem Margarete, relicte quondam Judoci dicti die Necker, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Bartholomei dicti die Mombair ex alio, tendente ab hereditate dictorum

Margarete et eius liberorum ad Dommellam ibidem, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XIII[a] aprilis, quinta post Palmarum.

R1271, fol. 369r
13 april 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue simul unapariter vel vicissim videlicet simul et semel cum una libra, quamlibet videlicet libram cum et mediante quinque peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Theoderico repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 369r
13 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Henrica, filia quondam Adriani dicti Brieninx, hereditarie cum tutore vendidit Margarete, sue sorori, filie dicti quondam Adriani, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis tradendam de et ex quodam agro terre, octo lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Gestel prope Oisterwyck, ad locum dictum Opten Hilt, inter hereditatem conventus sancte Clare in Buscoducis ex uno et inter hereditatem Adriani dicti Geritss. ex alio, tendente a quodam prato, dicto Zwitten beempt, ad communem plateam, ut dicebat, ab eadem Margareta, promittens cum tutore super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione unius modii siliginis capitulo Beekensi, hereditaria pactione dimidii modii siliginis Petro, filio dicti quondam Adriani Brieninx, hereditaria pactione dimidii modii siliginis beatis Katherine, Barbare et Agathe, virginibus, in ecclesia de Gestel predicta, hereditaria pactione unius modii siliginis dicte Margarete emptrici, et uno lopino siliginis Domine Nostre in eadem ecclesia, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 369r
13 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum sedecim peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicte venditrici repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 369r-369v
20 april 1503
Jan Back en Gozewijn van Brecht

Andreas, filius legitimus quondam domini Arnoldi dicti Weyns, presbiteri, Hermannus, filius Henrici dicti Brant, Henricus, filius quondam Johannis dicti Bolants, promiserunt indivisi super omnia et habenda magistro Johanni Sampson tredecim et dimidium florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, ad festum beati Jacobi apostoli proxime futuro persolvendos.
Testes Back et Brecht, datum XX$^{a}$ aprilis, quinta post Pasche.

R1271, fol. 369v
20 april 1503
Jan Back en Gozewijn van Brecht

Snellardus dictus Wouterssoen, tamquam executor testamenti ac ultime voluntatis quondam Aleidis, filie legitime quondam Henrici van der Locht, et eo nomine potens ad infrascripta, ut dicebat, septem florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet huiusmodi floreno et tres grossos Brabantiae vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet huiusmodi stuferorum computando, hereditarii census de hereditario censu decem consimilium florenorum Renensium, solvendos annnatim hereditarie prima marcii, quem hereditarium censum decem florenorum Renensium iamdictum supradicta Aleidis erga opidum de Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris magno sigillo dicti opidi sigillatis desuper confectis, plenius continetur, hereditarie supportavit Johanni de Berkel, tamquam magistro pro tempore Maioris Hospitalis in Buscoducis ad opus eiusdem Maioris Hospitalis, simul cum dictis litteris et iure, promittens, sub obligatione omnium bonorum ad eius executionem spectantium ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte executionis necnon ex parte dicte quondam Aleidis ac suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 369v
20 april 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Wij, Brecht et Berkel, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelijcken alsoe Henrick Arnt Dircxs. ter eenre ende Mathijs van Tefelen ter andere zijden, aengaende den gescillen tussen beyde wesende, oirspronck nemende van eenre uuytspraken by sekere arbiteren gedaen in den hove van Brabant in recht hangen, dair af by denselven hove appoincteert is geweest als dat die voirs. Henrick bourgen stellen soude voir die costen etc., zoe hy seegde, soe zijn gestaen voir ons, scepenen voirs., Jan, Willem ende Peter, gebruederes, kijnderen wilneer Arnts Janss. van Amboy, ingesetenen des dorps van Scijndel, ende hebben geloeft onversceyden op hen ende allen hoir gueden, nu hebbende ende naemaels vercrigende, my tot behoeff alle der geenre dair interest toe hebbende als dat zij inne zullen staen voir alle alsulckenen costen, dairinne die voirs. Henric Arnt Dircxs. ten ocsuyne van der voirs. saken, indien hy succumbeerden te hove, met recht geduempt mach werden sonder argelist.
In kennessen der wairheid, soe hebben wij, scepenen voirs., onse zegelen hier aen doen hangen. Gegeven opten twentichsten dach der maent van aprille.

R1271, fol. 369v
20 april 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Dictus Henricus, filius Arnoldi Dircxsoen, promisit super omnia et habenda dictos Johannem, Willelmum et Petrum, fratres, ac eorum bona de dicta promissione atque dampnis indempnes servare.
Testes, datum iam supra.

R1271, fol. 370r
21 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Mathias, filius quondam Gerardi Peterszoen, hereditarium censum septem et dimidie librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex domo, area et orto cum hereditatibus sibi adiacentibus, quatuordecim lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Berlijkem, prope pontem dictum die brugge tot Middelrode, inter hereditatem Johannis Colen ex uno et inter communem plateam, dictam die Zandtstraet, ex alio; item ex quodam campo pascuali, duo iugera terre vel circiter continente, sito in parochia predicta, ad locum dictum tSteen, prope molendinum aque ibidem, inter molendinum predictum ex uno et uno fine et inter hereditatem Johannis Colen predicti ex alio, quem censum predictum dictus Mathias erga Goeswinum, filium quondam Gerardi Rademeker, maritum et tutorem legitimum Jutte, sue uxoris, filie quondam Petri de Berlijkem, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus officii fabrorum in Buscoducis, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXI[a] aprilis, sexta post Pasche.

R1271, fol. 370r
21 april 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Clara, filia quondam Pauli dicti Hoefkens, et Arnoldus, filius quondam Bernardi Arntss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Yngrame, sue uxoris, filie dicti quondam Pauli Hoefkens, ex una, necnon Lambertus, filius Martini van der Moelen, cangieter, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Willelme, sue uxoris, filie quondam Mathie Hoefkens alias Kepkens, filii dicti quondam Pauli Hoefkens, et ipsa Willelma cum eodem tamquam cum suo tutore, partibus ex altera, super quibuscumque causis, querelis, actionibus, differenciis et impetitionibus, quibus mediante eedem partes sese impetere possent aut posset earum altera, una videlicet alteri et viceversa, a quocumque tempore preterito usque in diem presentem, in quocumque iudicio sprituali vel seculari, ex causa seu occasione bonorum ipsis seu earum alteri per et post mortem quondam Guedeldis, Elisabeth et Luytgardis, sororum, filiarum dicti quondam Pauli Hoefkens, advolutorum, atque super toto iure ipsis quovismodo competente in premissis, ad opus alterius earundem hereditarie renunciaverunt et quelibet earum renunciavit effestucando modo in talibus consueto, promittentes super omnia et habenda huiusmodi renunciationem ratam servare, iure cuiuslibet tamen in bonis ipsis seu alteri eorundem imposterum adhuc advolvenda, quovismodo semper salvo.
Testes Brecht et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 370r
22 april 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Daniel, filius quondam Amelii dicti Mauwarts, quecumque sua bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata, ab eo ad presens habita, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, hereditarie supportavit Johanni, filio Henrici dicti van Overlant, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salva tamen dicto Danieli et Heilwigi, sue uxori, et eisdem reservata sua vitali pactione, ipsis hodierna die a dicto Johanne promissa, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XXII$^{da}$ aprilis, sabbato post Pasche.

R1271, fol. 370r-370v
22 april 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes promisit ut debitor principalis dicto Danieli ad opus sui et ad opus Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Mathie dicti Berckers, quod ipse dabit et solvet eisdem Danieli et Heilwigi ac diucius ex ipsis viventi in humanis et non ultra, annuam et vitalem pactionem septuaginta modiorum siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet ad vitam eorundem Danielis et Heilwigis ac diucius ex ipsis viventis et non ultra, mediatim Nativitatis Domini et mediatim Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro de et ex bonis pretactis, sibi ut premittitur supportatis, absque promissione ulteriori.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XXII$^{da}$ aprilis, sabbato post Pasche.

R1271, fol. 370v
22 april 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Gerardus et Nycolaus, fratres, liberi quondam Wautgeri, filii quondam Gerardi Claess., Henricus, filius quondam Wynandi dicti Wyn Janss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, et Henricus, filius quondam Johannis dicti van den Doeren, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filiarum dicti quondam Wautgeri, pro se ipsis et pro Petro, filio eiusdem quondam Wautgeri, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, pariter unam maldratam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Hees, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Andree de Scijnle ex alio; insuper ex pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno et fine uno et inter hereditatem Heymerici, filii quondam Johannis Peterssoen, ex alio, quam pactionem predictam dictus Wautgerus, filius quondam Gerardi Claessoen, ad opus sui et ad opus dictorum Gerardi, Petri, Nycolai, Mechteldis et Elisabeth, eius liberorum, erga Arnoldum, filium quondam Robberti Hermanssoen, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Heymerico, filio quondam Johannis Peterszoen, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum suarum uxorum, necnon ex parte dictorum quondam Wautgeri et Petri, eius filii, ac suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 370v-371r

24 april 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Aelbertus, filius quondam Gerardi dicti de Dyeperbeeck, hereditarie vendidit Petro, filio quondam Adriani dicti Scallart de Antwerpia, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis absque omni onere precarie domini ducis ac ceteris oneribus et exactionibus libere tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus dicti venditoris, tres maldratas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Dynther, iuxta mericam ibidem, inter hereditatem Henrici dicti Ceelen ex uno et inter hereditatem Gerardi dicti de Gemart ex alio, tendentibus a communi platea, dicta den Donckerendyck, ad communitatem; item adhuc ex pecia terre, sextariatam terre vel circiter continente, sita in parochia de Dynther predicta, in loco dicto In die Boekart, inter quandam hereditatem spectantem ad mansum dictum Ten Bogart, domicelli Yewani de Cortenbach, circumquaque adiacente; insuper adhuc ex hereditaria pactione duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Johannes, filius Willelmi de Vaerlaer, filii quondam Arnoldi, promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Aelberto anno quolibet hereditarie Purificationis, obitum dicti Willelmi de Vaerlaer, filii quondam Arnoldi, immediate sequente et non prius, de et ex una octava parte omnium bonorum hereditariorum in quibus Jutta, filia quondam Johannis Suyskens, decessit et in quibus ipse Willelmus, tamquam relictus dicte Jutte, possidet usufructum, ex illa videlicet octava parte bonorum predictorum que dicto Johanni, filio dicti Willelmi, per et post mortem dicte Jutte, sue matris, iure successionis hereditarie advoluta est et que sibi per et post mortem dicti Willelmi, sui patris, hereditarie advolvenda est, prout in litteris, atque adhuc ex hereditaria pactione unius et dimidii modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvenda anno quolibet hereditarie Purificationis, videlicet ex una octava parte omnium huiusmodi bonorum que Johanni, filio Willelmi de Vaerlaer, per mortem quondam Jutte, filie quondam Johannis Suyskens, sue matris, advoluta est et sibi per mortem dicti Willelmi, sui patris, advolvenda est, quam pactionem ultimodictam dictus Johannes Willemszoen de Vaerlair prefato Aelberto, filio quondam Gerardi de Dyeperbeeck, hereditarie vendiderat et supportaverat, ut videtur in litteris de Dynther contineri, ab eodem Petro, emptore, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione unius modii siliginis et hereditario censu decem librarum monete ex domo, area, orto ac hereditatibus predictis, atque duobus pullis censualibus ex dicta pecia terre, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum XXIIII$^{ta}$ aprilis, secunda post Quasimodo.

R1271, fol. 371r
24 april 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Arnoldus Pels, filius quondam Petri Pels, domum, aream et ortum ac hereditates sibi adiacentes, sex lopinatas terre vel circiter continentes, sitos in parochia de Nysterle, in loco dicto Vorstenbosch, inter hereditatem Petri van der Haigen ex uno et inter hereditatem Arnoldi Jacops ex alio, insuper peciam terre arabilis, novem lopinatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Uden, in loco dicto Op Badaff, inter hereditatem Petri van der Haigen predicti ex utroque latere et fine uno, quos domum, aream, ortum et hereditates ac peciam terre predictos dictus Arnoldus erga Marcelium de Kryeckenbeec per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico, filio quondam Henrici dicti Elyaes, simul cum dictis litteris et iuribus,

promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salva tamen dicto Arnoldo Pels et sibi reservata sua hereditaria pactione trium modiorum siliginis, quam ex premissis annuatim solvenda habet, iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 371r-371v
24 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Wy, Berkel et Borchgreve, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden, datum van desen voir ons gestanden is geweest heer Jan van Os, priester, onse medeingesetenen der voirs. stadt, seggende hoe dat hij tot zijnen lyve ende ten lyve van Mechtelden, zijnen natuerlijcken dochter, in den jare van LXXXIX lestleden tegen die stadt van Amstelredamme gecoft ende vercregen heeft een jairlixe rente van eenen pondt groet Vlaems, dair af hem allen die termijnen, syndert gevallen ende verschenen, noch tachter ende onbetaelt staen ende welke gevallen termijnen van den voirs. renthen hij in zijnen properen, overmits andere occupacien die hy te doen heeft, nyet gevuechelic vervolgen en can noch en mach, ende heeft dairomme geconstitueert, gesedt ende geordineert ende mits desen constitueert, sedt et *(sic)* ordineert Arnden van Otterdyck, anders geheiten die Metser, onsen iuwonende medepoirter, zijnen wittigen procureur ende facteur, gevende ende verlenende denselven Arnden vrij ende volcomen macht die voirs. gevallen ende verschenen renthen ende termynnen te manen, te heysschen, op te boeren ende te ontfangen, ende van den ontfange quitancie te geven, metgaders oick, ofs noot weer, met wegen van recht tallen plaetsen te vervolgen ende generalic allet daer inne te doen ende voirt te keeren dat die voirs. heer Jan selver soude moigen oft voirt keren of hy present, jegenwoirdich ende voir oigen weer, geloevende die voirs. heer op verbyntenisse van allen zijnen gueden, nu hebbende oft naemaels vercrigende, my tot behoeff des voirs. Arnts ende allen anderen dair toe interest hebbende, vast ende stedich te houden ende in zijnen name onverbrekelic doen houden alletgeen ende zoe wes by den voirs. Arnden hier inne gedaen ende voirtgekeert sal werden, ende denselven van allen scaiden, cost ende commer die hem ten ocsuyne van desen ennichsyns toecomen mucht, te releveren ende scadeloos te houden.
In kennesse der wairheyt soe hebben wy, scepenen voirs., onse zegelen hier aen doen hangen. Gegeven opten XXIIII$^{ten}$ dach in aprille, des maendaigs naeden sondach alsmen singt Quasimodo.

R1271, fol. 371v
24 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Jan Colet, doerwerder ons genedigsten heeren des eertshertogen, heeft geloeft super omnia et habenda michi ad opus conventus Sancte Geertrudis in Buscoducis die somme van drie ende dartich Rijnsgulden, tstuck tot XX stuvers gerekent oft die werde dair voir in penningen nu gevalueert, op sint Jacopsdach apostel naestcomende te betalen.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 371v
24 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Want dat alsoe gesciet is, soe zijn gestaen voir scepenen hier onder gescreven Claes van Waelhoven ende Jan van Hulpen ende hebben oepenbaerlic bekent ende onversceiden super omnia et habenda den voirs. Jannen Colet geloeft dat zij denselven Jannen Colet die proffyten van eenren hoeven, gelegen in Udenhout, voirtijts Gerits Nollens, nu den voirs. Claessen toebehoerende, met allen hoeren rechten ende toebehoirten zullen laten in zijnen handen totter tyt toe, die voirs. Jan die penningen voirs. wederomme dair af opgeboert ende geint sal hebben, sonder fraude.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 371v-372r
26 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Franco, filius Johannis Knoep, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, filie quondam Johannis van den Ham, des nastelmeckers, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Danielis dicti die Heelt, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Pasche de et ex domo, area et orto ac hereditatibus, partim arabilibus et partim mericalibus sibi adiacentibus, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, ad locum dictum Opte Sporct, inter hereditatem Engberti Willemss. ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem Johannis Engbertssoen et Henrici Peterss.; item ex medietate cuiusdam prati, dicti Leckersbeempt, quatuor iugera terre vel circiter continentis, siti infra dictam libertatem et ad dictum locum dictum die Sporct vocatum *(sic)*, inter hereditatem Heilwigis, relicte quondam Johannis Weygergancx, et eius liberorum ac Zeberti van der Westerlaken ex uno et inter aquam dictam die Aa ex alio, tendentis cum uno fine ad hereditatem Willelme, relicte quondam Johannis Glavyman, et eius liberorum, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditaria pactione unius modii siliginis et hereditaria pactione duorum modiorum siliginis, hereditario censu quatuor et dimidie librarum pagamenti diversis personis, necnon adhuc hereditario censu quinque florenorum Renensium dicto Henrico, emptori, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVI$^{ta}$ aprilis, quarta post Quasimodo.

R1271, fol. 372r
26 april 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue quemlibet videlicet huiusmodi florenorum cum sedecim consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 372r
27 april 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Magister Johannes, filius quondam Nycolai dicti Glavymans, palam recognovit quatenus Henricus dictus die Lepper, nomine sui, Petro dicto Raessen realiter satisfecit de huiusmodi quinquaginta florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, unacum censu ea occasione solvendo, dudum promissis dicto Petro ab Henrico predicto, ex causa venditionis cuiusdam domus et aree cum suis attinentiis, site in Herlair, olim dicti quondam Nycolai Glavymans, et quod littera scabinalis de denariis predictis mentionans est deperdita, ut dicebat, clamans inde quitum.
Testes Raess. et Berkel, datum XXVII$^{a}$ aprilis, quinta post Quasimodo.

R1271, fol. 372r-372v
27 april 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Engela, filia quondam Arnoldi dicti Martens, et Mathias, filius quondam Cornelii dicti Janssoene, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, filie dicti quondam Arnoldi Martens, duas tercias partes ad ipsos, ut dicebant, spectantes in hereditatibus infrascriptis sibi mutuo contigue adiacentibus, videlicet in decem lopinatis terre arabilis, quodam ortulo, quatuor pastibus, dictis scharenweyen, vel circiter, ac uno bonario prati vel circiter, sitis in parochia de Berlijkem, ad locum dictum Aent Beecvelt, inter hereditatem Luce de Erpe cum quibusdam aliis ex uno et inter hereditatem abbatis de Berna et quorundam aliorum ex alio, tendentibus a communi stega ad aquam ibidem fluentem, die Aa vocatam, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Johanni, filio quondam Arnoldi dicti Geritszoen, simul cum toto iure ipsis seu eorum alteri quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Geertrudis deponere. Promiserunt insuper dicti Engela et Mathias,cum tutore sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis integris hereditatibus plus fore solvendum quam tredecim libre et quarta partem unius libre hereditarii census monete ac tria maldra siliginis hereditarie pactionis ex premissis integris hereditatibus annuatim exinde e iure solvendis, quod dicti Engela et Mathias hoc plus unacum dicto Johanne portabunt et portare tenebuntur, videlicet quivis eorundem Engele et Mathie pro una tercia parte, salva tamen dicte Engele et sibi reservata sua vitali pactione unius modii siliginis, sibi hodierna die a dicto Johanne promissa, iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum.
Testes Raess. et Berkel, datum XXVII$^{a}$ aprilis, quinta post Quasimodo.

R1271, fol. 372v
27 april 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Dictus Johannes promisit ut debitor principalis dicte Engele quod ipse dabit et solvet eidem Engele annuam et vitalem pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet ad vitam dicte Engele et non ultra Purificationis, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis tradet de et ex premissis integris hereditatibus. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis oneribus pretactis, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 372v
27 april 1503

Raas Raassen en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue dictam vitalem pactionem cum viginti florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Engela cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit, hoc tamen salvo quod idem Johannes huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Engele legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 372v
27 april 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Arnoldus, filius quondam Benedicti dicti Bits van den Parre, promisit super omnia et habenda Rodolpho Doncker Zebertss. quindecim peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, Jacobi apostoli proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 372v-373r
27 april 1503
Raas Raaassen en Gerard van Berkel

Hessello, filius quondam Arnoldi dicti van der Heyden, hereditarie vendidit mihi ad opus Henrici dicti Rijpt, filius quondam Henrici Ryp, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure Buscoducis *(sic)*, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Turnhout tradendam de et ex septima parte ad ipsum, ut dicebat, spectante in quodam manso, olim Arnoldi van der Heiden predicti, sito in parochia Oisterwyck, ad locum dictum Udenhout, inter hereditatem Johannis de Haren ex uno et inter hereditatem Franconis dicti Eelkens ex alio, tendente ab hereditate heredum quondam Beatricis dicte van den Ham ad communitatem ibidem, atque ex septima parte cuiusdam prati, duo bonaria terre vel circiter continentis, siti ibidem, inter hereditatem ad mansum de Geersbergen spectantem ex uno et inter hereditatem Heilwigis dicte Brieninx, vidue, et eius liberorum ex alio, tendentis ad hereditatem conventus ad aquas Beate Marie Virginis et Brigitte vidue, siti in Roesmalen, cum uno fine, necnon de et ex iuribus et attinentiis dicte septime partis premissorum, singulis et universis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus et dimidio modiis siliginis hereditarie pactionis ex premissis integris bonis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus Hessello dictam pactionem redimere et acquitare poterit perpetue, simul unapariter aut vicissim, videlicet simul et semel cum dimidio modio, videlicet quemlibet modium cum et mediante triginta sex peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis.
Testes Raess. et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 373r
27 april 1503
Raas Raaassen en Gerard van Berkel

Johannes die Mollenaere, filius quondam Egidii, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, filie quondam Ghiselberti Pels, filii quondam Johannis Pels, hereditariam pactionem trium modiorum siliginis de hereditaria pactione quatuordecim modiorum siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem iamdictam Willelmus dictus Canther, filius quondam Willelmi dicti Canther, et cum eo Aleidis, eius mater, Nycolaus, Petrus et Wolterus, fratres, liberi dictorum Aleidis et quondam Willelmi Canther, promiserant se daturos et soluturos dicto Nycolao, dicto Steenwech anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis trahituram ex manso quodam seu hereditatibus infrascriptis, sitis partim in parochia de Oisterwyc, ad locum dictum Udenhout, ad locum dictum Berkel, et partim in parochia de Tilborch sive in parochia de Venloen, videlicet ex domo, horreo et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Oisterwyck et locis predictis, inter hereditatem liberorum quondam Nycolai dicti Start ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti Vette ex alio; item ex quodam prato ad dictum mansum spectante, sito ibidem, ultra communem plateam, dictam die Gruenstraet; item ex duobus bonariis hereditatis, dicte Moer, site in parochia de Venloen, inter hereditatem Gerardi die Wael Lambrechtssoen ex uno et inter hereditatem Arnoldi van den Brekel ex alio; item ex octo bonariis hereditatis, Moer vocate, site in iamdicta parochia de Venloen, inter hereditatem heredum quondam Elisabeth dicte Rysen ex uno et inter hereditatem Engberti dicti Vilten ex alio, quam pactionem trium modiorum siliginis primodictam Heymerica, filia quondam Johannis dicti Pels, filii quondam Ghiselberti, erga Willelmum Dicbier, filium Henrici, maritum et tutorem legitimum domicelle Mechteldis, sue uxoris, filie quondam Rodolphi de Dynther, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Katherine, relicte quondam Wolteri dicti Luers, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem deponere similiter.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 373r-373v
27 april 1503
Raas Raaassen en Gerard van Berkel

Domina Elisabeth de Doernen, abbatissa conventus de Bynderen, ordinis Cisterciensis, siti prope opidum de Helmont, cum tutore, pro se et dicto conventu potens ad hoc, ut dicebat, hereditarium censum trium librarum pagamenti, solvendum anno quolibet hereditarie Purificationis ex domo, domistadio et orto, sitis ad locum dictum Havelt, in parochia de Vechel, inter hereditatem Henrici, filii Wolteri Peterss., cum uno latere et fine uno et inter communem plateam cum alio latere; item adhuc ex pecia terre, sita In den Schoet, in dicta parochia, inter hereditatem Rodolphi Lonijs ex uno et inter hereditatem Henrici die Vrieze ex alio, quem censum Goeswinus, filius Johannis van den Hoevel, erga Johannem, filium dicti Wolteri Peterss., emendo acquisierat, ut videtur in litteris de Rode Sancte Ode contineri, et quem censum predictum dictus Goeswinus van den Hoevel unacum pluribus aliis censibus domicellabus Jutte de Padbroeck et Heilwigi, filie quondam Jacobi de Padbroeck, conventualibus dicti conventus, *(?)* et similiter hereditario iure supportaverat et contulerat, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, hereditarie supportavit Woltero van der Rullen, filio quondam Henrici, simul cum dictis litteris, instrumento et iuribus, occasione, promittens cum tutore sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dictarum domicellarum Jutte et Heilwigis ac omnium conventualium eius conventus, presentium et futurarum.
Testes Raess. et Berkel, datum XXVII[a] aprilis, quinta post Quasimodo.

R1271, fol. 373v
27 april 1503
Raas Raaassen en Gerard van Berkel

Katherina, relicta quondam Wolteri dicti Luers, promisit super omnia et habenda Johanni die Mollenaer quinquaginta florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, infra mensem maii proxime futuram persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 373v
28 april 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Michael, filius quondam Rodolphi de Leende, in absentia Huberti dicti de Rypelsberch, prebuit ad redimendum e iure proximitatis et quitandum unum modium siliginis hereditarie pactionis mensure de Lyedrop, solvendi anno quolibet hereditarie Purificationis ex manso dicti Huberti, sito in parochia de Lyedrop, quem unum modium siliginis predictum dictus Hubertus erga Gabrielem, filium dicti quondam Rodolphi de Leende, coram scabinis in Asten acquisierat, ut dicebat, et optinuit.
Testes Back et Berkel, datum XXVIII$^{a}$ aprilis, sexta post Quasimodo.

R1271, fol. 373v-374r
28 april 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Frater Hubertus de Loen, prior conventus fratrum Carthusiensium, siti prope Buscumducis, in villa de Vucht Sancti Lamberti, potens ad infrascripta vigore certarum litterarum, sibi desuper concessarum, ut apparebat, nomine sui ac dicti conventus ac quorumcumque fratrum eiusdem conventus, presencium et futurorum, quartam partem olim ad Gerardum, filium quondam Johannis de Houthem, nunc vero ad dictum conventum, ut dicebat, spectantem in quadam hereditate, dicta die Veedsche Hoeve, sex lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Aen de Plaetze, inter hereditatem Johannis dicti van Wolfsvinckel, quadam stega interacente, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Henrici de Dommelen ex alio, tendente ab hereditate Hospitalis, siti in parochia de Rode predicta, cum pluribus aliis ad quoddam pratum infrascriptum, dictum den Nederenbeempt; item adhuc duos pastus, dictos scharenweyen, ad dictum conventum spectantes, in dicto prato den Nederenbeempt vocato, sito ibidem, inter hereditatem predictam, die Veedsche Hoeve vocatam, ex uno et inter hereditatem Gerardi de Kuyck ex alio, tendente a quadam pascua, dicta den Hoigen Oel, usque ad Dommellam ibidem fluentem, ut dicebat, hereditarie supportavit Johanni dicto Brant, filio quondam Johannis dicti Brants, simul cum toto iure sibi ac dicto conventui occasione quovismodo competente in quibuscumque litteris, munimentis, documentis ac litteris testimonialibus mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, huiusmodi supportationem et resignationem ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti conventus ac quorumcumque fratrum eiusdem conventus, presencium et futurorum, deponere.
Testes Back et Berkel, datum XXVIII$^{a}$ aprilis, sexta post Quasimodo.
Fuit sic contentus.

R1271, fol. 374r

28 april 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum Gerardus, filius quondam Johannis de Houthem, hereditarie vendidisset Ghiselberto Cloenken, filio quondam Gerardi, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex pecia prati, sex bonaria terre vel circiter continente, sita in parochia de Rode Sancte Ode, inter hereditatem Roveri die Jonge ex uno et inter hereditatem heredum quondam Wolteri Goetscalcx ex alio, prout in litteris, et cum deinde dictus Ghiselbertus Cloenken, condens suum testamentum, inter cetera inibi contenta dictam pactionem legasset Katherine Marck, filie Arnoldi, atque depost eadem Katherina eandem pactionem in suo testamento legasset fratribus Carthusiensibus in Vucht, ut videtur in diversis litteris, instrumentis contineri, cumque hodierna die supradictus frater Hubertus de Loen, prior conventus fratrum Carthusiensium predictorum, quartam partem, olim ad Gerardum, filium quondam Johannis de Houthem et depost ad dictum conventum spectantem in quadam hereditate, dicta die Veedsche Hoeve, et fiat ulterius relacio ex precedenti contractu, ut in forma, et tunc prout in aliis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus frater Hubertus de Loen, potens ut supra, dictam pactionem unius modii siliginis hereditarie supportavit dicto Johanni Brant, simul cum dictis litteris, instrumentis et iuribus, promittens sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti conventus ac quorumcumque fratrum eiusdem conventus, presentium et futuorum, deponere, tali annexa conditione quod dictus Johannes Brant et sui post ipsum successores, proprietarii dicte pactionis, eandem pactionem petent, monebunt ac via iuris prosequentur ac prosequi permittent ex causa warandie seu alias, dumtaxat ad et supra predictam quartam partem sex lopinatarum terre vel circiter, et supra dictos duos pastus et non alias, prout idem Johannes hoc palam recognovit et consentiit. Testes, datum supra.

R1271, fol. 374r-374v
29 april 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Willem Mughoevel, als man Willemken, zijnrer huysvrouwe, dochter wilneer Henricx Stoocx, ende die selver Willemken, metten voirs. Willemen, haeren man, als met haren mombare dairtoe van hair gecoren ende hair van den richter nae gewoenten gegeven, ende Willem, zoen wilneer Jans Dircxsoen, die scoemaker, als man oft weduwer, des hy nyet en weet, zoe hij seeghden, van Cristynen, zijnre huysvrouwen, dochter des voirs. wylen Henricx Stoocx, op enen jairlijcken ende erflijcken pacht van vier mudden ende drie sester roggen, eertyts vercoft den susteren tot Rossem, van Heilwigen, weduwe wylen des voirs. Henricx Stoocx, item noch op enen jairlijcken ende erflijcken chijns van vier gouden encken Rijnsgulden, oft die gerechte werde dairvoir in anderen goeden gelde, van enen erfchijns van vijf gouden enckel Rijnsgulden, te betalen alle jair erflic in den hoichtijde van Lichtmisse, voirtijts vercoft Wouteren Stoock van der voirs. Heilwigen Stoock, zijnren moeder, nae inhoude van versceiden scepenenbrieven van den Bosch dair op gemaect, item noch op vyff margen lants, gelegen onder der prochien van Meeuwen, int Zuytbroeck, item noch op allen ende enenyegelycken huysraet die de voirs. Wouter Stoock van der voirs. Heilwigen ontfangen ende ewech heeft, ende die bij derselver Heilwigen oft Wouteren vercoft oft vervreempt is, ende voirtanen op alle andere cause, clachten, gescillen ende toeseggen, overmits denwelken zij bij henselven oft bij andere in den gerichte oft dair buyten oft anders in enniger manieren zouden moigen aentalen ende in recht betrecken oft doen aentalen,

moyen oft in recht betrecken, den voirs. Wouteren Stoock, die voirs. susteren tot Rossem, Willemen van Achelen, proprietaris ten tyde van den voirs. vier gouden enckel Rijnsgulden, die proprietarysen van den voirs. vyf margen lants oft ennige andre besittere van den voirs. vercoften ende vervreemden gueden ende huysraet, bij wat ocsuyne dat dat geboeren muchte, tot desen daige toe van huyden, ende op dat alinge rechte, hen dair inne ennichsins toebehoerende in ennige brieven oft instrumenten dairaf sprekende, hebben zij vertegen tot behoeff des voirs. Wouters Stoocx, der susteren tot Rossem, Willems van Achel ende tot behoeff alle andere dair toe interest hebbende helmelinge, in maneren in dien gewoentlic, geloevende die voirs. Willem Mughoevel ende Willemken, zijn huysvrouwe, metten selven Willemen, haren man, als met haren mombare voirs., ende die voirs. Willem Jan Dircxs. als sculderen principael op hen ende allen hare gueden, nu hebbende ende naemaels vercrigende, als dat zij die voirs. vertijdenisse vast ende stedich zullen houden, sonder ennich wederseggen, ende dat zij allen commer ende aentael van heure wegen ende vanwegen der voirs. Cristynen ende alre hore kijnderen ende erfgenamen, dairinne wesende oft naemaels comende, den voirs. Wouteren, den susteren tot Rossem, Willemen van Achel ende allen anderen dair toe interest hebbende, zullen afdoen gehelijcken.
Testes Raess. et Berkel, datum penultima aprilis, sabbato post Quasimodo.

R1271, fol. 374v-375r
29 april 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Condt ende kenlic zij enenyegelycken alsoe Heilwich, weduwe wilneer Henricx Stoocx, des droechsceerders, uuyt crachte van den testamente desselfs wylen Henricx, hairs mans, als hij leefden, hadde vercoft Wouteren Stoock, haren zoene, enen jairlijcken ende erflijcken chijns van vyf gouden enckelen Rijnsgulden oft die gerechte werde dairvoir in anderen goeden gelde, te betalen alle jair erflic in den hoichtyde van Lichtmisse ende voir den iersten termyne van betalinge in den hoichtyde van Lichtmisse naestvolgende den doot der voirs. Heilwigen, ende nyet eer, van ende uuyt enen huyse, erve, hof ende afterhuyse der voirs. Heilwigen ende wylen Henricx Stoocx, gelegen in sHertogenbosch, in de Verwerstraet, tusschen erffenisse wylen Willems Zeckers, dairnae zijnren erfgenamen, aen deen zijde ende tusschen erffenisse Goessen Goebels aen dander zijde, streckende van der voirs. straten totter erffenissen Jans van Os, gelijc in scepenenbrieven van den Bosch dair op gemaect volcomentliken is begrepen, ende dairnae Willem van Achel den voirs. erfchyns van vyf gouden enckel Rijnsgulden met zekeren anderen chynsen ende pachten tegen Marcelyzen van Kryekenbeeck bij den richten *(aldus)* mits vonnesse der scepenen in sHertogenbosch in coep vercregen hadde, gelyc in anderen scepenenbrieven van den Bosch dair op gemaect volcomentliken is begrepen, soe zijn gestaen voir scepenen hier onder gescreven Willem Mughoevel, als wittige man Willemken, zijnre huysvrouwen, dochter van wilen Henricken Stoock ende Heilwigen, zijnren huysvrouwen voirs., ende die selven Willemken, metten voirs. Willemen Mughoevel, haren man, als met haren mombare dairtoe van hair gecoren ende hair van den richter nae gewoenten gegeven, ende Willem, zoen wilneer Jan Dircxs., scoemaker, als man ende mombare oft weduwer, des hij nyet en weet, zoe hy seeghden, van Crystynen, zijnen huysvrouwen, dochter van wylen Henricken Stoock ende Heilwigen voirs., als proprietarysen ten tyde van den voirs. huyse, erve, hoff ende afterhuyse, gelegen in de Verwerstraet, ende in dien als naevolgers ende erfgenamen der voirs. wylen Heilwigen, die onlancx gestorven is, zoe se seegden, ende hebben oipenbairlic bekent ende op verbyntenisse van hoiren gueden, hebbende ende vercrigende, den voirs. Willemen van Achel geloeft als dat zij tot Lichtmisse naestcomende voir den iersten termyne ende voirtane van termyne tot termyne jairlix ende erflix van ende uuyt den huyse, erve, hoff ende afterhuys voirs., denselven Willemen van

Achel metten voirs. zijnen brieven zullen laten heffen, manen, boeren ende met wegen van recht dair op, ofs noot zij volgen, oft selver den voirs. Willemen van Achel uuytreycken vier gouden enckel Rynsgulden oft die gerechte werde dairvoir in anderen goeden gelde, erfchijns van den voirs. erfchijns der vyf gouden enckel Rijnsgulden voirs., nae inhoude der voirs. brieven, ende dat zij bij henselven noch by nyemanden anders hem dairinnen egeen belet doen en zullen in enniger manieren. Desen gesciet wesende, soe es gestaen voir dieselve scepenen hier onder gescreven die voirs. Willem van Achel ende heeft oepenbaelic bekent, beleden ende consenteert als dat hij uuyten voirs. onderpanden jairlix ontfangende die voirs. vier gouden enckel Rijnsgulden oft die rechte werde dairvoir in anderen goeden gelde van den voirs. erfchijns der voirs. vyf gouden enckel Rijnsgulden voirtane te vreden staen sal, sonder metten voirs. brieven den vyften gouden gulden te heysschen oft met recht te sueken ende dat die voirs. proprietarijsen van den huyse, erve, hoff ende afterhuyse voirs. dieselve vier gouden enckel Rijnsgulden altyt zullen moigen lossen ende afquyten met vierendetsestich dergelijcke gouden enckel Rynsgulden oft die gerechte werde dairvoir in anderen goeden gelde, ende metten chijns van den jaer derselver vier gouden Rijnsgulden ende metten afterstellen in dien daer ennige tachter weren, sonder argelist.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 375v
2 mei 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Arnoldus, filius quondam Arnoldi dicti van den Laer, peciam terre arabilis, quinque vasatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Hees, ad locum dictum Steechmans hostadt, inter hereditatem reliquam dicti Arnoldi ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis Driessoen ex alio, tendentem ab hereditate heredum quondam Herberti Hals ad commune munimen ibidem, dictum die gemeyn lantweer, item adhuc peciam terre, sextariatam terre vel circiter continentem, sitam ibidem, inter hereditatem ad vicariam ecclesie de Hees spectantem ex uno et inter hereditatem Willelmi dicti de Os ex alio, tendentem ab hereditate conventus Sororum Regularissarum, siti in Buscoducis, ad locum dictum Aen den Wyntmoelenberch, ad communem plateam, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Willelmo de Os Willemssoen, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum secunda maii, tercia post Misericordia.

R1271, fol. 375v
2 mei1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Dictus Willelmus de Os peciam terre arabilis, septem vasatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Hees, ad locum dictum Aen de Wyst, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Heymerici, filii quondam Johannis Peterss., ex alio, tendentem ab hereditate Wautgeri van den Wyst, ad hereditatem dicti Heymerici, ut dicebat, hereditarie vendidit dicto Arnoldo, filio quondam Arnoldi van den Lair, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 375v
2 mei1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Nycolaus, filius Johannis, filii quondam Willelmi dicti Claeszoen, promisit ut debitor principalis Katherine, relicte quondam Theoderici de Vaerlair Goyartssoen, ad opus sui et ad opus Johannis, filii Katherine et quondam Theoderici predictorum, quod ipse dabit et solvet eidem Katherine quoad eius usufructum et dicto Johanni quoad ius hereditarium, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Zoemeren anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Zoemeren tradet de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, pariter maldratam terre vel circiter continentibus, dicti Nycolai, sitis in parochia de Zoemeren, inter hereditatem heredum quondam Judoci, filii quondam Willelmi sHanen, ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Lemmens alias dicti Dalenbroick ex alio, tendentibus a semita ecclesie ad communem plateam, dictam die Keysersstraet, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis quindecim vasis siliginis ex premissis prius annuatim et hereditarie solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 375v
2 mei1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum viginti quatuor florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Katherina pro se et nomine dicti Johannis, sui filii, cum tutore, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Nycolao repromisit, hoc tamen salvo quod idem Nycolaus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefatis Katherine et Johanni legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 375v-376r
2 mei1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Johannes, filius quondam Henrici dicti Heesters, ab eodem et quondam Heilwige dicta Maircolfs, pariter genitus, unum modium siliginis hereditarie pactionis mensure de Zoemeren, solvendum anno quolibet hereditarie Purificationis ex medietate cuiusdam prati, siti in loco dicto In ghene Wyden, in parochia de Zoemeren, inter hereditatem Theoderici, filii Johannis Ermgardensoens zoen, et Gerardi dicti Theens ex uno et inter hereditatem Heilwigis dicte van Haeswinckel et liberorum Nycolai dicti Ridders ex alio, quem unum modium siliginis hereditarie pactionis predicte domicella Heilwigis, relicta quondam Godefridi Scilder, erga Judocum, filium quondam Willelmi dicti Marien, maritum et tutorem legitimum Heilwigis, sue uxoris, filie Johannis dicti van den Mollic, filiii quondam Johannis dicti van den Mollic, acquisierat, prout in litteris, et quem unum modium siliginis predictum Johannes Scilder, filius dicti quondam Godefridi Scilder, in suo testamento prefato Johanni, filio quondam Henrici Heesters, legaverat, ut videtur in quodam instrumento contineri, hereditarie supportavit dicto Nycolao, filio Johannis, filii quondam Willelmi dicti Claeszoen, simul cum dictis litteris aliis, instrumento et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum et liberorum, necnon ex parte dicte quondam domicelle Heilwigis ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 376r
4 mei1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Jacobus, filius quondam Lamberti dicti Roetarts, peciam terre arabilis, tres lopinatas terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Bucstel, in tribunali de Lyemde, ad locum dictum Grooter Lyemde, inter hereditatem Henrici dicti van den Venne ex uno et inter hereditatem Henrici dicti Meeus ex alio, tendentem ab hereditate Bartholomei, filii quondam Johannis Meeuss., ad Theoderici dicti Lambrechts, ut dicebat, hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Willelmi van den Goyendonck, ad opus sui et ad opus Elisabeth, sue sororis, ab eisdem, promittens, et cum eo Willelmus, eius filius, indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum quarta maii, quinta post Misericordia.

R1271, fol. 376r
*deze akte is onvolledig en niet gepasseerd*

Dictus Henricus, filius quondam Godefridi Hannen, presbiter, hereditarie vendidit magistro Nycolao Colen, presbitero, hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Pasche de et ex domo et area ac camera cum suo fundo sibi retro adiacente, sitis in Buscoducis, in Vico Ecclesie supra conum eiusdam viculi ibidem, dicti dat Crullartsstraetken, inter eundem viculum ex uno et inter hereditatem Henrici dicti van den Bossche ex alio, tendentibus a dicto Vico Ecclesie ad hereditatem *(hierna ontbreekt de belending)*, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ac duodecim libris communis pagamenti, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.

R1271, fol. 376r-376v
4 mei1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Willelmus, filius Willelmi dicti van den Hornick, promisit ut debitor principalis Erenberto, filio quondam Lodovici dicti van der Strijpt, quod ipse dabit et solvet eidem Erenberto hereditarium censum quinque librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sex lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Scijnle, ad locum dictum Aent Elschot, inter hereditatem Henrici dicti Scoemakers ex uno et inter communem plateam alias adiacentem, item ex quodam prato, duo iugera terre vel circiter continente, sito in parochia et loco predicto, inter hereditatem Henrici Deliss. ex uno et inter hereditatem Christiani van den Bogart ex alio, tendente ab hereditate Henrici Gerits ad communem plateam, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus libris pagamenti hereditarii census ex domo, area, orto ac hereditatibus predictis, atque hereditario censu quinque librarum pagamenti ac censu fundi ex dicto prato, diversis personis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum quarta maii, quinta post Misericordia.

R1271, fol. 376v
5 mei 1503

Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Johannes, filius quondam Johannis dicti Gelijssoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elsbene, sue uxoris, filie Henrici dicti van Cauwenberch, hereditarie vendidit Willelmo, filio Ghysberti dicti Willemssoen, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis libere tradendam ex pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sita in parochia de Aerle, inter hereditatem Jacobi dicti die Sluyter ex uno et inter hereditatem ad vicariam ecclesie de Aerle spectantem ex alio, tendente ab hereditatem Jordani de Maren ad hereditatem Johannis dicti Kuyff, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam et omnes alias obligationem et impeticionem deponere, excepto censu fundo *(sic)* ad duos denarios, philippuspenninc vocatos, ascendente, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Raessen, datum quinta maii, sexta post Misericordia.

R1271, fol. 376v
5 mei 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Et poterit redimere perpetue cum triginta sex florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 376v
8 mei 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Henrica, dochter wilneer Pelgrom Henricxsoen, van denselven wilneer Pelgrommen ende Lysbeth, zijnre huysvrouwen, tsamen gewonnen, heeft oepenbairlic bekent ontfangen te hebbene van Peterken, naegelaten weduwe des voirs. wilneer Pelgroms, alsulkenen sevenendetwentich Rijnsgulden, tstuck tot XX stuvers gerekent, als die voirs. wylen Pelgrom ende Lysbeth in hoeren testamenten bekent, besedt ende gewilt hebben beleedt te werdene der voirs. Henricxken, hare dochter, ende derselver Henricxken van hoeren gueden uuytgereyct te werdene, nae inhoude van hoeren testamenten voirs., ende schaut dair af quyt die voirs. Peterken ende hair gueden ende alle andere dair af quitancie behoevende.
Testes Back et Berkel, datum VIII$^{a}$ maii, secunda post Jubilate.

R1271, fol. 376v-377r
8 mei 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Wolterus, filius quondam Thome van den Venne, tamquam maritus et tutor legitimus, ut diceebat, Hadewigis, sue uxoris, filie quondam Theoderici dicti Wilneven, hereditarie vendidit Elisabeth, filie quondam Gerardi dicti sHarden, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Servacii episcopi et pro primo solutionis termino a Servacii episcopi proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendam de et ex quodam prato, unum bonarium vel circiter continente,

dicti venditoris, sito in parochia de Oirschot, in pastoria de Hedel, inter hereditatem Hospitalis in Oirschot situati et Johannis de Vlierden ex uno et inter hereditatem Jacobi, filii quondam Theoderici de Onstaden, ex alio et fine uno, et tendit cum fine reliquo ad hereditatem Deenkini dicti Wreyns.; item ex quodam alio prato, unum bonarium vel circiter continente, sito in parochia et pastoria predictis, inter hereditatem Willelmi dicti Vlemynx ex uno et inter hereditatem ad Dominam Nostram in ecclesia de Oirschot spetantem ex alio, tendente ab hereditate dicti Jacobi, filii quondam Theoderici de Onstanden, ad communitatem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi ad duos grossos antiquos ascendentibus, ex dictis duobus pratis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Millinc et Berkel, datum octava maii, feria secunda post Jubilate.

R1271, fol. 377r
8 mei 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum sedecim florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet huiusmodi floreno computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Elisabeth cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 377r
10 mei 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Arnoldus van Taterbeeck, filius Arnoldi, hereditarie vendidit Jordano de Boert hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi annali solutione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbell vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Servacii episcopi et pro primo solutionis termino a Servacii episopi proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area ac domo posteriori ac suis attinentiis, dicti venditoris, sitis infra opidum de Eyndoven, iuxta vicum dictum die Cruysstraet, inter hereditatem Anthonii dicti de Weert Janss. ex uno et inter hereditatem Elisabeth Kretsarts et eius liberorum ex alio, tendentibus a communi via lapidea ad forum; item ex quodam agro terre, unam sextariatam terre vel circiter continente, sito in parochia de Blaerthem Sancti Lamberti, ad locum dictum Gestel, inter hereditatem liberorum quondam Anselmi Bucx ex uno et inter hereditatem olim Katherine, filie quondam Nycolai Wellens, nunc vero Johannis Stevens, ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Johannis dicti Delis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ad novem stuferos vel circiter ascendente, ex premissis prius annuatim e iure annuatim *(sic)* solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Heym et Berkel, datum X$^{a}$ maii, feria quarta post Jubilate.

R1271, fol. 377r

10 mei 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum sexaginta consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 377v
10 mei 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Wy, Heym et Berkel, scepenen in sHertogenbosch, doen condt enenyegelycken dat opten dach van huyden, datum van desen, voir ons gestanden is geweest Claes van Wailhoven ende heeft gegeven ende verleent Arden van Brey vrij ende volcomen macht allen zijn gueden die hij liggende heeft in der stadt ende meyerijen van sHertogenbosch te regeren, op te boeren ende te moigen verpachten, uuyt te geven ende die proffyten dair mede te doen, allen zijn saken in den rechte ende dair buyten te bewaren, verantwoirden ende te vervolgen, quitancie van den ontfange te gevene ende in allen den voirs. saken te mogen doen dat hy selver soude moigen doen, ende all op goede rekeninge ende totten wederroepen des voirs. Claess., mede revocerende in desen alle procuracien opt tbewint *(sic)* der voirs. zijnder andere gueden, voir daet van deser gegeven.
In kennesse der wairheit, soe hebben wij, scepenen voirs., onse zegelen hier aen doen hangen. Gegeven opten thiensten dach der maent van meye int jair etc. drie.

R1271, fol. 377v
11 mei 1503
Jan Back en Gozewijn van Brecht

Henricus, filius quondam Johannis Roeverss., hereditarie vendidit Wautgero, filio quondam Johannis dicti van der Asseldonck, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex quarta parte, ad dictum venditorem spectante in quodam manso, sito in parochia de Vechel, ad locum dictum Opten Amer, atque in attinentiis dicti mansi, singulis et universis, inter communitatem ex uno et inter hereditatem domini Ghiselberti de Erpe, presbiteri, ex alio, tendentibus ab hereditate Ghiselberti Lonijss. ad communitatem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi, partim domino duci et partim domino de Helmont, prius annuatim ex dicto integro manso e iure solvendo, ut dicebat, atque satisfacere.
Testes Back et Brecht, datum XI$^{a}$ maii, quinta post Jubilate.

R1271, fol. 377v
11 mei 1503
Jan Back en Gozewijn van Brecht

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia per quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni

redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 377v
11 mei 1503
Jan Back en Gozewijn van Brecht

Gerardus, filius quondam Arnoldi, filii quondam Johannis dicti Vyfeycken, hereditarie vendidit Aleidi, filie quondam Rutgeri dicti Janss., hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis tradendam de et ex pecia terre arabilis, dicti venditoris, duas modiatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Geffen, in loco dicto In Dyevits Venne, inter hereditatem Gerarde, relicte quondam Johannis Andries, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Martini Peterss., et plurum aliorum ex alio, tendente ab hereditate Willelmi, filii quondam Rycoldi Jan Rycoutss., cum pluribus aliis ad hereditatem Godescalci van den Poel ac quorundam aliorum, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 378r
11 mei 1503
Jan Back en Gozewijn van Brecht

Et poterit redimere perpetue cum triginta octo florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe hertoich philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emptrix, cum tutore, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 378r
11 mei 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Johannes[67] Pels, filius quondam Ghiselberti Pels, et Theodericus Pels, filius quondam Arnoldi Pels, hereditarie vendiderunt Woltero Bolcx, filio quondam Johannis Bolcx, hereditarium censum viginti quatuor florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, dando videlicet in annuali solutione dicti census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rynsgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ octo, novos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Servacii episcopi et pro primo solutionis termino a Servacii episcopi proxime futuro ultra annum de et ex quodam

[67] *in de linker marge van deze akte*: A.

manso dicti Johannis, sito in parochia de Bucstel, ad locum dictum Hoelt, videlicet domo, area, horreo, aliis edificiis, orto, terris pratis, pascuis, mericis, lignicrescentibus, ceterisque iuribus et attinentiis dicti mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis; item ex quodam alio manso eiusdem Johannis, sito in parochia de Nysterle, ad locum dictum tLoe, atque ex iuribus et attinentiis eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis; item ex domo, area, orto ac domo posteriori et suis attinenciis, dictis communiter In den Leeuwe, dicti Theoderici, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Sadelerstraet, inter hereditatem heredum quondam Johannis de Loen, institoris, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Henrici Wouters, pannicide, et Katherine, sue uxoris, ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum ultra Dyesam usque ad vicum, dictum Aent Wilt Verken, ut dicebant, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi, hereditaria pactione dimidii modii siliginis et hereditario censu quatuor florenorum Renensium ex primodicto manso dicti Johannis, atque censibus fundi ex secundodicto manso eiusdem Johannis, necnon duabus libris pagamenti hereditarii census, et hereditario censu duodecim aureorum florenorum Renensium ex dictis domo, area, orto ac domo posteriori dicti Theoderici, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum XI[a] maii, quinta post Jubilate.

R1271, fol. 378r
11 mei 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Et poterint redimere perpetue simul unapariter cum et mediante quadringentis consimilibus florenis Renensibus, in pecunia ~~supernis~~ superius specificata et pronunc valuata, demptis dimidiis stuferis, oirtkinis et minoribus denariis, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 378v
11 mei 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Dictus Johannes Pels promisit super omnia et habenda dicto Theoderico quod ipse Johannes dictum censum exnunc deinceps dabit et solvet necnon redimet et acquitabit, ac dare et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod dicto Theoderico ad et supra se ac bona sua pretacta ac reliqua eius bona dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes Brecht et Berkel, datum XI[a] maii, quinta post Jubilate.

R1271, fol. 378v
11 mei 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Henricus, filius quondam Johannis dicti Damen, medietatem ad ipsum, ut dicebat, spectantem in septem et dimidio hont terre vel circiter, sitis in parochia de Magno Lytt, inter hereditatem domini Ottonis Wouters, presbiteri, ex uno et inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Arnoldi Goyartss., ex alio, tendentibus ab hereditate Deenkini dicti Spee ad quandam

communem viam, dictam den gemeynen thiendwech, ut dicebat, hereditarie vendidit Ade, filio quondam Willelmi dicti Damensoen, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, excepto censu dominorum Sancti Lamberti Leodiensis, ad dimidium brasdenarium vel circiter ascendente ex dicta medietate annuatim e iure solvendo, atque excepto onere conservandi medietatem decem pedatarum aggeris Mose, siti inter partem aggeris Mose Gerardi Peterss. cum uno fine superius et inter partem aggeris Mose Gerardi Lambrechs cum alio fine inferius, atque adhuc medietatem viginti pedatarum aggeris Mose, siti inter partem aggeris Mose Gerardi Willemss. cum uno fine superius et inter partem aggeris Mose Lodovici Zebrechs cum alio fine inferius, ad dictam medietatem dictorum septem et dimidii hont terre e iure conservandi spectante, ut dicebat.
Testes Back et Berkel, datum XI[a] maii, quinta post Jubilate.

R1271, fol. 378v
*deze akte is onvolledig en niet gepasseerd*

Godefridus Strick, filius quondam Nycolai Strick, hereditariam pactionem trium modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex quodam manso domini Thome de Borken, presbiteri, sito in parochia de Uden, ad locum dictum die Volkelschestraet, videlicet ex domo, area, horreo, ovili ceterisque edificiis, orto et aliis hereditatibus arabilibus, sibi immediate adiacentibus, tres modiatas terre vel circiter continentibus, sitis ibidem, inter dictum vicum ex uno et inter hereditates Yde, relicte quondam Johannis die Quade senioris, et eius liberorum et Willelmi Claessoen ex alio, item adhuc ex quodam campo terre, sito ibidem, in opposito ultra communem plateam ibidem, inter eandem communem plateam ex uno et inter communem viam, dictam den Gruenen wech, ex alio, quam pactionem predictam dictus Godefridus Strick erga dictum dominum Thomam de Borken, presbiterum, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Sororum de Orthen, domus Sancti Andree, site in Buscoducis, ad vicum Hynthamensem, simul cum dictis litteris et iuribus, simul cum arrestadiis duorum et dimidii annorum, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Recognovit insuper dictus Godefridus se recepisse a dictis sororibus summam centum et decem florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia quemadudum iam valuata est pro quolibet huiusmodi florenis computando, ex causa supportationis pretacte et clamavit easdem sorores et omnes alios huiusmodi quitanciam indigentes quitos.

R1271, fol. 379r
11 mei 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Johannes Pels, filius quondam Ghiselberti Pels, et Theodericus Pels, filius quondam Arnoldi Pels, hereditarie vendiderunt Jacobo de Doerne ad opus Johannis die Bever, filii quondam Rodolphi die Bever, hereditarium censum duodecim florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] octo, novos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum anno quolibet hereditarie Servacii episcopi et pro primo solutionis termino a Servacii episcopi proxime futuro ultra annum de et ex dictis eorum bonis et

contrapigneribus in dicto contractu folii precedentis, litterra A signato, etiam incipiente ‘Johannes Pels, filius quondam Ghiselberti Pels, et Theodericus Pels, filius quondam Arnoldi Pels, hereditarie vendiderunt Woltero Bolcx’ etc., promittentes indivisi super omnia et habenda per totum ut in eodem contractu, tali annexa conditione quod dicti venditores dictum censum duodecim florenorum Renensium redimere et acquitare poterunt perpetue cum et mediante ducentis consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Jacobus nomine dicti Johannis die Bever hoc palam recognovit et dictis venditoribus consentiit, hoc tamen salvo quod per medium annum legitime preintimabunt, ut in forma.
Testes Brecht et Berkel, datum XI[a] maii, quinta post Jubilate.

R1271, fol. 379r
11 mei 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Dictus Johannes Pels promisit super omnia et habenda dicto Theoderico quod ipse Johannes dictum censum exnunc deinceps dabit et solvet necnon redimet et acquitabit, dareque et solvere ac redimere et acquitare tenebitur, sic et taliter quod dicto Theoderico ad et supra se et bona sua pretacta ac reliqua sua bona dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 379r
11 mei 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum Alardus, filius quondam Arnoldi Maessoen, domum et ortum, sitos in parochia de Os, in de Peperstraet, inter hereditatem Willelmi de Os ex uno et inter hereditatem Gerardi Peterss. ex alio, hereditarie supportasset Nycolao, filio quondam Egidii Borchmans, prout in litteris, et cum deinde supradicta domus depost ab eius fundo abstracta et combusta esset, ut dicebatur, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Nycolaus fundum dicte domus et ortum predictos hereditarie supportavit Goeswino de Brecht, ad opus matricularie, in capella Beate Marie Virginis in ecclesia parochiali de Os consistente, simul cum dictis litteris et quibuscumque aliis litteris mentionem inde facientibus et cum toto iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Recognovit insuper dictus Nycolaus et confessus est quatenus ipse de et ex domo et orto predictis quatuor vasa siliginis cum mensura de Os dicte matricularie annuatim dudum solvere consueverat.
Testes Back et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 379r
*deze akte is onvolledig*

Arnoldus, filius quondam Johannis van der Hobbelen, filii quondam Johannis van der Hobben.

R1271, fol. 379v
11 mei 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum Johannes dictus van der Hobbelen, filius quondam Johannis dicti van der Hobbelen, peciam prati, dicti die Berckmans Beempt, siti in parochia de Steenssel, inter hereditatem olim Henrici dicti die Wynne et hereditatem Gibonis, filii quondam Petri dicti Coppen, ex uno et inter communitatem ex alio, simul cum iure viandi dictam peciam prati per dictam reliquam hereditatem primodicti Johannis, ad minus dampnum et brevius spacium, hereditarie vendidisset Johanni, filio Henrici dicti die Hertoghe, promisissetque dictus venditor super omnia et habenda quod ipse dicto emptori de dicta pecia prati debitam et iustam prestaret warandiam, et quod ipse omnes obligationem et impetitionem in dictis pecia prati et iure viandi existente prefato emptori deponeret omnino, exceptis novem denariis census domino nostro duci et annua et hereditaria pactione duorum modiorum siliginis mensure de Eerssel heredibus quondam Marcelii dicti Berckmans exinde et quibusdam aliis hereditatibus primodicti Johannis e iure solvendis, quam pactionem dictus emptor extunc deinceps perpetue sic et taliter daret et solveret quod dicto venditori exinde ad et supra se et bona sua dampna non eveniant quovismodo in futuro, prout dictus emptor hoc palam recognoverat et sub obligatione dicte pecie prati dicto emptori, ut prefertur, vendite, eidem venditori repromiserat, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Arnoldus, filius supradicti quondam Johannis van der Hobbelen, venditoris, supradictas recognitionem et repromissionem hereditarie supportavit Margarete, filie quondam Johannis dicti Vaes de Rythoven, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda huiusmodi supportationem et resignationem ratam servare.
Testes Heym et Berkel, datum XII[a] maii, sexta post Jubilate.

R1271, fol. 379v
11 mei 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Dominus Henricus, filius quondam Godefridi Hannen, pellificis, presbiter, hereditarie vendidit magistro Nycolai Colen, presbitero, hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Pasche de et ex domo, area et camera quadam sibi retro adiacente, dicti venditoris, sitis in Buscoducis, in Vico Ecclesie supra conum cuiusdam viculi, dicti dat Crullartstraetken, inter eundem viculum ex uno et inter hereditatem Henrici dicti van den Bosch et Katherine, relicte quondam Christiani van den Meeracker, ex alio, tendentibus a dicto vico ad hereditatem Maioris Hospitalis in Buscoducis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque duodecim libris pagamenti, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 379v
11 mei 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue quemlibet videlicet huiusmodi florenum cum et mediante quatuordecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 380r

11 mei 1503
Jan Back en Jan Heym

Gerardus, filius quondam Franconis de Uden senioris, domum, aream ac quandam vacuam hereditatem, dictam een ledige plaetsken, sibi retro adiacentem, sitas in Buscoducis, in Vico Hynthamensi, in oppositum capelle sancte Anne ibidem, inter hereditatem Theoderici, filii Petri, filii quondam Wolteri dicti sHeren, pannicide, ex uno et inter hereditatem Hillegondis, relicte quondam Andree van den Heyden alias dicti van der Stegen, pannicide, et eius liberorum ex alio, tendentibus a dicto Vico Hynthamensi retrorsum ad quandam cameram infrascriptam, item iamdictam cameram cum eius fundo, sitam ibidem, in platea dicta die Gasthuysstraet, inter dictam vacuam hereditatem, ledige plaetsken vocatam, ex uno et inter dictam plateam, die Gasthuysstraet vocatam, ex alio, tendentem ab hereditate dicti Theoderici ad quandam aliam cameram subscriptam, item adhuc iamdictam aliam cameram eciam cum eius fundo, sitam ibidem, inter dictam plateam, die Gasthuysstraet vocatam, ex uno et inter hereditatem dictorum Hillegondis et eius liberorum ex alio, tendentem a dicta vacua hereditate, ledige plaetsken vocata, et primodicta camera ad hereditatem Maioris Hospitalis in Buscoducis, prout et quemadmodum premissa cum suis iuribus et attinenciis ibidem consistunt et sunt situata et ad dictum Gerardum pertinere dinoscuntur, ut dicebat, dedit ad hereditarium censum Johanni, filio quondam Nycolai dicti van den Broeck, pannicide, ab eodem iure hereditario habendum et possidendum pro oneribus guttariorum ad primissa e iure conservandi spectantibus, et pro censu fundi ex premissis, prius e iure solvendo, ut dicebat, conservando ac dando ab alio temporibus et termino ad hoc oportunis, debitis et consuetis, atque pro annuo et hereditario censu centum librarum monete, dando et solvendo sibi ab alio anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex premissis, promittens super omnia et habenda warandiam pro premissis oneribus ac alias obligationem et impetitionem deponere. Quo facto, alter repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto Gerardo dictum censum centum librarum monete predicte anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto de et ex premissis, tali annexa conditione quod dictus Gerardus, quamdiu in humanis vivet, dictum censum vendere, alienare, obligare ac coram scabinis alteri supportare seu in suo testamento coram notario et testibus de eodem disponere et ordinare poterit et valebit iuxta libitum sue voluntatis, cum condictione cuiuscumque aut quorumcumque non obstante. Testes Back et Heym, datum supra.

R1271, fol. 380r
11 mei 1503
Jan Back en Jan Heym

Et poterit redimere perpetue simul unapariter aut vicissim videlicet cum quarta parte, scilicet quamlibet libram cum septem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Gerardus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit, hoc tamen salvo quod idem Johannes huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Gerardo semper legitime preintimabit, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 380r-380v
12 mei 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum Gerardus, filius quondam Johannis die Bye, filii quondam Gerardi Brekelman, hereditarie vendidisset Petro, filio quondam Petri Peterssoen, multori, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex pecia terre, duo iugera terre vel circiter continente, sita in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad locum dictum Cromvoirt; item ex dimidio bonario prati, sito ibidem, inter hereditatem Nycolai Brabants ex uno; item ex una sextariata terre vel circiter, sita in parochia de Helvoert, opten Dystelberch, item ex una lopinata terre, sita ibidem, item ex una pecia terre, duas et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sita ibidem, cumque dictus emptor palam recognovisset et super omnia et habenda dicto venditori repromisisset quod idem venditor dictam pactionem redimere posset perpetue cum triginta sex peters, XVIII stuvers vel valorem in alio pagamento pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Petrus, emptor, palam recognovit dictam pactionem per Johannem Heym fore redemptam ac dictos XXX$^{ta}$ sex peters ab eodem Johanne Heym recepisse ex causa redemptionis eiusdem pactionis, clamans igitur dictus Petrus eundem Johannem Heym et quoscumque alios huiusmodi quitanciam indigentes ac eorum bona de premissis quitos, liberos et penitus absolutos.
Testes Back et Berkel, datum XII$^{a}$ maii, sexta post Jubilate.

R1271, fol. 380v
1 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Johannes, filius quondam Johannis dicti Willemssoen, promisit ut debitor principalis super omnia et habenda Jacobo de Fine quinque florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro, ac quinque consimiles florenos Renenses Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes Berkel et Borchgreve, datum prima iunii, quinta post Exaudi.

R1271, fol. 380v
15 mei 1503
Jan Heym en Raas Raassen

Jacobus, filius quondam Jacobi Nellensoen, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex pecia terre, dicta die Doevendonck, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Scijnle, ad locum dictum Eilde, inter hereditatem Johannis Wytvenne ex uno et uno fine et inter hereditatem Arnoldi Brants ex alio, item adhuc ex pecia terre, dicta die Boenre, sita in dicta parochia, ad locum dictum Aen den Borne, inter hereditatem liberorum quondam Henrici Pouwelssoen ex uno et uno fine et inter hereditatem Nycolai Libarts ex alio, quam pactionem predictam dictus Jacobus erga Johannem van der Heiden, filium quondam Arnoldi, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni de Berkel, magistro pro tempore Maioris Hospitalis in Buscoducis, ad opus eiusdem Hospitalis, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Heym et Raso, datum XV$^{a}$ maii, feria secunda post Cantate.

R1271, fol. 380v
15 mei 1503
Jan Heym en Raas Raassen

Jacobus, filius quondam Jacobi Janszoen, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex quodam campo, dicto Robben camp, sito in parochia de Scijnle, ad locum dictum Ten Borne, inter hereditatem Goeswini, filii quondam Johannis Aleitensoen, ex uno et inter communem plateam ibidem ex alio, quam pactionem predictam dictus Jacobus erga Johannem Wytvenne, filium quondam Johannis Wytvenne, filii quondam Johannis Wytvenne, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Johanni de Berkel ad opus dicti Maioris Hospitalis, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 381r
15 mei 1503
Jan Heym en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in ambobus contractibus immediate precedentibus, constitus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes de Berkel, tamquam magister et rector dicti Maioris Hospitalis in Buscoducis, in presentia et de expressis consensu et voluntate Gerardi de Berkel, filii Gerardi, provisoris pro tempore eiusdem Hospitalis, pro Jacobo, filio quondam Jacobi Janss. predicto, ad opus sui et ad opus Anthonie, sue uxoris, filie quondam Henrici Deenkens, quod ipse dabit et solvet eidem Jacobo quoad vixerit ipse, et post eiusdem Jacobi decessum dicte Anthonie, sue uxori, si supervixerit, annuam et vitalem pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet vita eorundem Jacobi et Anthonie ac diucius ex ipsis viventis durante et non ultra, Purificationis et in Buscoducis tradet de et ex omnibus et singulis bonis dicti Hospitalis, habitis et habendis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat. Promisit insuper sub obligatione omnium bonorum dicti Hospitalis, habitorum et habendorum, warandiam, et satisfacere, tali annexa conditione, in casu quo supradicte due hereditarie pactiones dimidii et dimidii modiorum siliginis prefato Hospitali imposterum via iuris evincerentur aut si contapignora earundem pactionum seu alterius earundem imposterum iuridice invenirentur fore insufficientia et non satis secura, quod tunc adstatim huiusmodi evictione facta aut insufficientia reperta, dictum Hospitale ac bona eiusdem a solutione dicte vitalis pactionis de cetero erunt exonerata aut de eadem vitali pactione annuatim eidem Hospitali tantum defalcabit, quantum idem Hospitale de hereditariis pactionibus predictis via iuris minus recipere fuerit compulsum, absque dolo, prout dictus Jacobus pro se et dicta Anthonia, sua uxore, hoc palam recognovit et super omnia dicto Johanni de Berkel ad opus dicti Hospitalis repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 381r-381v
16 mei 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Willelmus de Zittart, filius quondam Marcelii, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, filie quondam Theoderici de Strathen, atque frater Johannes de Maestricht, procurator conventus ad aquas Beate Marie Viriginis et Brigitte vidue, siti in parochia de Roesmalen, nomine dicti conventus ac nomine domini Egidii de Strathen, presbiteri, filii dicti quondam Theoderici de Strathen, potens ad infrascripta, ut dicebat, terciam partem totamque partem et omne ius ad ipsos dictum conventum ac dominum

Egidium, ut dicebant, spectantes in uno modio siligiis hereditarie pactionis mensure de Oirscot, quem Christianus dictus Lanen, commorans in Oirscot, in pastoria van der Notelen ex suis bonis ibidem situatis annuatim dicto Theoderico de Straten solvere consueverat, item adhuc in uno modio siliginis hereditarie pactionis, quem liberi quondam Arnoldi de Ekart ex suis bonis in Woenssel situatis annuatim solvere tenentur, et dictus quondam Theodericus solvendum habere consueverat, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Jordano dicto die Hoppenbrouwer ad opus Johanne, sue filie legitime, simul cum toto iure ipsis ac dicto conventui et dicto Egidio de Straten quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando, promittentes dicti Willelmus et frater Johannes divisi, videlicet dictus Willelmus super omnia et habenda pro una tercia parte dicte tercie partis et dictus frater Johannes sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, pro duabus terciis partibus eiusdem tercie partis, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Theoderici de Strathen ac suorum heredum deponere. Promisit insuper dictus frater Johannes sub obligatione premissa omnes obligationem et impetitionem ex parte dicti conventus ac omnium conventualium eiusdem conventus, presencium et futurorum, deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum XVI$^{ta}$ maii, tercia post Cantate.

R1271, fol. 381v-382r
16 mei 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Lambertus et Arnoldus, fratres, liberi quondam Engberti dicti van den Hezeacker, duas quartas partes ad ipsos, ut dicebant, spectantes in quodam manso, olim dicti quondam Engberti, sito in parochia de Haren, ad locum dictum Belveren, ad locum dictum Aen de Hezeacker, atque in iuribus et attinentiis eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, simul eciam in quibuscumque bestiis et pecoribus ad et supra eundem mansum existentibus, prout et quemadmodum premissa omnia et singula ad dictum quondam Engbertum pertinere consueverant et idem Engbertus in eisdem decessit, demptis tamen de premissis et prolibus legitimis quondam Goeswini de Beeck, ab eodem quondam Goeswino et Margareta, sua secunda uxore, filia dicti quondam Engberti, pariter genitis, reservatis duabus peciis terre pascualis, sitis in dicta parochia de Haren, ad locum predictum, Belveren vocatum, iuxta repagulum ibidem, dictum den dreyboem, atque tercia parte cuiusdam prati, siti in palude dicta Int Noirtbroeck, iuxta tenorem cuiusdam instrumenti desuper confecti, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Beatrici, filie dicti quondam Engberti van den Hezeacker, et Petro Toelinc, filio quondam Ghiselberti Toelinc, simul cum toto iure ipsis seu eorum alteri quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex dicto manso et eius attinentiis predictis plus fore solvendum quam onera infrascripta, videlicet unus grossus antiquus census fundi domino duci, dimidius grossus antiquus domino de Bucstel, unus grossus antiquus vel circiter iuratis in Haren, item adhuc unus grossus antiquus vel circiter domino de Braken, item due et dimidia libre pagamenti cuidam Hospitali Pauperum Virorum, sito in Buscoducis, ad locum dictum Opten Papenhuls, item due libre pagamenti Pauperibus Domesticis Tronci iuxta capellam sancte Barbare in Buscoducis, item unum sextarium siliginis conventui de Porta Celi prope Buscumducis, atque hereditaria pactio duorum modiorum siliginis Thome, filio quondam Henrici Maess., annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebant, aut si dictis Beatrici et Petro de dicto manso et eius attinentiis predictis imposterum iuridice aliquid evinceretur, quod dicti Lambertus et Arnoldus hoc plus et dampna ex huiusmodi evictione evenientia

simul cum dictis Beatrici et Petro portabunt et portare tenebuntur, videlicet quivis eorundem Lamberti et Arnoldi pro una quarta parte absque dolo, salva tamen dicto Arnoldo et sibi reservata sua hereditaria pactione quinque et dimidii modiorum siliginis, sibi hodierna die a Beatrice et Petro predictis promissa iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum, ut dicebant.
Testes Raess. et Berkel, datum XVI$^{ta}$ maii, tercia post Cantate.

R1271, fol. 382r
16 mei 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Dicti Beatrix et Petrus promiserunt ut debitores principales indivisi se daturos et soluturos dicto Arnoldo hereditariam pactionem quinque et dimidii modiorum siliginis mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis trahituram de et ex dicto manso et eius attinentiis predictis, tali annexa conditione quod dictus Arnoldus dictam pactionem in toto vel in parte non vendet, alienabit, obligabit nec alicui supportabit, nisi prius habuerit prolem legitimam, ad annos pubertatis deventam et alias non, ymmo si idem Arnoldus absque huiusmodi prole legitima obierit, quod tunc dicta pactio ad proximiores heredes eiusdem Arnoldi protunc viventes iure hereditario succedet et devolvetur; eciam condionata est quod postquam dicti Beatrix et Petrus pro dicta pactione ad et supra alia bona contrapignora infra opidum de Buscoducis aut eius villicationem consistentia, ducentos et viginti florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in moneta iam currente pro quolibet computando, in alios redditus seu census hereditarios ad opus dicti Arnoldi applicaverint seu supra eundem Arnoldum hereditarie firmari fecerint, quod eum facere poterint de consilio et beneplacito tamen Arnoldi et proximorum de sangwine *(sic)* eiusdem Arnoldi et alias non, quod tunc inantea et non prius, iidem Beatrix et Petrus ac dictus mansus cum suis attinentiis a solutione dicte pactionis erint quiti et penitus exonerati, hoc tamen salvo quod huiusmodi census seu redditus sic firmandus sapiet eandem naturalem cum pactione predicta videlicet quod non posset vendere, alienare, nisi in casu pretacto, omnino iuxta tenorem condicionis pretacte, prout dictus Arnoldus hoc palam recognovit et super omnia dicto Lamberto, Beatrici et Petro ad opus eorum et ad opus aliorum interesse habentium promisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 382r
17 mei 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum Gerardus de Heessel et Adriana, eius uxor legitima, relicta quondam Petri de Zittart, filii quondam Wolteri de Zittart, usufructum dicte Adriane, ut dicebant, competentem in hereditaria pactione septem modiorum siliginis mensure de Oirle, quam pactionem Johannes, filius quondam Gevardi Stevenss., promiserat se daturum et soluturum Woltero, filio quondam Henrici dicti de Zittart, anno quolibet hereditarie Purificationis et in parochia de Oirle traditurum ex quadam hereditate, dicta dat Westerlaer, sita in parochia de Oirle, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Johannis predicti ex alio; item ex pecia terre, dicta die Loeker, octo lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, inter hereditatem Marcelii dicti Elyaes ex uno et inter hereditatem Margarete, relicte quondam Bartholomei dicti Rutgers, et eius liberorum ex alio; item ex pecia terre, dicta den Even Driesch, sita ibidem; item ex domo, area, horreo, ovili et hereditatibus sibi adiacentibus, dictis die Vlutt, sitis ibidem, inter hereditatem primodicti

Johannis ex utroque; item ex pecia terre, partim mericalis et partim pascualis, etiam die Vlut vocata, sita ibidem, inter hereditatem Arnoldi van den Valgaet ex uno et inter hereditatem primodicti Johannis alias undique adiacente, legitime supportassent Barbare, filie naturali quondam Petri de Zittart predicti, prout in litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Barbara cum tutore dictam pactionem septem modiorum siliginis hereditarie supportavit Willelmo de Zittart, filio quondam Marrcelii de Zittart, simul cum dictis litteris, aliis, instrumento et iuribus occasione, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Petri de Zittart ac suorum heredum deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum XVII[a] maii, quarta post Cantate.

R1271, fol. 382r-382v
18 mei 1503
Jan Back en Raas Raassen

Christianus, filius quondam Gerardi Bollenss., hereditarie vendidit Johanni de Baecx, filio quondam Johannis de Baecx, hereditarium censum trium librarum monete, solvendum anno quolibet hereditarie Pentecostes et pro primo solutionis termino a Pentecostes proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area et orto dicti venditoris, sitis in parochia de Bucstel, ad plaetsam ibidem, inter hereditatem Adriani dicti Emmen ex uno et inter hereditatem Martini dicti Thonis ex alio, tendentibus a dicta plaetsa ad quoddam vinarium, ad dominum de Bucstel spectans, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetititionem deponere, exceptis censu fundi ad unum oirtkinum ascendente domino de Bucstel, ac hereditario censu sex et dimidi librarum monete Mense Sancti Spiritus in Bucstel, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Back et Raess., datum XVIII[a] maii, quinta post Cantate.

R1271, fol. 382v
23 februari 1504[68]
Jan Monix en Gerlach de Rover

Dictus Johannes dictum censum trium librarum hereditarie supportavit mihi ad opus Hospitalis Pauperum Virorum fundationis quondam Jacobi uuyter Oisterwyck, siti in Buscoducis, iuxta capellam sancti Georgii, cum litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salva tamen dicto venditori sua potestate redimendi censum predictum, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum.
Testes Monix et Roever, datum XXIII[a] februarii.

R1271, fol. 382v
18 mei 1503
Jan Back en Raas Raassen

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX[ti] octo stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum

[68] *deze datum is gereconstrueeerd aan de hand van de ondertekenende schepenen*.

censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus *(aldus, handelende partij ontbreekt)* hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 382v
20 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Cornelius, filius quondam Petri dicti van der Meer, hereditarie vendidit Johanni Teyt, pannicide, filio quondam Petri Teyt, hereditarium censum unius et dimidii florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, solvendum hereditarie Penthecostes et pro primo solutionis termino a Penthecostes proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendum de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, novem lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Haeren, ad locum dictum Aen de Haren Zijde, inter hereditatem Wolteri dicti van den Loo ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Johannis Smeets ex alio, tendentibus ab hereditate Wolteri Peterss. ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem Johanne, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi et hereditaria pactione duorum modiorum siliginis mensure de Oisterwyck, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XX$^{a}$ maii, sabbato post Cantate.

R1271, fol. 382v
20 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti tribus consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes, emptor, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Cornelio, venditori, repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 382v
*deze akte is onvolledig*

Alsoe Jan van den Broeck, anders geheten Coeck, alhier voir scouthet ende scepenen in recht dingechtich etc.

R1271, fol. 383r
20 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Jan van den Broeck, anders geheiten Coeck, alsulkenen signett van contumacien als hij alhier vercregen heeft op Katherijnen, weduwe wilneer Lonijs van den Velde, ten ocsuyne van gebreke van betalinge van seven ende enen halven Rijnsgulden ende drie stuvers, die de voirs. Jan heyssende is nae inhoude van den signett dair op gegeven, heeft hij wittelic

opgedragen Jannen, zoen wilneer Jans van den Bosch, tsamen metten alinge recht, hem in den voirs. signett ende andere besceyde dairaf wesende, toebehoerende, metgaders oick allen die costen daer op geloepen ende alle andere recht dat hij ten ocsuyne voirs. opte voirs. Katherijne mach hebben, ende heeft helmelinge dat overgegeven in manieren in dien gewoentlic.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 383r
22 mei 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Symon, filius Johannis Wytensoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Heilwigis, sue uxoris, filie quondam Henrici Glavymans, hereditarie vendidit Egidio, filio quondam Ludovici dicti Lodewychss., hereditariam pactionem trium sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Servacii episcopi, et in Helvoert tradendam de et ex una sextariata terre vel circiter, sita in parochia de Helvoirt, iuxta plateam, dictam die Moelenstraet, inter hereditatem Petri Storyman, filii quondam Henrici, ex utroque latere, tendente a communi platea ad paludem, dictam dat Noirtbroeck; item adhuc ex una sextariata terre vel paulo minus, sita in dicta parochia, prope molendinum venti ibidem, inter hereditatem liberorum quondam Wolteri van den Staeck ex uno et alias undique ad communem plateam adiacente; insuper ex dimidio bonario prati vel circiter, sito in dicta parochia, in loco dicto dat Oirtbroick, inter hereditatem olim ad liberos quondam Henrici van den Staeck spectantem ex uno et inter hereditatem olim Johannis de Haren, nunc vero Lamberti Millinc, ex alio, tendente ab hereditate Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ad hereditatem Johannis Demars et quorundam aliorum; item item adhuc ex quarta parte ad dictum venditorem spectante in adhuc duobus bonariis prati, sitis ibidem, inter hereditatem Petri Storymans ex uno et inter hereditatem Godefridi dicti Artss. et quorundam aliorum ex alio, tendente ab aqua, dicta die Aa, ad hereditatem Gerardi van den Staeck et Elisabeth dicte Brocken, vidue, et eius liberorum, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi et hereditaria pactione dimidii modii siliginis, exinde prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XXII$^{da}$ maii, secunda post Vocem.

R1271, fol. 383r-383v
23 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Thomas, filius quondam Goeswini Maess., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Ghiselberti van der Lijnden, hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Godefridi van der Stappen, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter, et in Buscoducis libere tradendam de et ex pecia terre, dicta die Haghe, tres lopinatas terre vel circiter continente, dicti venditoris, sita in parochia de Oirscot, in pastoria de Verrenbest, inter hereditatem Johannis, filii quondam Ghiselberti van der Lynden predicti, ex uno et inter hereditatem Theoderici Goessens et Thome Claess. ex alio, tendente a communi stega ad hereditatem Nycolai de Delft; item adhuc ex quodam prato, dicto den Neerbeempt, unum bonarium vel circiter continente, sito in parochia et pastoria predictis, inter hereditatem liberorum Beertkini van den Spiker ex uno et inter hereditatem Wolteri, filii quondam Bartholomei van Beerwinckel,

ex alio, tendente ab hereditate Johannis, filii quondam Petri Haecxs., ad hereditatem Petri, filii domini Rutgeri van den Laeck, presbiteri, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, et uno modio siliginis hereditarie pactionis ex dicto prato, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXIII[a] maii, tercia post Vocem.

R1271, fol. 383v
23 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum triginta sex et dimidio peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 383v
24 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Willelmus, filius quondam Willelmi de Kuyck, et Lambertus, filius quondam Lamberti dicti Hollarts, tinctor, promiserunt indivisi super omnia et habenda mihi ad opus Wolteri Oems viginti duos florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Domini proxime futuro et mediatim a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos, occasione emptionis cuiusdam braxatorii, dicti brouwegetouwe, ut dicebat.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXIIII[ta] maii, quarta post Vocem.

R1271, fol. 383v
24 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Willelmus promisit super omnia et habenda dictum Lambertum et eius bona de promissione atque dampnis indempnem servare.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 383v-384r
24 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Willelmus, filius quondam Bartholomei Quattels, Johannes Reynerszoen, Petrus Martenssoen, Henricus, filius quondam Johannis Everitszoene, et Wellinus Last, filius quondam Arnoldi, promisissent ut debitores principales indivisi se daturos et soluturos Johanni Pynappel, filio quondam Boudewini, hereditarium censum octo florenorum Renensium, XX[ti] stuvers nunc per ducem Philippum, archiducem Austrie, monetatos, vel valorem eorundem in alia bona et equivalenti pecunia valuata pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie Servacii episcopi ex quodam campo terre paludialis, unum et dimidium iugera vel circiter continente, dicti Willelmi, sito in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Heze; item ex omnibus et singulis bonis, mobilibus,

immobilibus, hereditariis atque paratis, dicti Johannis Reyners, habitis et habendis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis aut reperiendis; insuper ex domo, area et orto dicti Petri, sitis in Buscoducis, in vico Hynthamensi; insuper ex quodam campo terre paludialis dicti Henrici, filii quondam Johannis Everits, duo iugera vel circiter continente, sito in parochia de Roesmalen, in loco dicto Heze; insuper ex medietate domus, aree et orti dicti Wellini, sitorum in Buscoducis, in vico Orthensi, cumque dictus Johannes Pynappel palam recognovisset et super omnia et habenda dictis Willelmo, Johanni, Petro, Henrico et Wellino repromisisset quod iidem Willelmus, Johannes, Petrus, Henricus et Wellinus dictum censum redimere et acquitare possent perpetue simul et semel cum centum et viginti uno cum dimidio peters, XVIII stuvers, nunc per ducem Philippum, archiducem Austrie, monetatos, vel valorem eorundem in alia bona et equivalenti pecunia secundum eandem valuationem pro quolibet computando, et cum censu et arrestadiis, et cum dicti Willelmus, Johannes, Petrus, Henricus et Wellinus adhuc promississent ut debitores principales indivisi se daturos et soluturos Johanni Pynappel, filio quondam Boudewini, quoad eius usufructum, necnon Willelmo, et Johanni, fratribus, Marie et Christine, sororibus, liberis dicti Johannis, quoad eorum ius hereditarium, hereditarium censum sedecim et dimidii florenorum Renensium consimilium anno quolibet hereditarie Servacii episcopi ex tribus iugeribus terre vel circiter, sitis in parochia de Hees, in loco dicto die Raect, simul ex edificiis, videlicet duabus domibus, caulis, horreis ac ovilibus aliisque structuris desuper stantibus et constructis, sitis ibidem; item ex medietate sex vasatarum terre arabilis, dictarum Joesten Kempken, sitarum in parochia et loco predictis; item adhuc ex medietate duarum streparum sibi mutuo lateraliter coadiacentium, sitarum in parochia et loco predictis, cumque dictus Johannes Pynappel pro se ac nomine et ex parte dictorum eius liberorum palam recognovisset et super omnia et habenda dicto Willelmo, Johanni, Petro, Henrico et Wellino repromisisset quod idem Willelmus, Johannes, Petrus, Henricus atque Wellinus dictum censum redimere possent perpetue cum ducentis et sexaginta consimilibus peters et cum censu et arrestadiis, prout hec omnia in diversis litteris scabinorum de Buscoducis super hoc confectis plenius continentur, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Johannes Reynerssoen, Wellinus Last et cum eis Johannes, filius quondam Godefridi de Lytt, pellifex, Willelmus, filius quondam Johannis Meeuszoene, et Godefridus de Bladel palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda Willelmo de Achel promiserunt quod ipsi dictos census octo necnon sedecim et dimidii florenorum Renensium infra hinc et festum Servacii episcopi proxime futurum rediment et redimere tenebuntur aut tantum facient, quod supradicte littere scabinales de dictis censibus mentionantes cassatas tradentur dicto Willelmo de Achel aut saltem in eius presencia rumpentur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 384r
*deze akte is onvolledig*

Domicella Agnes, relicta quondam Arnoldi de Campen, et Martinus, eius filius, cum tutore, particulam prati, sitam in parochia de Zoemeren, ad locum dictum Op geen Colcken, inter hereditatem Gerardi et Theoderici, fratrum, et Heilwigis, eorum sororis, liberorum quondam Mathei, filii quondam Gerardi van den Hout, ex uno et inter hereditatem Deynaldi Heynselmans ex alio, tendentem ab aqua, dicta die Aa, ad hereditatem Jacobi de Fine et quorundam aliorum, ut dicebant, hereditarie vendiderunt michi ad opus dictorum Gerardi et Theoderici, fratrum, et Heilwigis, eorum sororis, ab eisdem, promittentes cum tutore super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi si quis exinde foret solvendus.

R1271, fol. 384v-385r
26 mei 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel
*deze akte is niet geïngrosseerd*

Condt ende kenlic zij enenyegelycken, alsoe Willem Meeus Quattelssoen, Jan Reynerssoen, Peter Martenssoen, Henrick Jan Everitssoen ende Wellen Last Arntssoen hadden geloeft als sculders principael onversceiden te geven ende te betalen Jannen Pynappel Boudewijnssoen enen erfchijns van acht Rijnsgulden, twentich stuvers oft die werde dair voir in anderen gevalueerden pennningen voir elcken der voirs. Rijnsgulden, alle jair erflic in den hoichtyde sinte Servaes bisscops van ende uuyt versceiden hoeren gueden; item hadden noch die voirs. Willem, Jan, Peter, Henrick ende Wellen geloeft te geven ende te betalen den voirs. Jannen Pynappel als tot zijnren tochten ende tot behoeff zijnren kijnderen als tot hoeren erfrecht enen erfchijns van sestien ende enen halven dergelijcke Rijnsgulden, alle jair erflic ten voirs. termyne van ende uuyt hoeren versceyden onderpanden, gelyc in versceiden scepenenbrieven van den Bosch dair op gemaect volcomentliker is begrepen, soe zijn gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirs. Wellen Last ende Jan Reyners ende Willem Jan Meeussoen, Jan van Lyt Goyartssoen, bontwerker, ende Goyart van Bladel ende hebben malcanderen bekent ende beleeden, te wetene in den iersten dat zij die principael hoefpenningen, dairmede men die voirs. chynsen van acht ende XVI ½ Rijnsgulden lossen mach, onder hebben, te wetene elck van hen het vyfte gedeelte, gedragende tseventich dergelycke Rijnsgulden; item dat zij, Wellen, Jan, Willem ende Jan van Lytt, te wetene elck van hen zijn voirs. vyfte gedeelte, te wetene tseventich dergelijcke Rijnsgulden, tsamen metten vyfte gedeelt van den jairchynsen die tot sinte Servaesdaige naestcomende ter cause van den voirs. chijnsen zullen verschynen, sullen brengen ende leveren in handen des voirs. Goyarts van Bladel tusschen dit ende den iersten daige der maent van meye naestcomende, ende oft dair inne gebreck geviele ende elck van hen voir den voirs. daige van meye zijn voirs. LXX Rijnsgulden, tsamen metten voirs. vyfte gedeelt der voirs. jairchynsen, in handen des voirs. Goyarts nyet gebracht en hedde, dat diegene dair aen gebreck weer, alsdan vervallen zall wesen in der betalinge van den geheelen voirs. jaerchijsen, ten voirs. naestcomende sinte Servaesdaige van den voirs. chijnsen verschijnende, ende nyettemin dieselve zijn voirs. LXX Rijnsgulden, tsamen metten scaide die bij zijnen gebreke comen muchte, voir denselven toecomende sinte Servaesdage sculdich wesen aen te leggen, ende alsoe dat den anderen die voir denselven iersten daige van meye, als voirs. is, aengeleegt hebben, daeraf voir den toecomende tijde egenen scaide en come in ennigen toecomene tijden; item dat oick die voirs. Goyart zijn vyfte gedeelte van den voirs. principael hoetpenningen, te wetene LXX dergelijcke Rijnsgulden, tsamen metten voirs. vyfte gedeelt van den voirs. jairchijnsen, by de penningen voirs. die hy, als voirs. is, sal hebben ontfangen, sculdich sal wesen dair bij te leggen ende die tsamen al bekeren totter aflegginge der voirs. chijnsen ende leggen onder scepenen goets tijts voir den voirs. sinte Servaesdach oft zoe se des overdragen zullen, sonder dair inne gebreck te laten vallen, opte verbuerte als voir, sonder argelist, ende hebben alsoe geloeft die voirs. Wellen, Jan, Willem Jan Meeuss., Jan van Lytt ende Goyart van Bladel op verbijntenissen van hoeren gueden, hebbende ende vercrigende, deen den anderen als dat zij ende elck van hen zoe verre hem aengaet die voirs. bekentenisse ende belijdenisse malcanderen vast houden, getrouwelic doen ende metten werc volbrengen zullen, sonder argelist.
Testes Brecht et Berkel, datum XXVI$^{ta}$ maii, sexta post Vocem.

R1271, fol. 385r
27 mei 1503
Jan Back en Peter de Borchgreve

Jacobus die Witte, filius quondam Hugonis, hereditarium censum undecim aureorum florenorum, andriesgulden communiter vocatorum, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in alia pecunia protunc in Buscoducis ad bursam communiter currente pro quolibet huiusmodi aureo floreno computando, solvendum hereditarie prima maii ex domo, area et orto inhabitationis Johannis, filii quondam Arnoldi Geritssoen de Vladeracken, necnon ex quadam alia domo et area, olim Johannis de Ham, depost vero dicti Johannis, filii quondam Arnoldi Geritssoen, ibidem lateraliter coadiacentibus, sitis in Buscoducis, ad vicum Vuchtensem, inter hereditatem Arnoldi Voegels alias de Vucht ex uno et inter hereditatiem Johannis Pels Peterssoen ex alio, necnon ex iuribus et attinentiis premissorum singulis et universis, quem censum predictum dictus Jacobus erga Johannem, filium quondam Arnoldi Egenssoen, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Hermanno Collart, tinctori, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Back et Borchgreve, datum XXVII$^{a}$ maii, sabbato post Vocem.

R1271, fol. 385r
27 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Henricus de Donckersvoirt, filius quondam Godefridi, annuum et hereditarium redditum octo florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in alia pagamento tempore solutionis communem cursum habente pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie Pasche, quem redditum predictum dictus Henricus erga opidum de Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris magno sigillo dicti opidi sigillatis super hoc confectis plenius continetur, legitime et hereditarie supportavit Johanne, sue filie legitime, uxori legitime Ghiselberti de Hulst, ad opus sui et ad opus liberorum legitimorum eiusdem Johanne, ab eadem Johanna quoad eius usufructum et a dictis suis liberis legitimis quoad ius hereditarium post mortem dicti Henrici de Donckersvoirt et non prius habendum et possidendum, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 385v
27 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Henricus, filius quondam Godefridi de Donkersvoirt, hereditarium censum duodecim aureorum florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, computando in hiis denarios, dictos dobbel vueryseren, ad duos stuferos et sic de aliis monetis nae advenande, solvendum hereditarie Pasche ex campo terre, tria et dimidium iugera terre vel circiter continente, sito in parochia de Maren, in loco dicto In die Deelen, inter hereditatem Johannis Scilders ex uno et inter hereditatem quondam Goeswini Heym ex alio; item ex duobus iugeribus terre, sitis in parochia de Kessel, ad locum dictum Opten Vorsten Eerdt, inter hereditatem heredum quondam Ghiselberti Geritssoen ex uno et inter hereditatem pauperum de Kessel ex alio; item ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, decem iugera terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Orthen, ad locum dictum Opten Start, inter aquam dictam die Wyel ex uno et inter hereditatem heredum quondam Willelmi Luedinck ex alio, atque ex duabus cameris et earum fundis sibi adiacentibus, sitis in Buscoducis iuxta Portam Captivorum, inter hereditatem heredum

quondam Beatricis Paedze ex uno et inter hereditatem cuiusdam domini Petri, presbiteri, ex alio, quem censum dictus Henricus erga Johannem, filium quondam Johannis Goyartss. de Hees, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanne, sue filie legitime uxorique legitime Ghiselberti de Hulst, ad opus sui et ad opus liberorum legitimorum eiusdem Johanne, ab eadem Johanna quoad eius usufructum et a dictis suis liberis legitimis quoad ius hereditarium post mortem dicti Henrici de Donckersvoirt et non prius habendum et possidendum, simul cum dictis litteris**,** habendum et possidendum, simul cum dictis litteris et iuribus *(sic)*, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVII[a] maii, sabbato post Vocem.

R1271, fol. 385v-386r
27 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Henricus hereditarium censum sex librarum monete, solvendum hereditarie Remigii confessoris ex duabus peciis terre, sitis in parochia de Berlijkem, quarum una, dicta dat Meerackerken, inter hereditatem investiti de Berlijkem ex uno et inter hereditatem Henrici, filii quondam Jacobi uuyter Hasselt, ex alio, et altera inter hereditatem Johannis dicti Noppen ex uno et inter hereditatem dicti Jacobi ex alio situate sunt, atque ex medietate cuiusdam prati, dicti den Hangbeempt, siti in dicta parochia, in loco dicto In die Hasselt, inter hereditatem Jacobi van den Yevelaer ex utroque latere, necnon ex tribus lopinatis terre siliginee, sitis ibidem, ad finem iamdicti prati, inter hereditatem dicti Jacobi van den Yevelair ex uno et inter hereditatem dicti Henrici, filii quondam Jacobi uuyter Hasselt, ex alio, quem redditum predictum dictus Henricus erga Lambertum, filium quondam Johannis Pouwelssoen, pistorem, Ghysbertum, filium quondam Johannis die Olysleger, Johannem, filium quondam Theoderici de Luet, tamquam magistros fabrice capelle sancti Cornelii, Petrum, filium quondam Willelmi Engbertss., Lambertum Naet, Judocum Mols, Wolterum Koecx et Johannem, filium quondam Arnoldi Moykens, tamquam magistros fabrice capelle sancti Anthonii, Henricum, filium quondam Lamberti Philipssoen et Symonem, filium quondam Wolteri die Valkenere, tamquam magistros fabrice capelle sancti Eligii, sitarum in Buscoducis, acquisierat, prout in litteris, legitime et hereditarie supportavit dicte Johanne ad opus sui et ad opus dictorum suorum legitimorum legitimorum (*sic*) ab eadem Iohanna quoad eius usufructum et a dictis suis liberis legitimis quoad ius hereditarium post mortem dicti Henrici et non prius habendum et possidendum, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens per totum ut iam supra.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 386r
27 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Henricus de Donckersvoirt, filius quondam Godefridi, pannicida, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Remigii confessoris et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus Wolteri, filii quondam Gerardi Janss. van Drongelen, sitis in parochia de Waelwijc, inter hereditatem heredum quondam Johannis Geritssoen ex uno et inter hereditatem Adriani de Ghent ex alio, quam pactionem predictam dictus Henricus erga dictum Wolterum, filium quondam Gerardi Janss., emendo acquisierat, prout in litteris,

hereditarie supportavit dictis Johanne et eius liberis legitimis post mortem dicti Henrici habendam, per totum ut iam supra, promittens ut supra.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 386r
27 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Henricus, filius quondam Godefridi de Donckersvoirt, pannicida, hereditarium censum unius aurei floreni Renensis, XX$^{ti}$ stuvers monete, olim ducum Philippi aut Karoli, aut valorem eorundem in alio pagamento pro eodem computando, solvendum hereditarie Nativitatis Domini ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, unam modiatam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Druenen, inter hereditatem liberorum quondam Johannis Lambrechss. ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Mathei Janss. ex alio, quem censum dictus Henricus erga Adrianum, filium quondam Johannis die Vrieze, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit dictis Johanne et eius liberis legitimis omnino ut iam supra cum litteris et iuribus, promittens ut supra.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 386r
27 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Henricus hereditarium censum unius floreni Renensis, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in alia pagamento pro eodem computando, estimando in huiusmodi solutione denarios, dictos tdobbel vueryseren, ad duos et dimidium stuferos, et alios denarios nae advenande, solvendum anno quolibet hereditarie Purificationis de et et (*sic*) ex domo, area, orto ac hereditatibus predictis ut in iam precedenti contractu, quem censum dictus Henricus erga dictum Adrianum emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit dictis Johanne et eius liberis omnino ut iam supra simul cum litteris et iuribus, promittens ut supra.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 386r
27 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Henricus, filius quondam Godefridi de Donckersvoirt, pannicida, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex quodam campo terre, duo iugera terre vel circiter continente, Gerardi van der Coeveringen, filii quondam Gerardi, sito infra libertatem opidi de Buscoducis retro Hyntham, inter hereditatem dicti Gerardi van der Merendonck et conventus de Porta Celi ex uno et inter hereditatem olim Johannis Pels, nunc quorundam aliorum ex alio et uno fine uno (*sic*); item adhuc ex quodam alio campo terre, duorum iugerum vel circiter, Gerardi et Johannis, fratrum, filiorum quondam Gerardi, filii dicti quondam Gerardi van der Coeveringen, ibidem finaliter adiacentibus, quem censum predictum dictus Henricus erga dictos Gerardum van der Coeveringen necnon Gerardum et Johannem, frates, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit dictis Johanne et eius liberis omnino ut supra simul cum dictis litteris et iuribus, promittens per totum ut supra.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 386v
27 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Henricus, filius quondam Godefridi de Donckersvoirt, hereditariam pactionem novem lopinorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto, sex vasatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Geffen, ad locum dictum Aen de Wycksche straet, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno et inter hereditatem Ambrosii Arntss. ex alio; item ex pecia terre, tres vasatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, ad locum dictum den Hamme, inter hereditatem liberorum quondam Henrici die Coster ex uno et inter hereditatem Theoderici Willemss. ex alio, quam pactionem predictam dictus Henricus erga Petrum, Beatricem et Margaretam, liberos quondam Johannis, filii quondam Hermanni de Zochel, emendo acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Heilwigi, filie quondam Wolteri Spierincx de Gemart, relicteque quondam Henrici, filii Henrici Willemss., necnon Johanne, filie dicti Henrici de Donckersvoirt, ad opus eorum et ad opus liberorum legitimorum eiusdem Johanne, a dicta Heilwige quoad eius usufructum et quamdiu in humanis vixerit et non ultra, et a dictis Johanna et suis liberis quoad ius hereditarium post mortem supradicti Henrici de Donckersvoirt habendum et possidendum, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVII[a] mai, sabbato post Vocem.

R1271, fol. 386v
27 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Ghiselbertus de Hulst et Johanna, eius uxor legitima, filia Henrici, filii quondam Godefridi de Donckersvoert, promiserunt ut debitores principales indivisi super omnia et habenda dicto Henrico, filio quondam Godefridi de Donckersvoert, ad opus sui et ad opus liberorum legitimorum eiusdem Johanne, atque ad opus Johannis Wyntkens, Zeberti Henricxsoen van der Westerlaken et Godefridi de Dueren Jacopssoen, quod ipsi Ghisbertus et Johanna huiusmodi bona hereditaria que ipsis ex parte dicti Henrici de Donckersvoert ex causa supportationis via testamentarie ordinationis aut iure successionis eiusdem Henrici adhuc advolvenda sunt, in toto vel in parte quocumque tempore futuro non vendent, alienabunt, transportabunt necnon aliquo modo impignorabunt, nisi in presentia et de expressis consensu et voluntate Johannis Wyntkens, Zeberti et Godefridi predictorum aut maioris partis eorundem, et alias non.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 386v
27 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Henricus promisit super omnia et habenda dicto Johanni Wyntkens tricentos florenos Reneneses, XX[ti] stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, pro una quinta parte Remigii confessoris, pro alia quinta parte Pasche proxime futura (*sic*), pro tercia quinta parte a Remigii proxime futuro ultra annum, pro quarta quinta parte a Pasche proxime futuro ultra annum et pro quinta quinta parte a Remigii confessoris proxime futuro ultra duos annos persolvendos.

Testes, datum supra.

R1271, fol. 387r
29 mei 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Johannes van den Wygart Gielissoen dedit Cornelio Broeders Goyartss. potestatem et mandatum speciale sua bona omnia et singula infra opidum Antwerpiense aut eius villicationem solvenda aut reperienda, vendenda, emptoribus desuper firmam facienda in omnibus et per omnia, prout iuris exegerit ordo, simul cum promissione ratihabitionis, ut in forma.
Testes Brecht et Berkel, datum XXIX[a] maii, secunda post Exaudi.[69]

R1271, fol. 387r
30 mei 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Magister Arnoldus die Best, cirurgicus, dedit Cornelio Willemss., suo famulo, potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Back et Berkel, datum penultima maii, tercia post Exandi.

R1271, fol. 387r
31 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Petrus, filius quondam Jacobi Roelofssoen, hereditarie vendidit Philippo de Geldrop, filio naturali quondam Philippi de Geldrop, domini temporalis, dum vixit, de Geldrop, ad opus sui quoad eius usufructum et ad opus suorum liberorum, ab ipso Philippo et quondam Johanna, sua prima uxore, filia quondam Johannis Loexkens, pariter genitorum, quoad eorum ius hereditarium, hereditarium censum trium peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] octo stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter et in Buscoducis absque omni onere precarie ceterisque oneribus et exactionibus libere tradendum de et ex domo, area, horreo et orto ac decem lopinatis terre, necnon dimidio bonario terre vel circiter, sibi mutuo adiacentibus, sitis in parochia de Erpe, ad locum dictum Aen dAstart, inter hereditatem Aleidis, relicte quondam Henrici de Vaerlaer, et eius liberorum ex uno et inter communitatem ibidem ex alio et fine uno, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem Alardi, filii quondam Johannis van den Berken; item ex medietate ad dictum venditorem spectante in tribus bonariis prati, sitis in dicta parochia de Erpe, ad locum dictum Int Lijnt, inter hereditatem Goeswini Lucass. ex uno et inter communitatem ibidem, dictam die Lijnt, ex alio et fine uno, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem Godefridi Lemmens, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tredecim lopinis siliginis mensure de Erpe atque censu fundi ad quatuor et dimidium stuferos ascendente, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.

[69] *onder deze akte*: Ingrossata est sub lingua vulgari.

Testes Berkel et Borchgreve, datum ultima maii, quarta post Exaudi.

R1271, fol. 387r-387v
31 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Henricus, filius quondam Henrici Houtloecx, domum, aream, ortum ac hereditates sibi adiacentes, olim Arnoldi Houtloecx, filii quondam Mathie, sitos in parochia de Zonne, inter hereditatem Willelmi Verkeman ex uno et inter communem plateam, dictam die Dommekaetsche straet, ex alio, tendentes a Dommella ibidem fluente ad communem plateam, quos domum, aream, ortum et hereditates predictos dictus Henricus, filius quondam Henrici Houtloecx, unacum certis aliis bonis et hereditatibus erga Marcelium de Kryeckenbeeck per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus conventus fratrum Cruciferorum, siti in Buscoducis, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione premissorum sibi, ut premittitur, supportatis, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa quod ipse huiusmodi hereditarium censum sedecim florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, quem Arnoldus sDekens, filius quondam Henrici, emptor bladorum, erga Arnoldum Houtloecxs predictum et Ghysbertum Houtloecx, filium quondam Henrici, emendo acquisierat, et ex premissis et predictis aliis bonis solverendum habere consueverat iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur exnunc deinceps sic et taliter quod dicto conventui ad et supra se et domum, aream, ortum et hereditates predictos ac reliqua eorum bona dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Berkel et Borchgreve, datum ultima maii, quarta post Exaudi.

R1271, fol. 387v
31 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Arnoldus, filius quondam Mathie Houtloecx, ad opus Symonis de Gheel molendinum venti, situm in parochia de Doernen, item mansum quendam, dictum den Blinckhellinck, situm in eadem parochia, ad locum dictum Bruheze, in iurisdictione de Vlierden, item quoddam pratum, dictum dat Arenbroeck, situm in eadem parochia, ad locum dictum Lyessel, item mansum quendam, situm in parochia de Roesmalen, item insulam quandam, sitam in parochia de Maren, item domum et aream ac hereditates, sitas in Buscoducis, ad finem vici Hynthamensis, inter hereditatem Henrici Kuylen ex uno et inter hereditatem Anthonii Steenwech ex alio, erga Henricum Bredebairt per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo aquisivisset, et cum deinde dictus Symon de Gheel dumtaxat dictum mansum in Roesmalen cum suis iuribus et attinentiis necnon cum bestiis et pecoribus ac aliis bonis mobilibus et paratis inibi existentibus et reperiendis, insuper domum et aream ac hereditates in Buscoducis, opt Hynthamer Eynde situatas, hereditarie supportasset Theoderico, filio quondam Nycolai Coel die Bever, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis iamdictus Theodericus dumtaxat domum, aream et hereditates iamdictas, opt Hynthamer Eyndt situatas, hereditarie supportavit michi ad opus dicti conventus, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 387v
29 maart 1504
Gerlach de Rover en Matthijs Brugmans

Domini Johannes Bem, prior, et Ghijsbertus Toelinc, procurator, dicti conventus, dictas domum, aream et hereditates opt Hijnthamer Eijnde consistentes, hereditarie supportaverunt Gerardo, filio quondam Arnoldi Wijnen, cum litteris aliis et iuribus, occasione, promittentes sub obligatione omnium bonorum eiusdem conventus ratam servare, obligationem ex parte dicti conventus deponere.
Testes Roever et Brugman, datum XXIX marcii, sexta post Iudica.[70]

R1271, fol. 387v-388r
31 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Theodericus, filius quondam Nycolai dicti Coel die Bever, necnon Johannes et Henricus, fratres, liberi quondam Henrici dicti Houtloecx, hereditarium censum viginti aureorum florenorum, overlens Rijnsgulden communiter vocatorum, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in alio pagamento pro quolibet computando, solvendum hereditarie Geertrudis virginis ex domo, area et orto Ghysberti, filii quondam Henrici Houtloecx, sitis in parochia de Broegel, inter hereditatem Lodovici Joirdens ex uno et inter hereditatem Everardi, filii quondam Johannis Martens, ex alio; insuper ex prato eiusdem Ghysberti, sito ibidem, in loco dicto dWinckel, inter aquam, dictam die Beke, ex uno et inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Thome Joirdens, et eius liberorum ex alio; insuper ex domo, area et orto Arnoldi, filii Mathie Houtloecx, sitis in parochia de Zonne, inter plateam, dictam die Dommekaetsche straet, ex uno et inter hereditatem Willelmi Verkemans ex alio; item ex agro, octo lopinatas terre vel circiter continente, sito ibidem, inter hereditatem conventus de Hoodonck ex uno et inter hereditatem reliquam dicti Arnoldi ex alio; insuper ex quodam prato, sito ibidem, inter hereditatem Laurencii Willemss. ex uno et inter hereditatem Rutgeri Tymmermans ex alio, quem censum predictum dicti Theodericus, Johannes et Henricus erga magistrum Johannem, filium quondam Nycolai, filii quondam Johannis van der Stegen, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt magistro Francisco Toelinc, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 388r
31 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Theodericus, filius quondam Nycolai dicti Coel die Bever, necnon Johannes et Henricus, fratres, liberi quondam Henrici dicti Houtloecx, hereditarie vendidissent magistro Johanni, filio quondam Nycolai van der Stegen, hereditarium censum viginti florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in alio pagamento pro quolibet computando, solvendum hereditarie Pasche ex domo, area et orto ac domo posteriori sibi retro adiacente, dicti Theoderici, sitis in Buscoducis ultra pontem Geerlaci; insuper de et ex quodam prato dicti Johannis, quatuor plaustratas feni vel circiter continente, sito in parochia de Broegel, ad locum dictum Aent Stockelant; item de et ex domo, area et orto ac pecia

[70] *de datum is gereconstrueerd aan de hand van de vermelde schepennamen.*

hereditatis, dicta Hopvelt, necnon pratis premissis finaliter, quadam aqua dicta die Beeck interfluente, adiacentibus, dicti Henrici, modiatam terre vel circiter pariter continente, sitis in dicta parochia de Broegel, cumque dictus emptor palam recognovisset et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisisset quod iidem venditores dictum censum redimere possent perpetue simul unapariter quemlibet videlicet huiusmodi florenorum cum quindecim florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, et cum censu et arrestadiis, prout in diversis litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis fratres Johannes Bem, prior, et Ghysbertus Toelinc, procurator, conventus fratrum Cruciferorum in Buscoducis, nomine et ex parte eorum et dicti conventus ac quorumcumque conventualium eiusdem, presencium et futurorum, palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, dictis Theoderico, Johanni et Henrico, fratribus, promiserunt quod ipsi dictum censum exnunc deinceps dabunt et solvent ac dare et solvere tenebuntur sic et taliter quod eisdem Theoderico, Johanni et Henrico ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant in futuro, atque quod ipsi eundem censum infra spacium trium annorum Pasche ultimo preteritum sine medio sequentium rediment et acquitabunt ac redimere et acquitare tenebuntur aut tantum facient quod littera scabinalis de dicto censu mentionantes *(sic)* cancellata tradatur dictis Theoderico, Johanni et Henrico aut saltem in eorum presentia rumpatur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 388r
31 mei 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dicti fratres Johannes Bem, prior, et Ghiselbertus Toelinc promiserunt sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, dicto Theoderico Colen centum et viginti quinque florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 388r
31 mei 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum predicte in conventione matrimoniali dudum celebrata inter Laurencium de Ouden tamquam eotunc futurum sponsum ex uno et inter Arnoldum Paeuweter et Franconem de Langel, nomime et ex parte Hillegondis, relicte quondam Aelberti de Berze, tamquam eotunc future sponse, ex reliqua partibus inter cetera inibi contenta et condicionata iidem Arnoldus et Franco nomine eorum et nomine Mathei, filii dictorum Hillegondis et quondam Aelberti de Berze, assignassent et resignassent certa bona, redditus, census et vitales pensiones et hoc in subsidium matrimonii pretacti, sub certis tamen conditionibus inibi comprehensis, ut videtur ad longum in quodam instrumento contineri, cuius datum continet anno Domini millesimo quingentesimo tercio, indictione sexta mensis aprilis, die XXI$^{a}$, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Laurencius, pronunc tamquam maritus et tutor legitimus dicte Hillegondis, sue uxoris, satisfaciens certis condicioni et promissioni in dicto instrumento contentis super quibuscumque aliis bonis in dicto instrumento in subsidium dicti matrimonii non assignatis nec comprehensis, atque iure ad opus dictorum Arnoldi, Franconis et Mathei hereditarie renunciavit, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum ultima maii, quarta post Exaudi.

R1271, fol. 388v
1 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Hermannus, filius quondam Arnoldi Peterssoen, hereditarie vendidit Ottoni Bolcx, filio quondam Johannis Bolcx, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Pentecostes et pro primo solutionis termino a Pentecostes proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendum de et ex dimidio iugere terre vel circiter, sito in parochia de Kessel, ad locum dictum Op Beempden, inter hereditatem domicelle Margarete, relicte quondam magistri Arnoldi Keymp, ex uno et inter hereditatem Theoderici Goyartss. ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem domini de Bucstel; item adhuc ex medietate ad dictum venditorem, ut dicebat, spectante in uno iugere terre vel circiter, sito in eadem parochia, in quodam campo, dicto Beneden Loyen Camp, inter hereditatem matricularie de Kessel ex uno et inter hereditatem Petri, filii dicti quondam Arnoldi Peterss., ex alio, tendente cum fine utroque ad communes stegas ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum prima iunii, quinta post Exaudi.

R1271, fol. 388v
1 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti quatuor peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintiabit, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 388v
1 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Johannes senior, filius quondam Wolteri dicti van den Loo, peciam hereditatis, dictam Moervelt, sitam in parochia de Gestel prope Oisterwyck, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno et inter hereditatem Andree, filii dicti quondam Wolteri van den Loe, ex alio, tendentem ab hereditate Johannis iunioris, filii dicti quondam Wolteri van den Loe, ad hereditatem dicti Andree, prout et quemadmodum dicta pecia hereditatis ibidem est situata, ut dicebat, hereditarie vendidit Anthonio, filio quondam Rutgeri Belarts, ad opus Margarete, filie quondam Henrici Belarts, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 388v-389r
1 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Arnoldus, filius Petri de Gelenborch, domum, aream, ortum cum hereditate sibi adiacente, pariter quatuor hont terre vel circiter continente, sitos in parochia de Oyen, ad locum dictum Gorringe, inter communem plateam ex uno et uno fine et inter hereditatem heredum quondam Andree Couwen ex alio et fine reliquo; insuper peciam terre, quinque et dimidium hont terre vel circiter continentem, sitam ibidem, inter hereditatem Henrici van den Dyck ex uno et inter hereditatem heredum dicti quondam Andree ex alio et fine uno, quos domum, aream, ortum cum hereditate sibi adiacente ac peciam terre predictos dictus Arnoldus, filius Petri de Gelenborch, erga Arnoldum, filium quondam Hermanni van den Dyck, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, suo fratri, simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, exceptis oneribus, recognitionibus et repromissione in dictis litteris contentis.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 389r
*deze akte is onvolledig, in de marge:* vacat

Henricus, filius quondam Rodolphi Beverss., promisit super omnia et habenda Bruystino Wellenssoen quadraginta peters, XIX stuvers vel valorem in alio pagamento pro quolibet computando, et septem consimiles stuvers, necnon unum modium siliginis mensure de Buscoducis, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos, et siliginem in Buscoducis tradendam.

R1271, fol. 389r
1 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Gerardus, filius quondam Johannis Geritssoen, quatuordecim lopinos bone et dative siliginis hereditarie pactionis mensure de Oirle, quos quatuordecim lopinos siliginis predictos Henricus, filius Petri Vranckensoen, recognoverat se promisisse ac debere dicto Gerardo anno quolibet Purificationis, dando et solvendo necnon levando de et ex hereditatibus infrascriptis, videlicet ex quadam pecia prati in parochia de Zonne situata, cum uno latere ad hereditatem Henrici Arnt Roeverss. et cum alio latere ad hereditatem primodicti Henrici; item adhuc ex pecia prati in parochia predicta situata, cum uno latere ad hereditatem Henrici secundo predicti *(sic)* et cum alio latere ad hereditatem Wolteri Arnt Zweverss.; item adhuc ex pecia terre, dicta die Vernoyen Strepe, in parochia de Meerfelt situata, cum uno latere ad hereditatem supradicti Henrici et cum alio latere ad hereditatem Aleidis dicte Vernoyen et eius liberorum, pridem datos ad hereditariam pactionem dicto Henrico a Gerardo predicto pro dictis quatuordecim lopinis siliginis hereditarie pactionis et quibusdam aliis oneribus; item adhuc ex medietate cuiusdam orti, siti in parochia de Zonderwyck, cum uno latere ad hereditatem Gerardi, filii Johannis Geritss., et cum alio latere ad hereditatem Lamberti van den Hellen, quam medietatem orti predicti supradictus Henricus ad maiorem securitatem solutionis dictorum quatuordecim lopinorum siliginis ad pignus imposuit, prout in litteris de Oirle videtur contineri, hereditarie supportavit Ghisberto, filio quondam Robberti Heymanss., simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum prima iunii, quinta post Exaudi.

R1271, fol. 389r
10 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Roever

Aleydis,[71] relicta quondam Gijsberti, filii quondam Roberti Heymans, cum tutore, omne ius hereditarium ac totam partem sibi, ut dicebat, competentem in premissis quatuordecim lopinis siliginis etc. hereditarie supportavit Roberto, filio dicti quondam Gijsberti, cum litteris et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Boort et Roever, datum X januarii.

R1271, fol. 389r
10 januari 1504
Jan van Boert en Gerlach de Roever

Notum[72] sit universis quod cum ita sit actum, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Robertus palam recognovit et super omnia et habenda dicte Aleydi promisit quod iuste habebit et suum usufructum possidebit seu pensionem vitalem in dictis quatuordecim lopinis siliginis, vita dicte Aleydis durante et non amplius.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 389r
1 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum triginta peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Ghysbertus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Gerardo repromisit, hoc tamen salvo quod idem Gerardus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Ghysberto legitime preintimabit, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 389r-390r
2 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Condt ende kenlyc zij enenyegelicken want Everit van Doern, als saeckwout Hubert van Doern, vader Everits voirs., ende Heynric van Doern, Huberts vooirs. (*sic*) soen, als borgen hadden geloeft Otten van Driel tot behoeff heren Willems Watermael, priesters, twehondert ende dartienden halven gouden overlensche Rynsgulden goet ende gheve, twelleff heel vuerysers oft vier ende tweyntich halleff vuerysers voir elken voirs. gulden oft ander goet payment in der stad van sHertogenbosch dair goet voir wesende, die een helfte des gelts voirs. opten heiligen Paeschdach naestcomende ende die ander helfte des gelts voirs. opten heiligen Korsdach dair naestvolgende, ten lantrecht aldair te betalen in handen heren Willems voirs., met alsulker vorwarden toe gedaen als oft saeck weer dat dese zaeckwout ende borgen voirs. nyet geven noch en betaelden op die termynen der betalingen voirs. die twehondert ende darttienden halven gouden overlensche Rynsgulden voirs. gelyc als voirs. staet, zoe sal dair op dan wassen ende gaen alle daige dair naestvolgende een peene van enen gouden

[71] *deze akte is later geschreven in de ondermarge; blijkens het insertieteken moet deze hier worden ingelast. De datum is gereconstrueerd aan de hand van de vermelde schepennamen.*
[72] *deze akte is later geschreven in de ondermarge; blijkens het insertieteken moet deze hier worden ingelast. De datum is gereconstrueerd aan de hand van de vermelde schepennamen.*

overlensche Rynsche gulden goet ende geve, alsoe langh ende totter tyt toe dat die pene metten tweehondert ende dartthienden halven gouden overlensche Rynsche guldene voirs. geheel ende al tsamen wael betaelt weren, welken peen voirs. die saeckwout ende boirgen voirs. oick geloeft hadden Otten van Driel voirs. tot behoeff heren Willems voirs. ten lantrecht als voir te betalen. Voirt soe geloefden dese saeckwout ende bourgen voirs. den voirs. Otten van Driel tot behoeff heren Willems voirs. dat zij die tweehondert ende dartienden halven gouden overlensche gulden voirs. metten peenen voirs. tot geenre tyt onder ennige scepenen setten off stellen souden, ende dat die saeckwout ende bourgen voirscr. betalen ende brengen zouden die voirs. twehoudert ende dartienden halven gouden overlensche Rynsche gulden voirs. in der stat van sHertogenbosch, in handen heren Willems voirs. ende in zijn zekeren behalt, ende oft zaeck weer dat dairenboven ennich gebreck van betalinge vyel alsoe dat dat voirs. gelt in der voirs. stad van sHertogenbosch nyet betaelt en weer, gelyc als voirs. steet, soe soude dan dair oic op wassen ende gaen alle daige nae den termynen der betalingen voirs. een peen van enen gouden overlensche Rynsche gulden, totter tyt toe ende alsoe lange dat die peen voirs. metten tweehondert ende dartienden halven gouden overlensche Rynsche gulden voirs. geheel ende wael op betaelt zijn, gelyc als voirs. steet, welken peen voirs. die saeckwoudt ende borgen voirs. oick geloeft hadden den voirs. Otten van Driel tot behoeff heren Willlems voirs. ten lantrecht aldair te betalen, alst scheen in scepenenbrieven van Sulinchem dair op gemaect volcomentliker begrepen te wesene, dair af den daet begrijpt int jaer ons Heren duysent vyfhoudert, opten yrsten dach der maent december, soe zijn gestaen voir scepenen hier onder gescreven Jan ende Yden, zijn suster, kijnderen wilneer Jans Watermaels, ende Henrick Brock, zoen wilneer Martens Brock, als man ende mombare Agnezen, zijnren huysvrouwen, dochter wilneer Jans Watermaels voirs., als wittige naeste oiren ende erfgenamen heren Willems Watermaels voirs., ende hebben die voirs. twehondert ende dartienden halven Rynsgulden voirs. tsamen metten voirs. peenen wittelic opgedraigen Goyarden Grotart van Os, tsamen metten voirs. brieven ende metten alingen recht, hen oft ennige van hen dairinne vanwegen heren Willems, hoirs brueders voirs., competerende ende aenverstorven, ende hebben helmelinge dat overgegeven in manieren in dien gewoentlic, geloevende die voirs. Jan ende Yda, zijn suster, ende Jan Brock als sculders principael onversceyden super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et ex parte quorumcumque heredum dicti quondam domini Willelmi deponere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum secunda iunii, sexta post Exaudi.

R1271, fol. 390r
8 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Magister Johannes Sampson, filius quondam Johannis Sampsoens, relictus quondam Hillegondis, sue uxoris, filie quondam Jacobi dicti Loyers, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quodam manso, olim domicelle Johanne de Hauwelingen, sito in parochia de Vucht Sancti Petri, ad locum dictum Enode, videlicet in domibus, areis, ortis, pratis, pascuis, mericis, lignicrescentiis ceterisque iuribus et attinentiis mansi predicti, singulis et universis quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, legitime supportavit Jacobo et Nycolao, fratribus, liberis magistri Johannis et quondam Hillegondis predictorum, et effestucando promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum VIII[a] iunii, quinta post Pentecostes.
Nota ista supportatio solum habebit sortiri effectum quoad vendidtionem infrascriptam.

R1271, fol. 390r
8 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Jacobus et Nycolaus hereditarie vendiderunt Willelmo Hels, filio quondam Nycolai Hels, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra *(sic, hierna ontbreekt* annum*)* et in Buscoducis tradendam de et ex premissis, ab eodem, promittentes et cum eis dictus magister Johannes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus modiis siliginis hereditarie pactionis, hereditario censu decem denariorum, peters communiter vocatorum, atque censu fundi ad viginti tres stuvers ascendente, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 390r
8 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterint redimere perpetue simul unapariter cum et mediante octuaginta peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ octo, florenos novos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus et dicto magistro Johanni, eorum patri, repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 390r
8 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus magister Johannes promisit super omnia et habenda dictis suis liberis quod ipse magister Johannes dictam pactionem exnunc deinceps dabit et solvet necnon redimet et acquitabit necnon dare et solvere ac redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod dictis suis liberis ad et supra se et mansum predictum dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 390v
2 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Yken, weduwe wilneer Ghysberts Boyens, des wollewevers, heeft hair afgeseegt des ambachs van den wolleweveren bynnen deser stadt ende en will van deser tyt voirtaene dairmede nyet meer scyeten noch genyeten.
Testes Brecht et Borchgreve, datum secunda iunii, sexta post Exaudi.

R1271, fol. 390v
2 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Rutgerus, filius Marcelii de Driel, et Wolterus, filius quondam Johannis Wouterss., quatuor hont terre paludialis vel circiter, sita in parochia de Macharen, in quodam campo, dicto die Merlangen, inter hereditatem Mense Sancti Spritus in Haren, territorii de Megen, ex uno et inter hereditatem Henrici de Os Willemss. ex alio, tendentia a communi via, dicta den Houtwech, ad hereditatem heredum quondam Herberti Hals, prout et quemadmodum dicta quatuor hont terre ibidem sita sunt, ut dicebant, hereditarie vendiderunt Theoderico, filio quondam Henrici dicti Comans, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 390v
2 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Et poterint redimere perpetue cum viginti florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in alia bona pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, salvis tamen dicto emptori et sibi reservatis fructibus et emolumentis anni redemptionis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, absque dolo et fraude.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 390v-391r
3 juni 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Ghysbertus,[73] filius quondam Adriani, filii quondam Franconis Bacx, ab eodem quondam Adriano et quondam Aleide, sua uxore, filia quondam Johannis, filii quondam Wolteri dicti Huyben, filii quondam Huberti Gerit Huybens., pariter genitus, Wolterus, filius quondam Arnoldi dicti Hollen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie dicti quondam Johannis Wouterssoen, pro se ipso et pro Judoco, filio quondam Johannis, filii dicti quondam Johannis Wouterss., pronunc extra patriam existente, Judocus, filius quondam Gerisii dicti Vilts, ab eodem quondam Gerisio et Elisabeth, sua uxore, relicta quondam Willelmi, filii dicti quondam Johannis Wouterssoen, necnon Nycolaus dictus die Leeuwe, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Beatricis, sue uxoris, filie eorundem Gerisii Vilts et quondam Elisabeth, domum, aream et ortum ac hereditates sibi adiacentes, unam modiatam terre vel circiter continentes, olim dicti quondam Johannis Wouterssoen, nunc vero ad ipsos, ut dicebant, spectantes, sitos in parochia de Oisterwyck, in loco dicto Udenhout, aen die Brabants Hoeve, in loco dicto den Winckel, inter hereditatem olim Heilwigis Roetarts et eius liberorum, nunc vero Theoderici, filii quondam Theoderici Roetarts, ex uno et inter communem plateam seu communitatem de Haren ex alio et uno fine, tendentes cum alio fine ad hereditatem Egidii Moenen, de quibus domo, area, orto et hereditatibus predictis dictus Willelmus, filius quondam Johannis Wouterszoen predicti, unam quartam partem erga Agnetem, relictam quondam Adriani, filii quondam Johannis Bacx, ab eodem quondam Adriano et quondam Aleide, sua uxore, filia quondam Johannis

[73] *in de marge fol. 391r:* A.

Wouterss. pariter genitam, et Wolterum, filium quondam Franconis Bacx, tamquam mamburnum et tutorem Ghysberti, filii impuberis dictorum quondam Adriani et Aleidis, coniugum, et adhuc unam quartam partem erga Judocum, filium quondam Johannis, filii quondam Johannis Wouterss., dudum acquisierat, prout in diversis litteris, et qui domus, area, ortus ac hereditates sibi coadiacentes dictis Ghisberto et Woltero pro una medietate, atque dictis Judoco et Nycolao pro alia medietate per et post mortem dictorum quondam Willelmi Jan Wouterss. et Elisabeth, eius uxoris et postmodum eius relicte iure successionis hereditarie advoluti sunt; insuper octavam partem, olim ad Henricum dictum Luytinck et Ydam, suam uxorem, filiam quondam Wolteri soen, nunc vero ad dictos supportantes, ut dicebant, spectantes, in quadam hereditate, dicta die Oude Hostadt, sita in parochia de Oisterwyck, ad locum dictum Aen den Winckel aen Brabants Hoeve, inter hereditatem Wolteri, filii Huberti Wouter Hubensoen ex alio *(sic)* et inter hereditatem Johannis, sororii dicti Wolteri Huybens., ex alio, dudum cum certis aliis bonis supportatam Johanni, filio quondam Wolteri Huybens., ab Henrico Lutinck predicto, ut videtur in litteris de Oisterwyck contineri, quequidem octava pars hereditatis predicte, continens unam sextariatam terre vel circiter, sita est ibidem, inter communitatem de Haren ex uno et uno fine et inter hereditatem Egidii Moenen predicti ex alio et fine reliquo, et eadem octava pars seu sextariata terre vel circiter predicta dictis Ghysberto et Woltero pro una medietate, atque dictis Judoco et Nycolao pro reliqua medietate per et post mortem eorundem quondam Willelmi Jan Wouterss. et Elisabeth, eorum uxoris, iure successionis hereditarie eciam advoluta est, prout et quemadmodum ibidem sita sunt, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Johanni van den Steen, filio quondam Henrici van den Steen, simul cum dictis litteris aliis et iuribus occasione, promittentes et cum eis Johannes, filius quondam Willelmi Jansons**.,** ab eodem quondam Willelmo et dicta Katherina protunc eius uxor legitima, et pronunc uxor legitima supradicti Wolteri, pariter genitus, super omnia et habenda divisi, videlicet dicti Ghysbertus, Wolterus et Johannes indivisi pro una medietate necnon dicti Judocus et Nycolaus indivisi pro reliqua medietate, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et ex parte dictorum quondam Willelmi Jan Wouterss. et quondam Elisabeth, eius uxoris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa divisi ut supra in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis dicto Johanni, ut premittitur, supportatis plus fore solvendum quam census fundi ad dimidiam libram monete ascendente conventui sancte Geertrudis in Buscoducis, atque hereditaria pactio unius modii siliginis conventui sororum in Oisterwyck, annuatim exinde e iure solvenda, aut si dicto Johanni van den Steen premissa in toto vel in parte imposterum iuridice evinceretur, quod dicti Ghysbertus, Wolterus et Johannes indivisi pro una medietate et dicti Judocus et Nycolaus indivisi pro alia medietate, hoc plus prefato Johanni van den Steen penitus deponent atque huiusmodi evictione facta eidem Johanni van den Steen adstatim de illo evicto realiter refundent et refundere tenebuntur secundum communem cursum et formam emptionis, vulgariter dicens nae gemeynen lantcoep, unacum expensis litterarum per eundem Johannem ea occasione sustinentium, omni dolo in hiis secluso.
Testes Back et Berkel, datum tercia iunii, sabbato post Exaudi, in profesto Penthecostes.

R1271, fol. 391r-391v
3 juni 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Wolterus, filius quondam Franconis dicti Bacx, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Arnoldi dicti Leyten, hereditarie vendidit Ghysberto, filio quondam Adriani, filii dicti quondam Franconis Bacx, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie

Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter, et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus dicti venditoris, tredecim lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Tilborch, ad locum dictum Corvell aent Loo, inter hereditatem Johannis, filii quondam Nycolai Aelwijnss., ex uno et inter hereditatem Anthonii de Boerden ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Laurencii dicti sWysen; item adhuc ex sexta parte ad dictum venditorem, ut dicebat, spectante in quodam prato, decem et octo lopinatas terre vel circiter continente, sito in dicta parochia de Tilborch, dicto communiter dat Houtlaer, inter hereditatem Arnoldi Wemmairs et plurium aliorum ex uno et inter hereditatem Thome dicti Gielens et quorundam aliorum ex alio, tendente ab hereditate spectante ad quendam mansum, dictum Mutsaerts Hoeve, ibidem situatum, ad quendam aggerem, dictum den Nulantschen dyck, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundii atque tribus modiis siliginis de et ex domo, area, orto ac hereditatibus predictis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Back et Berkel, datum tercia iunii, sabbato post Exaudi, in profesto Penthecostes.

R1271, fol. 391r-391v, in de linkermarge
26 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Dicti Wolterus, filius Arnoldi Hollen, et Johannes, filius quondam Willelmi Janss., palam recognoverunt et sub obligatione hereditatum et bonorum infrascriptarum, videlicet dictus Wolterus sub obligatione domus, aree, orti ac hereditatis sibi adiacentis, sexariatam terre vel circiter continentis, sitorum in parochia de Haren, inter hereditatem Petri Arnt Hollens. ex uno et inter hereditatem Willelmi Heynen ex alio, tendentium a communitatem *(sic)* ad pascuam Laurencii Elens, et dictus Johannes sub obligatione domus, aree et orti ac hereditatis sibi adiacentis, sitorum in eadem parochia, inter hereditatem liberorum quondam Theoderici Blonckens ex uno et fine uno et inter hereditatem liberorum Wolteri van den Nuwenhuys ex alio, tendentium ad communem plateam cum fine reliquo; item adhuc sub obligatione cuiusdam pascue, dicte koewey, duarum lopinatas terre vel circiter, site in eadem parochia, inter hereditatem liberorum quondam Wolteri van den Nuwenhuys ex uno et fine uno et inter hereditatem Wolteri die Rademeker ex alio, tendentis cum fine reliquo ad hereditatem Cornelii van der Meer; item adhuc sub obligatione unius lopinate terre pascualis, site ibidem inter hereditatem Willelme Theeus, vidue, ex uno et inter hereditatem Wolteri Adriaenssoen ex alio, tendente ad communem plateam cum uno fine et cum reliquo fine ad hereditatem dictorum liberorum Wolteri van den Nuwenhuys, ut dicebant, dicto Johanni van den Steen promiserunt omnes obligationem et impeticionem ex parte Judoci, filii quondam Johannis, filii quondam Johannis Wouterss., in dictis bonis in dicto contractu A signatis existentes et eventuras prefato Iohanni deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum XXVI$^{ta}$ augusti.

R1271, fol. 391v
26 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Dictus Johannes promisit super omnia et habenda dictum Wolterum indempnem servare ut in forma.
Testes, datum iamsupra.

R1271, fol. 391v
3 juni 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum et mediante decem et novem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc communiter ad bursam currente pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit. Testes, datum supra.

R1271, fol. 391v
8 juni 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Michael, filius quondam Henrici dicti Wytvenne, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, filie quondam Henrici dicti Stockelmans, hereditarie vendidit Jacobo, filio quondam Henrici Jacopss., hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Penthecostes et in Buscoducis absque omni onere precarie domini nostri ducis ceterisque oneribus et exactionibus libere tradendam de et ex tercia parte ad dictum vendiorem, ut dicebat, spectante in quodam manso, olim dicti quondam Henrici Stockelmans, dicto communiter die Hoeve te Kelre, sito in parochia de Myerle, ad locum dictum Helmerhoudt, atque ex iuribus et attinentiis eiusdem tercie partis mansi predicti singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque undecim lopinis siliginis hereditarie pactionis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Berkel, datum VIII[a] iunii, quinta post Penthecostes.

R1271, fol. 391v-392r
*deze akte is onvolledig, in de marge:* vacat

Willelmus, filius quondam Henrici, geheiten van Hagennouwen, heeft oepenbairlick bekent ende beleden als dat hem goede betalinge gedaen is van Goetscalcke, dochter wilneer Dircx Costkens, weduwe wilneer Claessens van Danss, van alsulkenen penningen als die voirs. Goetscalck sculdich is ende geloeft heeft te betalen den voirs. Willemen ter cause van den vercoepe der moelen te Kilsdonck, onder der prochien van Dynther gelegen, ende scelt die voirs. Willem dair af quyt, die voirs. Goetscalck ende alle andere des quitancie behoevende.

R1271, fol. 392r
9 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Daniel, filius quondam Marcelii, filii quondam Johannis dicti Heynenzoen, unam vasatam terre vel circiter, olim Christine dicte Meyskens, sitam in parochia de Os, in loco dicto Int Dorsselair, inter hereditatem Johannis dicti Teyen ex utroque latere et fine uno, tendentem cum fine reliquo ad communem plateam, que quidem vasata terre dicto Danieli per et post mortem dicte quondam Christine iure successionis hereditarie advoluta est, atque prout eadem vasata terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendidit Johanni dicto Teyen, filio

dicti Johannis Teyen, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum IX[a] iunii, sexta post Penthecostes.

R1271, fol. 392r
9 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Dictus Johannes Teyen, filius Johannis Teyen, promisit super omnia et habenda dicto Danieli quatuor peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 392r-392v
9 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Mathias dictus Schenarts, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, relicte quondam Anthonii dicti Buckincx, et ipsa Katherina, cum eodem Mathia, suo marito tamquam cum suo tutore, usufructum dicte Katherine, ut dicebat, competentem in domo, area et orto, sitis infra libertatem de Oisterwyck, inter hereditatem Nycolai dicti die Canther ex uno et inter hereditatem Katharine, relicte quondam Henrici van den Doeren, ex alio, tendentibus a vico ecclesie ad quandam plateam, dictam die Hoichstraete; item adhuc in quadam alia domo, area et orto, sitis infra libertatem predictam, ad locum dictum Op die Vloet, inter hereditatem Johannis Nouwen ex uno et inter hereditatem Heilwigis, relicte quondam Gerardi van den Wyel, ex alio, tendentibus a dicto vico ecclesie ad quandam plateam, dictam die Vloetstraet; item adhuc in domo, area et orto, sitis ibidem, ad locum dictum Op die Hoichstraet, inter hereditatem Petri die Becker ex uno et inter hereditatem investiture ecclesie de Oisterwyck cum pluribus aliis ex alio, tendentibus a platea, dicta die Hoichstraet, ad quandam viam, dictam den Ackerwech; item adhuc in quodam agro terre, quinque et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sito in agris, dictis die Harensche Ackeren, inter hereditatem liberorum quondam Eyngberti Goessens ex uno et inter hereditatem heredum quondam domini Wolteri Back cum quibusdam aliis ex alio, tendente cum uno fine ad quandam communem viam ibidem; item adhuc in quatuor lopinatis terre vel circiter, sitis ibidem, inter hereditatem Heilwigis dicte Huysmans ex uno et iuxta communem viam ibidem ex alio; item adhuc in quadam hereditate, dicta Enen Bocht, sita in parochia de Oisterwyck, ad locum dictum Karrichoven, inter hereditatem Johannis Blanckarts ex uno et inter communitatem de Haren ex alio et fine uno, ut dicebat, legitime supportavit Adriano, filio Katherine et quondam Anthonii predictorum, et effestucando, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare.
Testes Brecht et Berkel, datum IX[a] iunii, sexta post Penthecostes.
Protestatum est per dictos supportantes quod dicta supportatio usufructus solum habebit sortiri effectum quoad vendicionem infrascriptam. Actum et datum supra.

R1271, fol. 392v
9 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Adrianus hereditarie vendidit Godefrido die Bye, filio quondam Theoderici,

hereditarium censum septem florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerechte van gewichte, pro XX$^{ti}$ octo, novos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie in festo Venerabilis Sacramenti et pro primo solutionis termino a Venerabilis Sacramenti proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere absque omni onere precarie et ceteris exactionibus et incommodis libere tradendum de et ex premissis, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi atque diversis censibus ad tres et dimidium stuferos, ac duos denarios, gwillelmusthuyn vocatos, ascendentibus, hereditario censu decem et octo stuferorum necnon hereditariis pactionibus ad tres et dimidium modios ac unum lopinum siliginis ascendentibus, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere,
Testes, datum supra.

R1271, fol. 392v
9 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue simul unapariter, videlicet quemlibet dictorum florenorum cum et mediante quindecim et dimidio consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 392v-393r
9 juni 1503
Lambert Millinck en Peter de Borchgreve

Margareta, relicta quondam Henrici dicti van den Eynde quamcumque potestatem monendi, levandi, percipiendi ac via iuris, si opus fuerit, assequendi suos census, redditus, paciones et credita sua, quecumque datam et attributam personis quibuscumque a dicta Margareta aut ab Henrico, suo marito predicto, ante datam presencium quovismodo, revocavit et cassavit necnon revocat et cassat per presentes, dans et concedens hic novo Henrico, filio quondam Gerardi Ghysbertszoen, plenam et liberam potestatem ac mandatum speciale monendi, levandi ac via iuris, si opus fuerit, assequendi omnes et singulos suos census, redditus, pactiones et credita sua quecumque, que sibi debentur ac debebuntur a personis quibuscumque, occasione quacumque, et bona sua regendi atque cum omnibus et singulis premissis faciendi et ordinandi que dicta Margareta cum premissis faceret et ordinaret seu facere et ordinare posset si ipsa premissis presens et personaliter interesset, presentibus vero post revocationem eiusdem Margarete minime valituris.
Testes Millinc et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 393r
10 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Katherina, filia quondam Johannis, filii quondam Petri Stevenss., relicta quondam Petri dicti die Wagemekers, potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis eiusdem quondam Petri, eius dum vixit mariti, ut apparebat, cum tutore, promisit ut debitor principalis Bartholomeo, filio quondam Bartholomei dicti die Wagemeker, ad opus sui et ad opus Margarete, relicte quondam Anthonii dicti van den Loo, quod ipsa dabit et solvet dicto Bartholomeo pro una medietate, et dicte Margarete pro alia medietate, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, duodecim lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Oisterwyck, in loco dicto In Udenhout, iuxta molendinem venti ibidem, dictum Creytenmoelen, inter hereditatem Anthonii, filii Johannis Meeuss., ex uno et inter hereditatem Cornelii die Leeuwe et Elisabeth, relicte quondam Huberti van den Schoer, ex alio, tendentibus a communitate ad hereditatem spectantem ad mansum, dictum Ten Bersschot, domini temporalis de Merode, ut dicebat. Promisit insuper et cum ea Judocus, eius filius legitimus, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque tribus modiis siliginis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum X[a] iunii, sabbato post Pentecostes.

R1271, fol. 393r
27 april 1504[74]
Willem van den Bosch en Hendrik Kuijst

Dictus Bartholomeeus suam medietatem dicte pactionis hereditarie supportavit dicte Margarete, sue sorori, relicte dicti quondam Anthonii dicti van den Loo, cum dictis *(sic)* et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Busco et Kuyst, datum XXVII aprilis, sabbato post Misericordiam.

R1271, fol. 393r-393v
10 juni 1503
Jan Back en Jan Heym

Notum sit universis quod cum Herbertus dictus sMoen, maritus et tutor legitimus Aleidis, sue uxoris, filie quondam Willelmi dicti Danelszoen de Vlierden, peciam terre, sitam in parochia de Roesmalen, in loco dicto In den Heeschen Vreede, inter hereditatem Arnoldi dicti Heym, filii Johannis, ex uno et inter hereditatem Gerongii, filii quondam Gerongii van der Heyden, ex alio, tendentem ab aggere, dicto den Hoofdyck, ad aqueducum, dictum die Weteringe, hereditarie vendidisset eidem Gerongio, cumque Reynerus, filius Amelii van den Hoevel, unum inger terre, situm in dicta parochia de Roesmalen, ad locum, dictum den Heeschen Vreede, after tSant, inter hereditatem Herberti Hals, filii quondam Rodolphi, ex uno et inter hereditatem Gerongii predicti ex alio, tendentem ab aggere, dicto den Hoofdyck, ad aqueductum, hereditarie vendidisset eidem Gerongio, et cum deinde Henricus, filius quondam Henrici dicti Boyens, peciam terre, unum et dimidium iugera terre vel circiter continentem, sitam in dicta parochia de Roesmalen, in dicto loco, den Heesschen Vreede vocato, inter hereditatem Herberti Hals ex uno et inter hereditatem dicti Gerongii ex alio, tendentem cum fine utroque ad communem aqueductum, hereditarie vendidisset Gerongio

[74] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schep schepennamen.*

predicto, prout in diversis litteris, et cum depost pecia terre, unum iuger, et pecia, unius et dimidii iugerum terre predicte, effecte fuissent unus campus, continens quatuor et dimidium iugera terre, et situs inter hereditatem heredum quondam Herberti Hals ex utroque latere, atque tendens a dicto aggere, den Hoofdyck vocato, ad communem aqueductum, dictum die Weteringe, et qui unus campus quatuor et dimidii iugerum terre iamdictus postmodum ex eius transverso divisus esset in duos campos equales atque eiusdem quantitatis, ut dicebat, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Goebelinus, filius quondam Johannis Meeuss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Gerongii van der Heyden predicti, unum campum, continentem duo iugera et quartam partem unius iugeri terre de iamdictis duobus campis, illum videlicet campum qui est posterior et tendit contigue ad et iuxta dictum aggerem, simul cum suis attinentiis ac iure viandi per dictum alium campum qui anterior est ad eius commodum, ut dicebat, hereditarie supportavit Franconi, filio quondam magistri Franconis de Langel, simul cum dictis litteris et iure occasione iamdicti unius campi posterioris, promittens et cum eo Willelmus, eius frater, filius dicti quondam Johannis Meeuss., indivisi sub obligatione unius maldrate terre vel circiter dicti Gobelini, site in parochia de Roesmalen iuxta plateam, dictam die Loensche straet, inter hereditatem Willelmi, filii quondam Bartholomei Quattels, ex uno et inter duodecim vasatas terre infrascriptis dicti Willelmi ex alio, tendentis ab hereditate Michaelis Rutgers ad dictam plateam, die Loonsche straet vocatam, atque sub obligatione iamdictarum duodecim vasatarum terre vel circiter iamdicti Willelmi, sitarum ibidem, inter dictam maldratam terre ex uno et inter hereditatem Willelme, relicte quondam Henrici de Volken, ex alio, tendentium ab hereditate dicti Michaelis ad dictam plateam, die Loonsche straet vocatam, necnon adhuc super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno denario, braspenning communiter vocato, domino duci, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, atque aggeribus, dictis zegedijcken, sluysis, fossatis, aqueductibus et circumspectionibus infra terram situatis et ad dictum posteriorem campum e iure conservandi spectantibus, ut dicebat.
Testes Back et Heym, datum X$^{a}$ iunii, sabbato post Pentecostes.

R1271, fol. 393v-394r
10 juni 1503
Jan Back en Jan Heym

Notum sit universis quod cum Gobelinus, filius quondam Johannis Meeuss., maritus et tutor legitimus Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Gerongii van der Heyden, hereditarie vendidisset magistro Nycolao Kuyst ad opus Ottonis, filii quondam Nycolai Roevers, hereditariam pactionem trium modiorum et sex sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Baptiste et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area et orto, pariter novem lopinatas terre vel circiter continentibus, dicti Gobelini, sitis in parochia de Roesmalen, in loco dicto Heze; insuper ex una maldrata terre arabilis vel circiter eiusdem venditoris, sita in parochia et loco predictis; insuper ex quodam campo terre paludialis, duo et dimidium iugera vel circiter continente, eiusdem venditoris, sito in parochia et loco predictis, in loco dicto Cleyn Nulant, sub conditione infrascripta, videlicet quod dictus venditor dictam pactionem redimere et acquitare posset perpetue simul et semel vel mediatim, sed non minus quam unam medietatem simul, videlicet quemlibet modium cum et mediante triginta novem florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus venditor dictam potestatem redimendi pactionem pactionis hereditarie supportavit dicto Franconi, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.

Testes, datum supra.

R1271, fol. 394r
12 juni 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Johannes, filius quondam Jacobi Dircxsoen, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Hermanni de Davantra, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Pentecostes et in Buscoducis libere absque omni onere precarie domini nostri ducis ceterisque exactionibus et incommodis tradendam de et ex quodam campo terre paludialis, quatuor iugera terre vel circiter continente, dicti venditoris, sito in parochia de Os, dicto communiter den Calvercamp, inter hereditatem Johannis de Os Dircxs. ex uno et inter hereditatem Gerardi, filii dicti quondam Jacobi, fratris dicti venditoris, ex alio, tendente ab hereditate Wolteri de Brede ad quandam stegam, dictam die Brantsche stege; item adhuc ex quodam alio campo terre paludialis, tria iugera terre vel circiter continente, sito ibidem, inter hereditatem dicti Gerardi, fratris dicti venditoris, ex uno et inter hereditatem Henrici, filii quondam Johannis Pouwelszoen, ex alio, tendente ab hereditate heredum quondam Henrici Ghysselen ad dictam stegam, die Brantsche stege vocatam; item ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, pariter unam maldratam terre vel circiter continentibus, eiusdem venditoris, sitis in dicta parochia, ad locum dictum Op Amstel, inter hereditatem heredum quondam Petri Loyen ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus ab hereditate Rutgeri, filii quondam Johannis Rutgerszoen, ad hereditatem Nycolai Didden, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad quinque blanccas ascendente atque hereditariis pactionibus ad septem maldra siliginis, diversis personis prius annuatim ex premissis e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raessen et Borchgreve, datum XII[a] iunii, secunda post octavas Pentecostes.

R1271, fol. 394r
12 juni 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum triginta sex peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptionem denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes Raessen et Borchgreve, datum duodecima iunii, secunda post octavas festi Penthecostes.

R1271, fol. 394v
12 juni 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Arnoldus, filius quondam Henrici van den Audenhuys, filii quondam Johannis van den Audenhuys, tredecim vasa siliginis mensure de Erpe hereditarie pactionis de hereditaria pactione duorum modiorum et septem vasorum siliginis eiusdem mensure, quam pactionem

ultimodictam Arnoldus Boertmans, filius quondam Henrici, promiserat se daturum et soluturum dicto Henrico van den Audenhuys, anno quolibet hereditarie Purificationis et in Erpe trad ituram de et ex medietate pecie prati, dicti dat Aabroeck, siti in parochia de Erpe, ad locum dictum Hazelbeemde, inter hereditatem Johannis, filii quondam Theoderici Gestkenssoen et quorundam aliorum ex uno et inter hereditatem Henrici Boertmanss. ex alio; item ex tercia parte cuiusdam agri, siti in dicta parochia de Erpe, in quodam campo terre ibidem, dicto den Koecamp, inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Henrici Boertmans ex uno et inter hereditatem Egidii, filii quondam Egidii, filii quondam Theoderici Yewaenss., ex alio, datis ad hereditariam pactionem dicto Arnoldo Boertmans ab Henrico van den Gasthuys predicto pro dicta pactione duorum modiorum et septem vasorum siliginis atque quibusdam aliis oneribus, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio Petri dicti Wagemans, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Henrici van den Audenhuys, sui patris, ac suorum heredum deponere.
Testes Heym et Borchgreve, datum XII[a] iunii, secunda post octavas Penthecostes.

R1271, fol. 394v
12 juni 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Et poterint dictus Arnoldus et Johannes, filius quondam Johannis de Dyeperbeeck, dictam pactionem redimere ad spacium sex annorum Purificationis proxime futuro sine medio sequente semper dicto spacio durante cum et mediante triginta sex peters, XIX stuvers pro quolibet computando, ac quatuordecim consimilibus stuferis, dando videlicet in huiusmodi redemptionis novos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes, filius Petri Wagemans, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Arnoldo et Johanni de Dyeperbeeck repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 394v-395r
12 juni 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Dictus Arnoldus, filius quondam Henrici van den Audenhuys, unam sextariatam terre vel circiter, sitam in parochia de Erpe, in quodam campo, dicto den Koecamp, inter hereditatem Johannis, filii quondam Johannis de Dyeperbeeck, ex uno et fine uno et inter hereditatem Thome Henricxs. ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Johannis, filii Petri Wagemans, prout dicta sextariata terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Johanni, filio quondam Johannis de Dyeperbeeck, simul cum toto iure se quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando resignavit modo in talibus consueto, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum fratrum et sororum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 395r
12 juni 1503
Jan Heym en Gozewijn van Brecht

Nycolaus, filius quondam Johannis Colen, promisit ut debitor principalis domino Johanni, filio quondam Adriani dicti Kegelers, presbitero, quod ipse dabit et solvet eidem domino Johanni hereditarium censum trium librarum monete anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex duabus domibus, areis et ortis sibi mutuo adiacentibus, dicti Nycolai, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad locum dictum Op Vranckenhostadt, inter hereditatem Henrici dicti Jacopssoen des Hoefslegers ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Symonszoen ex alio, tendentibus a via lapidea retrorsum ad quoddam fossatum, dictum den Maeygrave, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duodecim denariis, stuferis communiter vocatis, ac tribus quartis partibus unius huiusmodi denarii, stuver communiter vocati, opido de Buscoducis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Heym et Brecht, datum supra.

R1271, fol. 395r
12 juni 1503
Jan Heym en Gozewijn van Brecht

Et poterit redimere perpetue cum et mediante sedecim florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus dominus Johannes hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Nycolao repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 395r
12 juni 1503
Jan Heym en Gozewijn van Brecht

Elisabeth, relicta quondam Thome, filii quondam Theodorici Jan Peterssoen, cum tutore, potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Thome, sui dum vixit mariti, ut apparebat, septem iugera ac decem et dimidium hont terre paludialis vel circiter continentibus, olim dicti quondam Thome, sita in parochia de Berchen, in palude dicta dat Harensche broeck, inter hereditatem Wolteri, filii quondam Jacobi Quattels, ex uno et inter hereditatem Johannis, filii Thome, filii quondam Johannis Colensoen, ex alio, tendentibus a quadam communitate, dicta die Berchensche gemeynt, ad quasdam hereditates, dictas die Tusschen Rytt et den Lallenberch, ut dicebat, hereditarie supporavit Johanni, suo filio, simul cum toto iure sibi quovismodo comptente in quibuscumque litteris et instrumento mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Thome, sui dum vixit mariti, ac suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 395r-395v
13 juni 1503
Jan Back en Peter de Borchgreve

Dominus Henricus, filius quondam Godefridi dicti Hannen, filii Godefridi, presbiter, domum et aream, sitam in Buscoducis, in Vico Ecclesie, supra conum viculi, dicti dat

Crullenstraetken, inter eundem viculum ex uno et inter hereditatem quondam Johannis Vrancken, postea Henrici dicti die Kouwe, nunc Henrici van den Bosch ex alio, tendentes a Vico Ecclesie ad quandam cameram lapideam, retro dictam domum et aream consistentem; insuper iamdictam cameram lapideam, contigue iuxta dictam domum et aream consistentem, inter hereditatem heredum quondam magistri Johannis die Hollander ex uno et primodictam domum et aream ex alio, tendentes a dicto vico ad hereditatem Christiani van den Meeracker, quas domum, aream et cameram lapideam predictas dictus Godefridus Hannen, filius Godefridi, erga Symonem Scheenken, filium quondam Engberti, filii quondam Petri, emendo acquisierat, prout in litteris, et que domus, area et camera lapidea cum quadam domo posteriori, dicta een werckhuys, pronunc site sunt ibidem, inter dictum viculum dat Crullenstraetken ex uno et inter hereditatem dicti Henrici van den Bosch et heredum quondam Christiani van den Meeracker ex alio, et tendunt a dicto Vico Ecclesie ad hereditatem Maioris Hospitalis in Buscoducis, prout iam premissa ibidem sita sunt, et dictus quondam Godefridus Hannen in eisdem decessit, ut dicebat, simul cum dictis litteris et iuribus, dedit ad hereditariam pactionem Johanni, filio quondam Johannis, filii quondam Godefridi de Lytt, pellifici, ab eodem iure hereditario habendos et possidendos pro censu fundi ac hereditario censu duodecim librarum monete, annuatim prius exinde e iure solvendis, ut dicebat, dando et solvendo ab alio terminis ad hoc debitis et consuetis, atque pro annua et vitali pensione quindecim peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, dando et solvendo dicto domino Henrico a Johanne predicto anno quolibet ad vitam eiusdem domini Henrici, mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim ultra annum Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum, de et ex premissis, promittens super omnia et habenda ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte sui et ex parte dicti quondam Godefridi Hannen, sui patris, ac suorum heredum et successorum deponere, exceptis condicionibus et ordinationibus pridem de muro lapideo cum eius fundo, contigue iuxta hereditatem dicti Henrici van den Bosch consistente, per dictum Symonem ex una, et Mauricium, filium quondam Symonis Maurissen et Hillam, filiam quondam Henrici Brugman, partibus ex altera, habitis et ordinatis. Quo facto dictus Johannes repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto domino Henrico dictam annuam et vitalem pensionem quindecim peters predictorum anno quolibet ad vitam eiusdem domini Henrici et non ultra, mediatim et mediatim terminis solutionis predictis de et ex premissis atque quod ipse Johannes dictas conditiones et ordinationes adimplebit et adimplere tenebitur sic et taliter quod dicto domino Henrico ad et supra se et bona sua reliqua dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes Back et Borchgreve, datum XIII iunii, feria tercia post octavas Penthecostes.

R1271, fol. 395v-396r
13 juni 1503
Jan Back en Peter de Borchgreve

Et poterit dictam pensionem redimere perpetue simul unapariter, videlicet quemlibet huiusmodi petrorum cum et mediante septem consimilibus peters et cum pensione anni integri vel medii redemptionis et arrestadiis, prout dictus dominus Henricus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit, hoc tamen salvo quod idem Johannes huiusmodi redemptionem per spacium quarte partis unius anni prefato domino Henrico legitime preintimabit et preintimare tenebitur, et in casu quo dictus Johannes dicta preintimatione facta huiusmodi redemptionem non perfecerit, quod tunc ulteriori potestate redimendi pensionem predictam erit privatus.
Testes Back et Borchgreve, datum XIII iunii, feria tercia post octavas Penthecostes.

R1271, fol. 396r
13 juni 1503
Jan Back en Peter de Borchgreve

Dictus Johannes de Lyt promisit super omnia et habenda dicto domino Henrico ducentos ac decem et septem consimiles peters Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 396r
13 juni 1503
Lambert Millinck en Peter de Borchgreve

Zebertus, soen wilneer Zeberts die Becker, ende Goyart van Duer Jacopssoen hebben geloeft als sculders principael onversceiden op hen ende allen hen gueden, hebbende ende vercrigende, Claessen, zoen wilneer Claessens des Molners, tot behoeff syns ende tot behoef Matheeussen den Molneer, aengaende der pachtingen der moelen Peters van den Water, staende tot Hyntham, die voirs. Matheeus ende wylen Claess Watermaels gedaen hebben als dit jegenwoirdige jair dat uuytgaen sal tot Sint Jansmisse naestcomende, ende dair af by overgeven van hen een, geheiten Heyn Sproncx, molneer, als voir den dorden man in der pachtinge voirs. aengenomen is geweest, dat zij alsulkenen gebreck als dair noch staet te betalen ende tot Sint Jansmisse naestcomende oick te betalen sal wesen aen den voirs. Peteren als van der selver pachtinge, zoe dieselver Peter voir twe wittege mannen seggen sal tachter te wesen, sonder vorder proeve dair af te dorven doen, den voirs. Matheeussen ende Claessen als voir een dordendeel zullen aenleggen ende betalen ende sculdich wesen aen te leggen ende te betalen nu, Sint Janss Baptistendach naestcomende, sonder langer vertreck, ende oft dair inne by hen in der aenlegginge ende betalinge voirs. ennich gebreck geboirden ende die voirs. Matheeus oft die kijndere des voirs. wylen Claessens Watermaels dair af oft by gebreck van dien scaide leeden, dat zij, Zebert ende Goyart, dien scaide sculdich zullen wesen te draigen, ende nyetmin tdordendeel van der pachinge voirs. dat nu te vergelden is ende tot Sint Jansmisse naestcomende te gelden sal wesen, sculdich zijn als voir op te leggen ende te betalen sonder wederseggen.
Testes Millinc et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 396r-396v
14 juni 1503
Jan Back en Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam Gerardi dicti van den Waude, promisit ut debitor principalis Katherine, filie naturalis quondam Johannis Kanaparts, magistre seu rectrici pro tempore Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, ad opus magistrarum seu rectricum pro tempore eiusdem Maioris Curie quod ipse dabit et solvet eisdem magist *(sic)* rectricibus pro tempore hereditarium censum duarum librarum monete anno quolibet hereditarie Petri apostoli ad Cathedram et pro primo solutionis termino Petri apostoli ad Cathedram proxime futuro, et in Buscoducis libere tradet de ex *(sic)* pecia terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dicti promittentis, sita in parochia de Scijnle, in loco dicto Int Elschot, inter hereditatem liberorum quondam Johannis Lambertss. de Vorstenbosch ex uno et inter hereditatem reliquam dicti promittentis ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad communem viam, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, tali annexa conditione quod rectrices

pro tempore dicte Maioris Curie premissis mediantibus perpetuam memoriam seu anniversarium quondam Katherine Vossen, begine, dum vixit dicte Curie, in ecclesia eiusdem curie, prout ibidem moris est, celebrari facient et procurabunt, omni contradictione postposita.
Testes Back et Borchgreve, datum XIIII$^{ta}$ iunii, quarta post octavas Penthecostes, in profesto Venerabilis Sacramenti.

R1271, fol. 396v
14 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Petrus, filius quondam Gerardi dicti Henricxsoen, hereditarie vendidit Johanni dicto Spierinc, filio quondam Gerardi dicti die Bloot, hereditarium censum duorum et dimidii florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia iam ad bursam communiter currente pro quolibet computando, solvendum hereditarie Remigii confessoris et pro primo solutionis termino a Remigii confessoris proxime futuro ultra annum et dicto Johanni libere absque precaria et oneribus tradendum de et ex domo, area et orto cum suis attinentiis, dicti venditoris, sitis in parochia de Waelwyck, inter hereditatem Petri dicti die Witte ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis van der Schuren ex alio, tendentibus a communi platea ad quandam plateam, dictam die Nyewe Straete, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 396v
14 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta septem et dimidio consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Johannes hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Petro, venditori, repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 396v
14 juni 1503
Lambert Millinck en Peter de Borchgreve

Johannes dictus van der Hagen Arntssoen et Aelbertus, eius filius, promiserunt indivisi super omnia et habenda Ghiselberto, filio quondam Theoderici, pistori, undecim florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, Jacobi apostoli, necnon viginti consimiles florenos Renenses, Remigii confessoris proxime futura (*sic*) persolvendos.
Testes Millinc et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 396v-397r
14 juni 1503
Lambert Millinck en Peter de Borchgreve

Willelmus, filius quondam Henrici dicti Willemss., hereditarie vendidit Belye, uxori legitime magistri Godefridi Heymans, doctoris in medicinis, ad opus eiusdem magistri Godefridi,

hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, dicti venditoris, tres maldratas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Vechel, infra locum dictum Tusschen die twe Bruggen, inter hereditatem Johannis Claess. et Danielis van Kilsdonck ex uno et inter communitatem de Vechel ex alio, tendentibus a quadam hereditate, dicta den Paelecker, cum pluribus aliis, ad hereditatem Arnoldi de Doerren ac communitatem de Vechel predictam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, diversis censibus ad decem et octo ac dimidium libras communis pagamenti hereditariorum censuum ascendentibus, atque sex sextariis siliginis mensure de Buscoducis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 397r
14 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Dominus Christianus, filius quondam Johannis, filii quondam Petri dicti van der Heyden, filii quondam Godefridi, presbiter, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Rode Sancte Ode, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et in Rode tradendam de et ex pecia terre arabilis, sita in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Ten Oever, inter hereditatem Johannis dicti van den Oever ex alio et uno fine et inter hereditatem Anthonii dicti die Clerck ex alio, quam pactionem dictus Johannes van der Heyden erga Egidium, filium naturalem quondam Egidii dicti van den Venne, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus magistri Franconis de Viridi Valle, scolastici Sancte Ode Rodensis, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis, sui patris, et suorum heredum deponere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 397r
17 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Lysbeth, weduwe wilneer Henricx van Avensoen, des screynmakers, heeft hair afgeseegt der cremerambacht bynnen deser stadt ende zij en will van deser tyt voirtaen daer mede nyet meer scyeten noch geneyeten.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XVII[a] iunii, sabbato post octavas Penthecostes.

R1271, fol. 397r
17 juni 1503
Lambert Millinck en Peter de Borchgreve

Aelbertus, filius quondam Zeberti Aelbrechszoen, hereditarie vendidit michi ad opus Theoderici, filii quondam Johannis, filii quondam Arnoldi Egens alias dicti Scoercop, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et in Buscoducis libere tradendam de et ex duabus peciis terre sibi mutuo adiacentibus, dictis die Venacker, quatuor lopinatas terre vel circiter pariter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Bucstel, in tribunali de Lyemde,

inter hereditatem Henrici van den Venne ex uno et uno fine et inter hereditatem Lamberti van den Byechelaer ex alio, tendentibus cum reliquo fine ad hereditatem filie quondam Zeberti Aelbertss.; item ex tercia parte ad dictum venditorem, ut dicebat, spectante, in quodam prato, tres diurnatas prati vel circiter continente, sito in in (*sic*) parochia et tribuali predictis, inter communitatem ex uno et inter hereditatem Johannis Lambertss. ex alio, tendente ab hereditate Henrici Peters ad hereditatem Willelmi Aelbertss., ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ex dicto prato, prius annuatim et iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus venditor huiusmodi pactionem redimere et acquitare poterit perpetue cum et mediante decem et novem peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis.
Testes Millinc et Borchgreve, datum XVII[a] iunii, sabbato post octavas Penthecostes.

R1271, fol. 397v
17 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Ghiselbertus, filius quondam Constantini dicti Stanss sHoessen, promisit super omnia et habenda Ghysberto, filio quondam Theoderici, pistori, duodecim et dimidium florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, Remigii confessoris proxime futuro persolvendos.
Testes Brecht et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 397v
17 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Thomas Janssoen van der Donck heeft hem afgeseegt der meesterijen van den ambacht der wolleweveren bynnen deser stadt ende en will van deser tyt voirtaine dairmede nyet meer scyeten noch genyeten.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 397v
1 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Johannes, filius quondam Jacobi dicti in den Everbosch, particulam terre arabilis, lopinatam ac quartam partem unius lopinate terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Bucstel, ad locum dictum Casteren, in tribunali de Lyemde, inter hereditatem liberorum quondam Johannis Crabben ex uno, et inter hereditatem Anthonii Crabben ex alio, tendentem a communi via ad hereditatem Gerardi dicti die Necker, prout dicta particula terre ibidem sita est, ut dicebat, hereditarie vendidit Adriano, filio dicti Anthonii Crabben, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum prima iulii.

R1271, fol. 397v
10 juli 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam Wolteri dicti van der Stegen, dimidium iuger terre vel circiter, situm in parochia de Berchen, in loco dicto Int Berchensche Ruett, inter hereditatem Arnoldi Bernts ex uno et inter hereditatem heredum quondam Lamberti Bollens ex alio, tendens ab hereditate Zeberti Beecken ad communem plateam prout dictum dimidium iuger terre ibidem situm est, ut dicebat, hereditarie vendidit michi ad opus Johannis, filii quondam Gerardi Janss., ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis circumspectionibus ad dictum dimidium iuger terre e iure conservandum spectantantibus, ut dicebat.
Testes Raess. et Borchgreve, datum X$^{a}$ iulii.

R1271, fol. 397v
10 juli 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Lambertus, filius dicti quondam Wolteri van der Stegen, in absentia dicti Johannis prebuit ad redimendum dictum dimidium iuger terre e iure proximitatis, et obtinuit.
Testes, datum iam supra.

R1271, fol. 397v-398v
20 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Willelmus, filius quondam Arnoldi de Vaerlaer, Johannes dictus Wittop, filius quondam Johannis Wittop, Henricus, filius quondam Henrici Elyaess., Godefridus, filius quondam Willelmi Goyartss., Arnoldus, filius quondam Theoderici de Vaerlaer, Johannes dictus die Koyter, filius quondam Johannis die Koyter, et Costinus dictus Cost, filius quondam Theoderici dicti Costen, scabini pro tempore, Nycolaus, filius quondam Lamberti van der Stegen, Willelmus de Kilsdonck, filius quondam Henrici dicti Lynens., et Henricus, filius quondam Rodolphi dicti Bevers, iurati pro tempore, Gerardus dictus van der Dussen, magister pro tempore Mense Sancti Spiritus, Johannes, filius quondam Henrici Mathijszoen, magister pro tempore fabrice ecclesie in Dynther, hereditarie vendiderunt Mathie, filio Lamberti Mathijssoen, hereditarium censum viginti septem florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rynsgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ octo, aureos florenos cum cruce sancti Andree, iusti ponderis, dictos gouden andriesgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ novem stuferis. novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum et in Buscoducis absque omni onere precarie ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum de et ex duobus sextariis siliginis mensure de Buscoducis, que duo sextaria siliginis predicta quidam Johannes Arnt Huyskenssoen de et ex suis bonis et hereditatibus, sitis in parochia de Dynther, ad locum dictum Vorstenbosch, annuatim et hereditarie primodicto Willelmo de Vaerlaer solvere tenetur; item de et ex tota parte et omni iure ad dictum Johannem Wittop spectante in quodam prato, dicto den Strybeempt, sito in dicta parochia de Dynther, iuxta molendinum aquatile, dictum die Kilsdoncsche molen, inter hereditatem Johannis de Kessel ex uno inter hereditatem supradicti Johannis Wittop ex alio, tendente ab hereditate spectante ad dictum molendinum aquatile ad

hereditatem, spectantem olim ad Johannem van der Dussen, nunc vero ad Arnoldo de Hall; item de et ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus supradicti Henrici Elyaes, unam maldratam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia predicta, ad dictum locum Op Vorstenbossche vocatum, inter hereditatem Johannis, filii quondam Lamberti van der Stegen, cum pluribus aliis ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus ab hereditate iamdicti Johannis ad communem plateam; item ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, duodecim lopinatas terre vel circiter continentibus, dicti Godefridi, sitis in dicta parochia de Dynther, ad locum dictum Aen de Boeghe, inter hereditatem Johannis dicti Philipssoen ex uno et alias undique ad communitatem de Dynther ibidem; item ex pecia terre arabilis, unam sextariatam terre vel circiter continente, dicti Arnoldi de Vaerlaer, sita in dicta parochia de Dynther, in loco, dicto Int Rullen, inter communem stegam ex uno et inter hereditatem reliquam eiusdem Arnoldi ex alio, tendente ab hereditate Johannis Bloyman ad hereditatem Gerardi dicti van der Dussen; item ex pecia terre arabilis, tres lopinatas terre vel circiter continente, dicti Johannis die Koyter, sita in parochia predicta, ad locum dictum den Bolck, inter hereditatem domini Johannis Back, militis, ex uno et fine uno et inter hereditatem Johannis Henric Mathijs predicti ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem dicti Costini; item adhuc ex pecia terre arabilis, maldratam terre vel circiter continente, dicti Costini, sita in eadem parochia, in loco dicto In der Lamerhoevel, inter hereditatem Willelmi Florijssoen ex uno et inter hereditatem domini Danielis, presbiteri, filii quondam Laurencii de Weert, ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem dicti Johannis die Koyter; item ex agro terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dicti Nycolai, sito in dicta parochia, in loco dicto In de Boekart, inter hereditatem Arnoldi de Hall ex uno et inter hereditatem Henrici dicti Arntssoen ex alio, tendente ab hereditate Henrici Gheck ad hereditatem Elisabeth, filie quondam Henrici die Jongher; item ex quodam agro terre, decem lopinatas terre vel circiter continente, dicti Willelmi de Kilsdonck, sito in eadem parochia in loco predicto, In de Boekart vocato, inter hereditatem dicti Henrici, filii quondam Rodolphi die Bever, et Elisabeth dicte Faessen ex uno et inter communem paludem ibidem ex alio, tendente ab hereditate Aleidis, relicte quondam Aelberti dicti Myddeler, et eius liberorum ad hereditatem Johannis de Kessel, quadam stega interiacente; item ex domo, area, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, quinque lopinatas terre vel circiter continentibus, dicti Henrici, filii quondam Rodolphi die Bever, sitis in eadem parochia ad locum, dictum Aen de Bueghe, inter hereditatem Michaelis dicti Michielszoen, Aen geen Boeghe, ex uno et fine uno et inter hereditatem dicte Elisabeth Faessen ex alio, tendentibus cum reliquo fine ad communem plateam; item ex pecia terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, dicti Gerardi van der Dussen, sita in dicta parochia, in loco dicto Int Kerckvelt, inter hereditatem Arnoldi Dircxs. ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti de Weert, fabri, ex alio, tendente ab hereditate dicti Willelmi de Vaerlaer ad communem stegam; item ex quodam campulo terre supradicti Johannis, filii quondam Henrici Mathijssoen, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sito in dicta parochia de Dynther, inter quandam stegam ibidem ex uno et alias undique ad hereditatem domicelli Yewani de Cortenbach, domini temporalis de Keerbergen, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis septem libris hereditarii census monete ex domo, area, orto ac hereditatibus predictis dicti Godefridi, item censu fundi ad unum oirtkinum ascendente, ex dicta pecia terre arabilis dicti Johannis die Koyter, item tribus vasis siliginis ex dicta pecia terre dicti Costini, item duobus et dimidio vasis siliginis vel circiter ex dicto agro dicti Willelmi de Kilsdonck, item tribus maldris siliginis ex dictis domo, area, orto ac hereditatibus dicti Henrici, filii quondam Rodolphi die Bever, item viginti tribus stuferis ex dicto campulo dicti Johannis, filii quondam Henrici Mathijss., prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Brecht et Raessen, datum XX[a] iunii.

R1271, fol. 398v-399r
20 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Et poterint redimere perpetue simul unapariter, quemlibet videlicet huiusmodi florenorum cum et mediantibus decem et septem consimilibus florenis Renensibus in moneta superius specificata, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 399r
20 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Supradicti venditores hereditarie vendiderunt supradicto Mathie ad opus Aelberti, filii quondam Johannis dicti Aelbrechssoen de Maren, pellifici, hereditarium censum novem consimilium florenorum Renensium cum specificatione ut in contractu precedenti, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum et ut supra tradendum de et ex contrapigneribus et bonis iam supra specificatis, et promittentes indivisi per totum ut iam supra, tali annexa conditione quod dicti venditores dictum censum redimere et acquitare poterunt perpetue simul unapariter, quemlibet videlicet huiusmodi florenorum cum et mediante decem et septem consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Aelberto legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 399r
20 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Johannes, filius quondam Wolteri de Peelt, promisit Willelmo, filio quondam Henrici Scellekens, quod ipse dabit et solvet dicto Willelmo hereditariam pactionem unius sextarii siliginis mensure de Oirschot anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro notanter, et in Oirscot tradet de et *(sic)* pecia terre pascualis dicti Johannis, sita in parochia de Oirscot, in pastoria de Spoerdonck, in loco dicto Int Pantgatt, inter hereditatem Theoderici Moermans ex uno et inter hereditatem Gerardi Peterssoen ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad communem plateam, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto uno grosso antiquo census fundi, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 399r
20 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Et poterit redimere ad spacium ad spacium quatuor annorum Purificationis ultimo preteritum sine medio sequente semper dicto spacio durante cum et mediante quatuor peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Willelmus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol.399r-399v
22 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Petrus, filius quondam Jordani dicti die Meyer, relictus quondam Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Mathie Roefs, potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Mathie Roefs, ut apparebat, necnon dictus Henricus de Esch, presbiter, hereditarie vendiderunt Henrico dicto Bogart, filio quondam Henrici dicti Bogart, fabro, hereditarium censum quatuor et dimidii florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Pasche et pro primo solutionis termino Pasche proxime futuro et in Buscoducis absque omni onere precarie ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, tres lopinatas terre vel circiter continentibus, dicti Petri, sitis in parochia de Orscot, in pastoria de Verrenbest, inter hereditatem Petri dicti Geerlicx ex uno et inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Jacobi Rademekers, sartoris, ex alio, tendentibus a communi platea ad quendam agrum, dictum den Eyrenskens Acker; item ex pecia terre, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, dicti Petri, sita in dicta parochia, in pastoria de Vorstenbest, inter hereditatem heredum quondam Happonis, filii quondam Godefridi Keymps, ex uno et inter hereditatem Theoderici, filii quondam Johannis van der Heiden, ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad communem plateam; item adhuc ex quodam prato, dimidium bonarium terre vel circiter continente, eiusdem Petri, sito in eadem parochia, infra pastorias de Vorstenbest et Verrenbest, inter hereditatem Henrici, filii quondam Willelmi Aelbertss., ex un et inter hereditatem Johannis, filii quondam Willelmi Jacopss., ex alio, tendente ab hereditate Theoderici Geritss. ad hereditatem Henrici Michielss. van der Warden; item ex pecia terre mericalis, unum et dimidium bonaria terre vel circiter continente, dicti domini Henrici, sita in parochia predicta, in pastoria de cymitherio, inter communitatem ibidem ex uno et fine uno et inter hereditatem Nycolai, filii Heymerici Scepens, ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Johannis, filii Godefridi Roestenberchs, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad unum grossum antiquum et unum denarium, negenmenken vocatum, ascendente, uno modio et una sextariata siliginis hereditarie pactionis heredibus quondam magistri Gerardi Symons et uno modio siliginis hereditarie pactionis Elisabeth, relicte quondam Henrici Willemss. van der Vloet, ex bonis et hereditatibus predictis dicti Petri, atque censu fundi ad unum et dimidium grossos antiquos ascedente domino duci, ex dicta pecia terre mericalis dicti domini Henrici prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XXII$^{da}$ iunii.

R1271, fol. 399v
23 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Henricus Bogart dictum censum hereditarie supportavit domino Henrico de Esch, presbitero, ad opus domicelli Werneri, filii quondam domini Rycoldi de Merode, militis, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepta tamen et dicto venditori reservata sua potestate redimendi censum predictum, iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXIII[a] iunii.

R1271, fol. 399v
22 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Et poterint redimere perpetue cum et mediante sexaginta septem et dimidio consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 399v
22 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Dictus Petrus promisit super omnia et habenda dicto domino Henrico quod ipse Petrus dictum censum quatuor et dimidii florenorum Renensium exnunc deinceps dabit et solvet necnon infra spacium quatuor annorum proxime futurorum redimet et acquitabit ac dare et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod dicto domino Henrico ad et supra se et bona sua predicta ac reliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 399v-400r
22 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Anthonius Hinckart, filius quondam Willelmi Hinckart, hereditarie vendidit Jacobo die Witte hereditarium censum decem et dimidii florenorum Renensium, XX[ti] stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi annali solutione dicti census aureos florenos Renenses, iusti pondereris, dictos gouden Rynsgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti pondereris, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et aliam pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste de et ex domo, area, orto ac ceteris edificiis ac suis attinentiis dicti Anthonii, olim dictis dat Huys van Loen, sitis in Buscoducis, in quadam platea, tendente a ponte, dicto dat Loofsbrugsken, versus pontem, dictum die Lombaertsche brugge, inter hereditatem heredum quondam Rodolphi die Bever ex uno et inter hereditatem Jacobi de Fine, heredum quondam Cornelii Coelborneers et quorundam aliorum ex alio, tendentibus a dicta platea ad Dyesam ibidem retro fluentem; item adhuc ex quodam manso eiusdem Anthonii, sito in parochia de Oisterwyck, in loco dicto In Udenhout, videlicet ex domibus, areis, ortis, terris pratis, pascuis mericis, lignicrescentibus ceterisque iuribus et attinentiis eiusdem mansi, singulis et universis, quocuque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi domino duci,

hereditario censu viginti librarum monete heredibus Johanni Dachverlies, hereditario censu decem florenorum Renensium conventui sancte Geertrudis in Buscoducis ac hereditario censu viginti quatuor florenorum Renensium Martino de Elmpt ex dictis domo, area, orto ac ceteris edificiis cum suis attinentiis, necnon quatuor florenis Renensibus hereditarii census domino duci atque uno denario, dicto roeskens mottoen, conventui de Porta Celi, sito prope Buscumducis, ex dicto manso et eius attinentiis predictis prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 400r
22 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante centum et septuaginta quinque consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni Renensis *(sic)* et arrestadiis, prout dictus Jacobus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Anthonio repromisit, hoc tamen salvo quod idem Anthonius huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Jacobo ab ante legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 400r-400v
23 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Gerardus, filius Petri, filii quondam Nycolai dicti die Dorre, hereditarium censum viginti quinque librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste de et *(sic)* domo et area Theoderici Bull, filii quondam Johannis, sita in Buscoducis, ultra Pontem Bladi, dictum die Koerenbrugge, inter viculum, dictum die Koepoirtstraet, ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Mertenss. ex alio et fine uno; item ex duabus domibus et ortis dicti Theoderici, sitis in dicto vico, inter hereditatem Rodolphi die Berbier ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti Wouterss. de Berchen ex alio, quem censum predictum dictus Petrus, filius quondam Nycolai die Dorre, prefato Gerardo, suo filio, in subsidium matrimonii contracti cum Aelberta, sua uxore, filia quondam Gerardi Jacopss., dudum hereditarie supportaverat, prout in litteris, hereditarie supportavit Hermanno, filio quondam Theoderici Henrixs., ad opus Elisabeth, relicte eiusdem quondam Theoderici Henricx Pelgroms, sue matris, simul cum dictis aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum XXIII$^{a}$ iunii.

R1271, fol. 400v
23 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante centum et quinquaginta florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ octo, novos florenos archiducis Phiilippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis,

prout Hermannus predictus nomine dicte sue matris hoc palam recognovit et super omnia dicto Gerardo repromisit, hoc tamen salvo quod idem Gerardus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Elisabeth legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 400v
23 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Gerardus van der Staeck, forestarius in Helvoirt, Theodericus Gerits, Petrus Geritssoen et Willelmus Vrancken promiserunt indivisis super omnia et habenda Anthonio Hinckart viginti quinque florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, et quinque stuvers infra hinc et Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes Brecht et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 400v
22 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Christina, relicta quondam Coenrardi Keymp, heeft hair afgeseegt der nastelmakerambacht bynnen deser stat ende zij en will van deser tyt voirtane dair mede nyet meer scyeten noch genyeten.
Testes Brecht et Berkel, datum XXII$^{da}$ iumii.

R1271, fol. 400v
23 juni 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum domicella Henrica van der Leck, filia quondam Ostonis van der Leck, relicta quondam Henrici de Appelteren, usufructum sibi competentem in hereditario redditu quinquaginta aureorum florenorum bonorum et legalium, communiter coervorstgulden appellatorum, vel iusti valoris eorundem in alia bona aurea moneta equivalente, solvendum anno quolibet hereditariere mediatim Nativitatis Baptiste et mediatim Nativitatis Domini et in cambio opidi de Buscoducis aut civitatis de Huesden levandum, quem redditum Osto van der Leck predictus erga dominum abbatem et totum monasterium sancti Trudonis, ordinis sancti Benedicti Leodiensis diocesis, dudum acquisierat, ut in quodam instrumento publico sigillisque dictorum dominorum abbatis et monasterii roborato, cuius data continet anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo octavo, mensis decembris, die decima nona desuper confecto plenius videbatur contineri, legitime supportasset domino Jacobo de Apelteren, canonico Traiectensi, filio domicelle Henrice et quondam Henrici van Apelteren predictorum, necnon Theoderico de Blitterswyck, marito et tutori legitimo domicelle Jutte, sue uxoris, filie eorundem domicelle Henrice et quondam Henrici van Apelteren, cumque dicti dominus Jacobus et Theodericus de Blitterswyck, maritus et tutor legitimus dicte domicelle Jutte, sue uxoris, dictum redditum hereditarie supportassent Arnoldo Pels, filio quondam Petri Pels, atque deinde idem Arnoldus Pels iamdictum redditum hereditarie supportasset Goeswino de Brecht, prout hec omnia in diversis litteris continentur, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus dominus Jacobus pro se ipso atque tamquam potens pro Henrico de Apelteren, suo fratre, domino

temporali de Persingen, vigore certarum litterarum procuratoralium, sibi ab eodem Henrico sub sigillo secreto opidi Novamagensis ac sigillis Theoderici de Bronchorst et Henrici de Galen, scabinorum eiusdem opidi, concessarum, pretactis supportationibus et resignationibus de dicto redditu ut premittitur factis, omnibus mediatibus modo et forma quibus potuit suum adhuc plenarium dedit et adhibuit consensum pariter et assensum atque super eodem redditu quinquaginta florenorum aureorum, bonorum et legalium predictorum ac super toto iure et actione quacumque sibi ac dicto Henrico, suo fratri, ratione successionis aut alias qualitercumque competente in supradictis instrumento et litteris ac quibuscumque aliis litteris et instrumentis et munimentis mentionem inde facientibus, ad opus dicti Goeswini de Brecht legitime et hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda necnon adhuc vigore potestatis sibi, ut premittitur, attribute, sub obligatione omnium bonorum dicti Henrici, sui fratris, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et ex parte dicti Henrici, sui fratris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum XXIII[a] iunii.

R1271, fol. 401r
24 juni 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Johannes et Willelmus, fratres, liberi quondam Henrici Bouwens, palam recognoverunt se recepisse per manus Jacobi Poyn duodecim denarios, hoernsgulden communiter vocatos, occasione emptionis seu supportationis medietatis dimidii modii siliginis hereditarie pactionis mensure de Gravia, solvendi annuatim ex certis hereditatibus in parochia de Kuyck situatis, iuxta tenorem litterarum desuper confectarum, eidem Jacobo facte per eosdem Johannem et Willelmum coram scabinis de Kuyck clamantes inde quitum, promittentes quod super omnia et habenda indivisi eundem Jacobum et eius bona de premissis duodecim hoernsgulden ac ulteriori solutione dicte medietatis dimidii modii siliginis atque dampnis sibi ea occasione ex parte suorum fratrum et sororum ac quorumcumque aliorum indempnem servare.
Testes Raess. et Borchgreve, datum XXIIII[ta] iunii.

R1271, fol. 401r
26 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Elisabeth, filia dicti quondam Henrici Bouwenss., et Johannes, filius Gerardi Loeman, tamquam maritus et tutor legitimus Johanne, sue uxoris, filie dicti quondam Henrici, super dicta medietate dicti dimidii modii siliginis atque iure ad opus dictorum Johannis et Willelmi hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex eorum *(sic)* deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum XXVI[ta] iunii.

R1271, fol. 401r
26 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Hubertus, filius quondam Johannis Zebertss., promisit super omnia et habenda mihi ad opus domicelle Johanne de Spralant decem et octo florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon octo consimiles stuferos Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.

Testes Brecht et Berkel, XXVI$^{ta}$ iunii.

R1271, fol. 401r
*deze akte is onvolledig*

Margareta, relicta relicta quondam.

R1271, fol. 401r
26 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Nycolaus, filius naturalis quondam Gerardi dicti die Weerdt, hereditarie vendidit Lamberto, filio quondam Arnoldi dicti die Meyer, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste de et ex quadam hereditate, dicta Banck Moers, dicti venditoris, sita in parochia de Venloen, inter hereditatem Pauli, filii quondam Henrici Quaps, ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Johannis Lemmens ex alio, tendente a communi aqueductu ad hereditatem domini de Loen, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 401v
26 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue quemlibet huiusmodi florenorum cum quindecim consimilibus florenis Renensibus et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVI$^{ta}$ iunii.

R1271, fol. 401v-402r
26 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Gerardus, filius quondam Geerlaci van den Melcrode, Godefridus, filius quondam Willelmi Aelbrechss., Henricus, filius quondam Henrici de Berze, Lubbertus, filius quondam Johannis de Herssel, Egidius, filius quondam Theoderici dicti sMolners, Johannes, filius quondam Johannis Danelss. van den Dyck, Ghiselbertus, filius quondam Egidii sCremers, et Arnoldus, filius quondam Arnoldi van der Hoeven, hereditarie vendiderunt Henrico, filio quondam Rutgeri Belartss., ad opus Margarete, filie quondam Henrici Belarts, hereditarium censum decem et novem florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste de et ex quodam prato, duo bonaria terre vel circiter continente, dicti Gerardi, sito in parochia de Oirscot, in loco dicto In de Vloet, inter hereditatem Beertkini van den Spijker et Nycolai de Delft ex uno et inter hereditatem dicti Beertkini et Franconis van der Meer ex alio, tendente ab hereditate eiusdem Beertkini ad hereditatem Johannis van der Heyden; item ex pecia prati, dicti den Neytten Beempt, unum bonarium vel circiter continente, dicti Godefridi, sita in dicta

parochia, in pastoria de Vorstenbest, inter hereditatem Adriani sMolners ex uno et alias undique ad communitatem ibidem; item ex pecia terre undecim lopinatas terre vel circiter continente, dicti Henrici, sita in dicta parochia, in pastoria de Cymiterio, inter hereditatem Johannis Henricxs. van der Vloet ex uno et inter hereditatem Nycolai Scepens ex alio, tendente ab hereditate liberorum quondam Petri Jacops ad hereditatem Jordani die Hoppenbrouwer; item ex pecia terre, tres et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, dicti Lubberti, sita in parochia et pastoria iamdictis, inter hereditatem Heilwigis, relicte quondam Arnoldi Thomassoen, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Henrici Janss. van Kuyck ex alio, tendente ab hereditate Marie, relicte quondam Jordani die Hoppenbrouwer, ad hereditatem Nycolai Henric Philipss.; item de et ex domo, area, horreo, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, decem lopinatas terre vel circiter continentibus, dicti Egidii, sitis in dicta parochia, in pastoria de Strathen, inter hereditatem liberorum quondam Ghiselberti Hoppenbrouwers ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus ab hereditate Petri, filii quondam Jordani Brants, ad communem plateam; item ex domo, area, horreo et orto ac hereditate sibi adiacente, tres lopinatas terre vel circiter continentibus, dicti Johannis, sitis in dicta parochia, in pastoria de Aerle, inter hereditatem Henrici dicti sCrommen ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus ab hereditate Geertrudis, relicte quondam Henrici Stockelmans, et eius liberorum cum uno fine; insuper ex pecia terre pascualis, quinque lopinatas terre vel circiter continentibus, dicti Ghiselberti, sita in parochia predicta, in pastoria de Hedel, inter hereditatem Katherine, relicte quondam Willelmi Geritss., ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus cum uno fine ad hereditatem liberorum quondam Theoderici de Onstaiden; item ex pecia prati, dimidium bonarium terre vel circiter continente, dicti Arnoldi, sita in dicta parochia, in pastoria van der Ameyen, inter hereditatem Mechteldis, relicte quondam Jordani Happen ex uno et inter hereditatem Gerardi die Cuyper ex alio, tendente ab hereditate Heilwigis, relicte quondam Jacobi de Dormalen ad hereditatem Henrici, filii quondam Petri Agnezen, ut dicebant, ab eadem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi dicto prato dicti Gerardi, item censu fundi atque dimidio modio siliginis mensure de Oirscot ex domo, area, horreo, orto et hereditatibus dicti Egidii, item dimidio modio siliginis hereditarie pactionis ex domo, area, horreo, orto ac hereditate dicti Johannis, item duobus et dimidio lopinis siliginis mensure Oirscot ex dicta pecia terre dicti Egidii, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 402r
26 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterint redimere perpetue simul unapariter, quemlibet videlicet huiusmodi florenorum cum sedecim consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus Belarts nomine dicte Margarete hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 402r-403r
26 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Johannes de Berkel, als meester ende recteur van den Grooten Gasthuys in sHertogenbosch, een hoeve, geheiten des gasthuyshoeve, met allen hare rechten ende toebehoirten, gelegen in

der prochien van Haren bij Oisterwyck, gelyc die voirs. hoeve met haren toebehoirten voirs. aldair gelegen zijn, ende een, geheiten Wouter van der Ryt Willemszoen, die als laet in zijnre toelingen gehadt ende beseten heeft, heeft hij tot enen jairpacht uuytgegeven Jannen Wytmans Geritszoen, van hem enen tyt van acht jaeren thoechtyt van meidach lestleden sonder myddelt naest eenvolgende te hebbene ende te gebruyckene, dats te wetene elcx jairs van den voirs. acht jaren voir ende omme vierthien mudden roggen Bosschen maten ende leveringe, drie steen vlass ter hekelen toebereyt ende vier capuyn, te gevene ende te betalene den voirs. Gasthuys van Jannen Wytmans voirs. alle jaer van den voirs. jaren, te wetene den rogge opt Lichtmisse ende dat vlass ende capuyn in den hoichtijde van sinte Merten in den winter, ende voir den iersten termyne van betalinge in den hoichtyde van Lichtmisse ende sinte Mertens dach naestcomende ende zoe voirtane durende den tyt van den jaren voirs., metten vorwarden ende condicien hiernae volgende: in den iersten zoe eest vorwarde dat die voirs. Jan den gronthijns *(sic)* die men uuyter voirs. hoeven sculdich is te vergelden, jairlix den voirs. tyt van den jaeren alsoe gelden ende betalen sal ten tyde ende plaetsen dair ende alsoe dat behoert dat den voirs. Gasthuys dair egenen scaide af en come in toecomende tyden; item als die voirs. jaeren omgaen zijn zullen, soe sall die voirs. Jan Wytmans opt voirs. goet laten, besten werdt wesende, acht ende twentich peters ende enen halven, tstuck tot achtien stuvers gerekent, in desen te rekenen den gouden Rynsgulden, gerecht van gewicht, tot XXVIII stuvers, tdobbel vueryseren tot drie blancken, ende andere penningen nae advenande nae dier valuatien; item sal die voirs. Jan Wytmans alle jaer van den acht jaeren setten ende poeten op tvoirs. goet vyfendetwentich eycken heesters ende die sal die meester coepen dair hij can, ende die laet sal se halen ende op zijns selfs cost setten dair den meester best sal duincken; item noch soe sal die voirs. Jan sculdich zijn te decken op die huysinghe van der voirs. hoeven elcx jairs van den voirs. acht jaeren anderhalve roede nyeus gedrevens daecx, beneden van den oesden opwarts boven ten vorste toe, oft dairvoir sculdich wesen te doen alsoe vele anders opter voirs. hoeven in prouffyte derselver, ten versuecke van den voirs. meester, als twe goede mannen, ingesetenen van Haren, diese van beyden zijden dairtoe kyesen zullen, sullen seggen des verguedt te wesene; item zoe wes dat Jan Wytmans voirs. doet decken oft tymmeren, dair salt Gasthuys toeleveren hout ende yserwerck ende dairtoe die dachueren betalen ende Jan sal den werckluyden den montcost geven ende dairtoe eenen oeperman besorgen; item zoe sal die voirs. Jan den tyt van den voirs. jaeren duerende die huysinge, graven, sloten, wallen, dycken ende heyningen van der hoeven voirs. houden in goeden gereeck end disposicien tot laets recht; item noch zoe is vorwarde dat Jan voirs. int eynde van den voirs. jaeren sal afvaren metter halver scaren ende hy en sal oic in dat leste jair egeenrehande ruwair oft myst van der hoeven moigen vueren oft oic beesten dairaf moigen zetten; item noch zoe sal Jan Wytmans voirs. duerende den tyt van der laetscappen sculdich zijn te betalen allen onraet van dyckgelt oft graefgelt dat op het lant van der hoeven sal comen te vergelden sonder des Gasthuys cost ende naegaende deser condicien ende vorwarden, soe heeft Jan van Berkel die voirs. hoeve metten anderen erffenissen voirs. geloeft op verbyntenisse van allen den gueden den Gasthuyse toebehoerende, te wetene duerende den tyt van den jaeren voirs. ende allen anderen commer dairinne wesende af te doene ende die voirs. Jan Wytmans ende met hem Jan Wytmans Janssoen ende Peteren Elens hebben wederomme geloeft als principael sculderen onversceyden op hen ende allen hoir gueden, hebbende ende vercrigende, den voirs. Jannen van Berckel tot bchoeff des Gasthuys voirs. dat zij geven ende betalen zullen den voirs. Gasthuys jairlix totten termynen voirs. die voirs. vierthien mudde roggen, drie steen vlas ende vier capuyn voirs., duerende den tyt van den jaeren voirs. ende hebben voirt geloeft opte verbyntenisse voirs. alle vorwarden ende condicien voirs. underlingen te houdene ende metten werck te volbrengene, sonder droch oft argelist.

Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVI$^{ta}$ iunii.

R1271, fol. 403r
27 juni 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Dominus Arnoldus Demars, ordinis Theutonicorum, hereditarie vendidit Arnoldo de Berze, filio quondam Johannis de Berze, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Baptiste et in Buscoducis absque omni onere precarie domini ducis ceterisque oneribus et incommodis libere tradendam de et ex domo, area, horreo et orto dicti domini Arnoldi, sitis in parochia de Geldrop, inter hereditatem cuiusdam vidue, dicte Gheess Hoendervengers, ex uno et inter hereditatem Reyneri dicti van den Rull ex alio et fine uno, tendentibus cum reliquo fine ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepta hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Geldrop, prius annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Berkel, datum XXVII[a] iunii.

R1271, fol. 403r
10 oktober 1503[75]
Jan Ghijsselen en Jan Monix

Dictus Arnoldus de Berze dictam pactionem hereditarie supportavit Gerardo van der Zantvoirt simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepta potestate redimendi, ut in forma.
Testes Ghijsselen et Monix, datum XI[a] octobris.

R1271, fol. 403r
27 juni 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum triginta sex peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewicht, pro XX[ti] octo stuferis, novos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nywe philippusgulden, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 403r
26 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Fratres Petrus de Gelria, prior, et Johannes, filius quondam Willelmi van den Velde, ab eodem quondam Willelmo et Mechtelde, sua uxore, pariter genitus, conventualisque

[75] *deze datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepennamen*.

conventus fratrum Cruciferorum, siti in opido de Woudrichem, nomine et ex parte eorum et dicti conventus ac quorumcumque conventualium eiusdem conventus, presencium et futurorum, ymmo in presentia et de expressis consensu et voluntate reverendi in Christo patris magistri Cornelii de Clootingen, sacre theologie professoris ac generalis totius ordinis Cruciferorum, quecumque bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata, que dicto fratri Johanni seu conventui predicto per et post mortem dicti quondam Willelmi, patris eiusdem fratris Johannis, iure successionis hereditarie, via testamentarie ordinationis seu alias quovismodo advoluta sunt necnon que eisdem fratri Johanni et conventui per et post mortem dicte Mechteldis, matris iamdicti fratris Johannis, atque quorumcumque aliorum consanguineorum eiusdem fratris Johannis, tam ex parte patris quam ex parte matris, etiam iure successionis aut alias quovismodo adhuc advolvenda sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Gerardo, filio quondam Willelmi de Wyck, tamquam marito et tutori legitimo Henrice, sue uxoris, filie dictorum quondam Willelmi van den Velde et Mechteldis, sue uxoris, simul cum toto iure ipsis fratri Johanni et conventui predicto seu eorum alteri, ut dicebant, competente aut imposterum competituro in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, et effestucando, promittentes dicti fratres Petrus, prior, et Johannes, conventualis, in presencia et de expressis consensu et voluntate ut supra sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, ab eodem conventu ad presens habitorum ac imposterum ab eo habendorum et acquirendorum, ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti conventus et quorumcumque aliorum conventualium eiusdem conventus, presencium et futurorum, salva tamen dicto fratri Johanni et sibi reservata vitali pensione sex florenorum Renensium eidem fratri Johanni a dicto Gerardo hodierna die promissa, iuxta continentiam litterarum scabinalium de Buscoducis desuper confectarum, atque etiam dicto conventui reservato huiusmodi hereditario censu quatuordecim florenorum Renensium, quem dicta Mechteldis pridem eidem conventui firmaverat iuxta continentiam litterarum desuper, ut asseruerunt, confectarum.
Testes Brecht et Berkel, datum XXVI$^{ta}$ iunii.

R1271, fol. 403v
26 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Gerardus, filius quondam Willelmi de Wyck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Henrice, sue uxoris, filie quondam Willelmi van den Velde, ab eodem quondam Willelmi et Mechtelde, sua uxore, pariter genite, promisit ut debitor principalis fratri Johanni, filio dictorum quondam Willelmi van den Velde et Mechteldis, sue uxoris, conventualique conventus fratrum Cruciferorum, siti in opido de Woudrichem, quod ipse dabit et solvet eidem fratri Johanni vitalem pensionem sex florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando anno quolibet, ad vitam dicti fratris Johannis et non ultra, in festo Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino in festo Nativitatis Baptiste obitum dicte Mechteldis, relicte quondam Willelmi, immediate subsequente et non prius ex medietate Porte Captivorum in Buscoducis, olim dicti quondam Willelmi van den Velde, atque ex iure preconatus ac ceteris iuribus eiusdem medietatis porte predicte, singulis et universis, necnon ex omnibus et singulis huiusmodi bonis que dicto Gerardo, tamquam marito dicte Henrice, sue uxoris, per et post mortem dicti quondam Willelmi van den Velde iure successionis hereditarie advoluta sunt, atque eidem per et post *(hierna ontbreekt* mortem*)* dicte Mechteldis adhuc advolvenda sunt quocumque locorum consistentia ac reperienda, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum XXVI$^{ta}$ iunii.

R1271, fol. 403v
26 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Dictus Gerardus, tamquam maritus, ut supra, promisit super omnia et habenda fratri Petro de Gelra, priori pro tempore conventus fratrum Cruciferorum, siti infra opidum de Woudrichem, ad opus eiusdem conventus quod ipse Gerardus in huiusmodi hereditario censu quatuordecim florenorum Renensium, quem dicta Mechteldis, relicta dicti quondam Willelmi van den Velde, dicto conventui in litteris scabinalibus dudum firmaverat seu solvere promiserat, ut dicebat, ac in solutione et prosecutione eiusdem census dictum conventum ac fratres eiusdem seu eorum procuratores quocumque tempore futuro non impediet aut impedire procurabit seu impedimentum aliquid faciet per se, alium seu alios in iudicio vel extra iudicium, directe vel indirecte seu alias quovismodo, ymmo idem Geradus firme et promissionibus de eodem hereditario censu per dictam Mechteldem factis, similiter adhibuit consensum pariter et assensum, salva tamen dicto Gerardo et sibi reservata sua potestate redimendi censum predictum iuxta continentiam litterarum desuper confectarum.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 403v-404r
27 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Anthonius, filius quondam Petri dicti Koyts, promisit ut debitor principalis Yde, filie quondam Gerardi de Casteren, ad opus Anne, filie Godefridi de Spoerdonck des Cangieters, quod ipse dabit et solvet eidem Anne quoad vixerit ipsam annuam et vitalem pensionem quinque peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia seu moneta valuata pro quolibet computando, estimando videlicet in annali solutione dicte pensionis denarios, dictos dobbel vueryseren, tres blanccas, et alios denarios valuatos nae advenande secundum illam valuationem, anno quolibet ad vitam eiusdem Anne et non ultra Nativitatis Baptiste et in Buscoducis libere tradet de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus, partim arabilibus et partim pascualibus, sibi mutuo adiacentibus, dicti promittentis, novem et dimidiam lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Heze, ad locum dictum Aen den Bosch, inter hereditatem Johannis de Vaerlaer ex uno et inter hereditatem Johannis van der Hostat ex alio, tendentibus ab hereditate magistri Egidii Wespen ad communem plateam, ut dicebat. Promisit insuper et cum eo Johannes de Baecx, filius Johannis, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus stuferis census fundi atque duobus maldris siliginis hereditarie pactionis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dicti Anthonius et Johannes dictam vitalem pensionem redimere et acquitare poterunt perpetue cum triginta quinque consimilibus peters et cum pensione anni redemptionis et arrestadiis, hoc tamen salvo quod dictus Anthonius dictam pensionem per spacium dimidii anni prefate Yde legitime preintimabit. Preterea condicionatum est quod si contingat dictos Anthonium et Johannem, durante vita dicte Anne, dictam vitalem pensionem mediantibus dictis XXX$^{ta}$ quinque peters, ut premittitur, redimere et acquitare, quod tunc dicta Yda dictos triginta quinque peters de redemptione dicte vitalis pensionis venientes levabit et ad eius libitum disponet et disponere poterit atque quod ipsa Yda levare suum habebit in pensione predicta anno quolibet vita dicte Anne durante, supradicta promissione seu firmatione non obstante.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVII$^{a}$ iunii.

R1271, fol. 404r
27 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Anthonius promisit super omnia et habenda dictum Johannem de Baecx et eius bona de dicta promissione atque dampnis indempnem servare.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 404r
27 juni 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Jacobus dictus Marsmans, filius naturalis quondam domini Jacobi dicti Marsmans, ordinis Theutonicorum, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie quondam Thome Celen, et ipsa Katherina, cum eodem tamquam cum suo tutore, hereditariam pactionem quatuordecim lopinorum siliginis mensure de Helmont, solvendam hereditarie Purificationis et in Bakel tradendam ex domo, area et orto, unam sextariatam terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Bakel, in loco dicto der Vesten Camp, inter hereditatem heredum quondam Arnoldi die Sluyter ex uno et uno fine et inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Godefridi Goebels, et Godefridi, eius filii, ex alio, quam pactionem dicta Katherina erga Godefridum, filium quondam Godefridi Goebels, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Godefrido, filio quondam Godefridi Goebels, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes Raess. et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 404r
27 juni 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Elisabeth, filia Petri Pryker, begina Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, ab codem Petro et quondam Jutta, sua prima uxore, pariter genita, cum suo tutore, medietatem cuiusdam domus et aree ac orti, sitorum in Buscoducis, in vico dicto die Buertschestraet, inter hereditatem eiusdem Petri ex uno et inter hereditatem Johannis de Tricht, fullonis, ex alio, in quibus quidem domo, area et orto predictis dictus Petrus suum adhuc habet et possidet usufructum, ut dicebat, hereditarie supportavit michi ad opus Katherine, filie Reymboldi Henricxsoen, ab eodem Reymboldo et Mechtelde, sua uxore, filia dicti Petri Priker, pariter genite, ab eadem Katherina, post decessus dictorum Petri et Elisabeth, sue filie, amborum et non prius, iure hereditario habendam et possidendam, simul cum toto *(hierna ontbreekt* iure*)* sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salvo tamen dicte Elisabeth et sibi reservato in premissis suo, ut premittitur, usufructu, tali eciam annexa condicione quod dicta Katherina dictam medietatem non poterit vendere nisi de scitu et consensu proprietarii pro tempore relique medietatis domus, aree et orti predictorum, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 404v
28 juni 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Wolterus[76] dictus de Broichoven, filius quondam Egidii dicti de Broichoven, tamquam relictus quondam Margarete, sue uxoris, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in domo, area, domo posteriori ac orto cum suis attinentiis, sitis in Buscoducis, in vico Orthensi, inter hereditatem Johannis dicti Herinc et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Luey, filii quondam Michaelis, ex alio, quos domum, aream, domum posteriorem et ortum cum suis attinentiis predictos dictus Wolterus unacum hereditario censu decem et sex librarum monete erga Wolterum Voet, filium Wolteri Voet, dudum acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Ghysberto, filio dictorum Wolteri et quondam Margarete, necnon Rodolpho, filio quondam Theoderici de Doerne, tamquam marito et tutori legitimo Elisabeth, sue uxoris, Theoderico, filio quondam Theoderici de Mulsel, tamquam marito et tutori legitimo Margarete, sue uxoris, et Reynero Loyen, tamquam marito et tutori legitimo Jutte, sue uxoris, filiarum eorundem Wolteri et quondam Margarete, sue uxoris, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salva tamen dicto Woltero et sibi resevata sua vitali pensione, sibi a dicto Ghiselberto, suo filio, hodierna die promissa iuxta continentiam litterarum desuper confectarum.
Testes Back et Berkel, datum XXVIII[a] iunii.

R1271, fol. 404v
28 juni 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Notum[77] sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Rodolphus, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Elisabeth, sue uxoris, Theodericus, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Margarete, sue uxoris, et Reynerus, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Jutte, sue uxoris, tres quartas partes totumque et omne ius ad ipsos et dictas suas uxores, ut dicebant, spectantes in domo, area, domo posteriori et orto ac suis attinentiis predictis, hereditarie supportaverunt Ghiselberto, filio dicti quondam Wolteri de Broechoven, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum suarum uxorum deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam census fundi domino nostro duci et diversi census hereditarii ad sedecim libras pagamenti ascendentes, diversis personis annuatim exinde e iure solvendi, ut dicebant, hoc plus unacum expensis ea occasione perpessis dicti Rodolphus, Theodericus et Reynerus unacum prefato Ghiselberto portabunt et solvent ac portare et solvere tenebuntur, videlicet eorum quivis unam quartam partem, absque contradictione, dolo et fraude.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 404v-405r
28 juni 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Hubertus, filius quondam Huberti sGraets, necnon Elisabeth et Barbara, eius sorores, filie dicti quondam Huberti sGraets, ab eodem quondam Huberto et Elisabeth, sua uxore, filia Wolteri de Broichoven, pariter geniti, et Johannes dictus van der Stegen, tamquam maritus et

[76] *in de marge de letter* A.
[77] *in de marge de letter* b.

tutor legitimus, ut dicebat, Gerarde, sue uxoris, filie eorundem quondam Huberti et Elisabeth, sue uxoris, necnon Cornelius, filius quondam Egidii Evertssoen, ab eodem et Margareta, sua uxore, filia eiusdem quondam Wolteri de Broechoven, pariter genitus, cum tutore, super dictis domo, area, domo posteriori ac orto cum suis attinentiis atque super toto iure ipsis seu eorum alteri quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, ad opus dicti Ghysberti hereditarie renunciaverunt effestucando, promittentes cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Gerarde deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 405r
28 juni 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Dictus Theodericus de Mulsel promisit super omnia et habenda dicto Ghisberto quod ipse suos liberos pronunc infra annos sue pubertatis ad huc existentes, dum eidem ad annos sue pubertatis deventi fuerint seu alter eorum deventus fuerit super premissis coram scabinis in Buscoducis ad opus dicti Ghysberti facient renuntiare ac obligationem et impeticionem ex parte eorum et Johannis, eorum fratris, minus sensati, deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 405r
28 juni 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in ambobus contractibus A et b signatis, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Ghiselbertus promisit ut debitor principalis dicto Woltero, suo patri, quod ipse dabit et solvet eidem Woltero annuam et vitalem pensionem viginti quatuor florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc communiter in Buscoducis currente pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam eiusdem Wolteri et non ultra, mediatim Nativitatis Domini et mediatim Nativitatis Baptiste, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro de et ex domo, area, domo posteriori et orto ac suis attinentiis predictis. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 405r
28 juni 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Die voirs. Ghysbert promisit super omnia et habenda den voirs. Roeloven, als man ende mombaer der voirs. zijnren huysvrouwen, hondertvyftich ende negen peters, tstuck tot negenthien stuvers gerekent oft die werde dair voir in anderen penningen als nu valueert zijn, ende tvierde gedeelte van enen dergelijcken peters, bynnen eenre maent nae dode des voirs. Wouters van Broechoven te betalen, met zulken condicien hier inne toegedaen dat Ghysbert voirs. oft hem belieft die somme der penningen voirs. sal moigen inhouden een jair nae dode Wouters voirs. ende nyet langer, op den pacht dair af te geven, te wetene van elcken seven der voirs. peters een pont payments, sonder wederseggen, fraude ende argelist.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 405r
28 juni 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Dieselven Ghysbert promisit adhuc super omnia et habenda den voirs. Dircken, als man ende mombaer als voir, die gelycke somme van hondert negenendevyftich der voirs. peters ende tvierde gedeelte van enen dergelycke peters ten termyne ende onder condicie als nu voirs. is te betalen.
Testes, datum supra.[78]

R1271, fol. 405v
28 juni 1503
Jan Back en Gerard van Berkel

Die voirs. Ghysbert heeft noch geloeft den voirs. Reyneren Loyen, als man ende monibaer der voirs. zijnren huysvrouwen, die gelycke somme van hondert negenendevyftich dergelycke peters ende tvierde gedeelte van enen peter ten termyne ende onder die condicie als nu voirs. is te betalen.
Testes Back et Berkel, datum XXVIII[a] iunii.

R1271, fol. 405r
28 juni 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Magister Reynerus Borman, prepositus sancti Pauli ac canonicus sancti Lamberti Leodiensis, dedit, contulit et concessit michi ad opus magistrorum Michaelis de Eyck, canonici Eyndoviensis, Lamberti van der Voert, Bartholomei de Meerlaer, beneficiati in ecclesia sancti Johannis opidi Busciducensis, necnon ad opus Thome Doerkens et Marcelii de Kryeckenbeeck ac ad opus alterius eorundem plenam et liberam potestatem ac mandatum speciale monendi, levandi, percipiendi ac via iuris, si opus fuerit, assequendi omnes et singulos suos census, redditus, pactiones quos solvendos habet in parochiis de Nuenen et Gerwen et aliunde infra villicationem dicti opidi de Buscoducis, necnon credita sua quecumque, que sibi debentur ac debebuntur a personis quibuscumque, occasione quacumque, et cum premissis faciendi et ordinandi que dictus magister Reynerus cum premissis faceret et ordinaret, si eisdem presens et personaliter interesset, presentibus vero post revocationem eiusdem magistri Reyneri minime durantibus.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 405v
30 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

[78] *onder de akte d.d. 28 juni 1503*: Non tradatur dicto Theoderico presens littera nisi in presentia et de consensu duorum proximorum de sangwine Margarete, uxoris legitime dicti Theoderici, demptis dicto Ghysberto et Cornelio, filio Egidii Everitss., prout idem Theodericus consentiit. Testes, datum supra.
*Alsmede daaronder d.d. 30 december 1505*: et XXX[a] decembris anno quinta recepit eam de consensu et in presentia, ut supra.

Johannes, filius quondam Lamberti Willemssoen, hereditarie vendidit Jacobo, filio quondam Theoderici dicti Hey, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Nativitatis beati Johannis Baptiste et in parochia de Dynther tradendam de et ex pecia prati, duas diurnatas prati vel circiter continente, dicta communiter die Clooten, sita in parochia predicta, in communibus pratis ibidem, inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Theoderici de Vaerlair, ex uno et inter quoddam pratum, dictum den Luysbeempt, liberorum quondam Egidii Arntss. ex alio et fine uno, tendente ad hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis cum reliquo fine, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepta una quarta vini ex dicta pecia prati, prius annuatim e iure solvenda, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum ultima iunii.

R1271, fol. 405v
30 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum decem et octo peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 406r
30 juni 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Gerardus, filius quondam Jacobi Dircxsoen, dedit potestatem monendi Godefrido Grotart de Os usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 406r
30 juni 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Alardus, filius quondam Johannis dicti Quattels, promisit super omnia et habenda Ghiselberto Dircxs., pistori, duodecim et dimidium florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, Omnium Sanctorum proxime futuro persolvendos.
Testes Raess. et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 406r
30 juni 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Johannes, Ghysbertus, Cornelius et Theodericus, fratres, et Mechteldis, eorum soror, liberi quondam Henrici Loekeman, filii quondam Johannis dicti Loekeman, filii quondam Henrici dicti Loekeman, cum tutore, duo iugera terre, duobus hont terre minus, olim ad Gerardum, filium quondam Henrici Wouterszoen, depost ad dictum quondam Johannem Loekeman, filium quondam Henrici, nunc vero ad ipsos, ut dicebant, spectantes in quodam campo terre,

sex iugera continente, sito in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Hijnden, inter hereditatem Weyndelmoedis, relicte quondam Johannis dicti van der Donck, ex uno et inter hereditatem Nycolai dicti Steenmeker ex alio, tendente ab hereditate dicti Nycolai ad hereditatem Thome dicte (*sic*) Keyser, que duo iugera terre annuatim dividuntur contra residuum campi predicti; insuper adhuc duo hont terre, olim ad dictum quondam Gerardum, depost ad dictum quondam Johannem Loekeman, nunc vero ad ad ipsos, ut dicebant, eciam spectantes in campulo quodam, dicto tBeginen Keempken, sito ad finem campi predicti, inter hereditatem dicte Weyndelmoedis ex uno et inter hereditatem spectantem ad Curiam Maiorem Beginarum in Buscoducis, que duo hont terre annuatim dividuntur contra hereditatem Arnoldi dicti de Beke, ibidem sitam in campulo predicto, dudum vendita dicto Johanni Loekeman, filio quondam Henrici dicti Loekeman, a dicto Gerardo, filio quondam Henrici dicti Wouterss., prout in litteris, simul cum censibus, prius ex premissis venditis et postmodum redemptis, ut dicebant, hereditarie supportaverunt michi ad opus conventus Beate Marie Virginis et Brigitte vidue, siti in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Caudewater, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes super omnia et habenda divisi, videlicet quivis eorum pro una quinta parte, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum necnon ex parte dicti quondam Johannis Loekeman, filii quondam Henrici Loekeman, et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 406r-406v
30 juni 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Dicti Johannes, Ghysbertus, Cornelius et Theodericus, fratres, et Mechteldis, eorum soror, cum tutore, unam sextam partem, olim ad Johannem die Lodder, filium quondam Theoderici, depost ad Theodericum dictum Loekeman, filium quondam Johannis, nunc vero ad ipsos, ut dicebant, spectantem in uno iugere terre, sito in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Hijnen, inter hereditatem Wolteri Hals ex uno et inter hereditatem Arnoldi Boest aut Weyndelmoedis dicte van der Donck ex alio, quam sextam partem predictam dictus Theodericus Loekeman erga dictum Johannem de Lodder emendo acquisierat; insuper duo hont terre, olim ad Petrum, filium quondam Petri dicti Langhpeters de Orthen, depost vero ad dictum quondam Johannem Loekeman, filium quondam Henrici dicti Loekeman, nunc vero ad ipsos, ut dicebant, spectantes in duobus iugeribus terre, sitis in quodam campo terre, sito in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Hijnden, inter hereditatem Weyndelmoedis, relicte quondam Johannis dicti van der Donck, ex uno et inter hereditatem Nycolai dicti Screynmeker ex alio, tendentibus ab hereditate dicti Nycolai ad hereditatem Thome dicti Keyser, dudum vendita dicto Johanni, filio quondam Henrici Loekeman, a dicto Petro, filio quondam Petri dicti Langhpeterssoen de Orthen, prout in diversis litteris, hereditarie supportaverunt michi ad opus dicti conventus simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes super omnia et habenda divisi, scilicet quivis eorum pro una quinta parte, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictorum quondam Theoderici, eorum avunculi, ac Johannis Loekeman, eorum avi, ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum ultima iunii.

R1271, fol. 406v
30 juni 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Supradicti Johannes, Ghysbertus, Cornelius et Theodericus, fratres, ac Mechteldis, eorum soror, cum tutore, peciam prati, dictam die Rietbeempt, sitam in parochia de Berlijkem, inter hereditatem Theoderici die Lodder ex uno et inter hereditatem capituli sancti Johannis evangeliste ex alio, quam peciam prati predictam Johannes dictus Loekeman, filius quondam Henrici dicti Loekeman, unacum certis aliis bonis et hereditatibus erga Wolterum dictum Heynensoen van den Caudenwater dudum emendo acquisierat, prout in litteris, que pecia prati predicta pronunc sita est ibidem, in loco dicto In die Loeffoirt, inter hereditatem Theoderici die Lodder, filii dicti quondam Theoderici, cum pluribus aliis ex uno et inter hereditatem Hadewigis, relicte quondam Petri Wautgers, et eius liberorum ex alio, et tendit cum fine utroque ad hereditatem heredum quondam Rodolphi die Bever, simul cum censibus et pactionibus, prius exinde venditis et postmodum redemptis, ut dicebant, hereditarie supportaverunt michi ad opus dicti conventus simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes super omnia et habenda divisi, ut supra, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Johannis Loekeman, eorum avi, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 406v
30 juni 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Supradicti Johannes, Ghysbertus, Cornelius et Theodericus, fratres, ac Mechteldis, eorum soror, cum tutore, peciam terre, dimidium iuger continentem, sitam in parochia de Roesmalen, in loco dicto In die Hijndenssche Beemden, inter hereditatem Mense Sancti *(hierna ontbreekt* Spiritus*)* in Buscoducis ex uno et inter hereditatem Amelii dicti Specyers ex alio, quam peciam terre predictam Theodericus dictus Loekeman, filius Johannis dicti Loekeman, unacum certis aliis hereditatibus erga Lambertum, filium quondam Marcelii dicti Goebelssoen, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt michi ad opus dicti conventus simul cum dictis litteris aliis et iuribus occasione, promittentes super omnia et habenda divisi, ut supra, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et ex parte dicti quondam Theoderici Loekemans, eorum avi, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 406v-407r
30 juni 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Fratres Johannes de Maestricht Janss. et Godefridus Tyelmans, conventuales ac procuratores supradicti conventus, potentes ad infrascripta, ut dicebant, ac nomine dicti conventus promiserunt sub obligatione omnium bonorum eiusdem conventus, ab eodem conventu ad presens habitorum ac imposterum habendorum et acquirendorum, Ghiselberto, filio quondam Henrici Loekemans, dumtaxat septuaginta peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, necnon decem libras monete Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 407r
*deze akte is onvolledig*

Nycolaus, filius Johannis dicti Gheelmans de Meerhout.

R1271, fol. 407r
6 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Lambertus, filius quondam Romboldi van der Heyden, hereditarie vendidisset Woltero, filio quondam Gerardi sBonten, hereditarium censum trium librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex domo, area et orto ac pecia terre, duodecim lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Hees, ad locum dictum Aen de Wyst, iuxta paludem ibidem, inter dictam paludem ex uno et inter hereditatem Judoci, filii quondam Arnoldi Wautgerssoen, ex alio; item ex quodam prato eiusdem venditoris, sito in dicta parochia, in loco dicto die Aude Bleken alias dat Aut Geslach, quemadmodum idem pratum ibidem situm est, prout in litteris, et cum deinde dictus Wolterus Geritssoen condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem declarando inter cetera inibi contenta legasset cuilibet sex famularum, dictarum den sess meeghden, commorantes in Mensa Sancti Spiritus in Buscoducis, videlicet Margarete, filie quondam Gerardi Coppen, Elisabeth, filie quondam Jacobi Aben, Luytgardi, filie Leonii de Ponsendael, Katherine, filie quondam Franconis van Steenvoirt, Marie, filie quondam Goeswini Janss., et Marie, filie quondam Wolteri Stickarts, cuilibet earundem famularum unam libram communis pagamenti hereditarii census, ac Nycolao, filio Johannis Geelmans de Meerhout, ibidem clerico eiusdem Mense, etiam unam libram eiusdem communis pagamenti hereditarii census, per eosdem Nycolaum et famulas hereditarie habendas, levandas ac percipiendas de quatuor libris hereditarii census, quas Willelmus Roelofssoen et de dictis tribus libris hereditarii census predicti, quas Henricus Dircxs. iunior ex hereditatibus, sitis in parochia de Hees, solvere tenebatur, ut in quodam instrumento publico sigilloque domini Jacobi de Zierixe, filii quondam Christiani, presbiteri ac vicecurati venerabilium dominorum decani et capituli collegiate ecclesie sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, cuius data continet anno a Nativitate Domini millesimo quingentesimo tertio, mensis marcii, die decima quarta, desuper confecto, plenius videbatur contineri, constituti igitur coram scabinis infrascriptis supradicti Nycolaus Geelmans, Margareta, Elisabeth, Luytgardis, Katherina, Maria et Maria, cum tutoribus, dictum censum trium librarum monete predicte hereditarie supportaverunt Arnoldo, filio quondam Arnoldi van den Laer, simul cum dictis litteris, instrumento et iuribus occasione, promittentes cum tutoribus super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum sexta iulii.

R1271, fol. 407r-407v
6 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Arnoldus van den Laer dictum censum trium librarum monete hereditarie supportavit dicto Nycolao, filio Johannis Gheelmans, simul cum dictis litteris, instrumento et iure, et ad maiorem securitatem solutionis dicti census trium librarum monete predicte peciam terre arabilis, septem lopinatas terre vel circiter continente, sitam in parochia de Hees predicta, ad dictum locum, Aen de Wyst vocatum, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Heymerici, filii Johannis Peterszoen, ex alio, tendentem ab hereditate dicti Heymerici ad dictas duodecim lopinatas dudum dicti Lamberti van der Heyden, nunc vero ad dictum Arnoldum van den Laer spectantes; item adhuc peciam terre, maldratam terre vel

circiter continentem, sitam in parochia et loco iamdictis, ad locum dictum Op Abels Braeck, inter hereditatem magistri Godefridi de Eyck ex utroque latere, tendentem a communi munimine, dicto lantweer, ad hereditatem Henrici van den Laer, prefato Nycolao ad pignus imposuit et iure hereditario firmiter obligavit, promittens super omnia et habenda warandiam, et iamdictas pecias terre unacum supradictis duodecim lopinatis terre satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum sexta iulii.

R1271, fol. 407v
1 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Johannes, filius quondam magistri Alardi Janss., tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Beatricis, sue uxoris, relicte quondam Nycolai dicti die Witte Wouterssoen, et ipsa Beatrix cum eodem Johanne, suo marito, tamquam cum suo tutore, usufructum dicte Beatrici, ut dicebat, competentem in duabus terciis partibus domus, aree et orti, sitorum in parochia de Waelwyck, inter hereditatem domini Henrici van den Doeren, presbiteri, ac eius heredum ex uno et inter hereditatem Nycolai dicti die Wynt ex alio, tendentem a communi platea ad quoddam fossatum, dictum den Hofsloet; item adhuc in duabus terciis partibus sex virgatarum dictarum gerdeii terre vel circiter, sitarum in dicta parochia, inter hereditatem Lamberti dicti die Witte ex uno et inter hereditatem Johannis dicti die Witte Peterssoen ex alio, tendentium a quodam fossato, dicto den Hoygrave, usque ad Mosam ibidem fluentem, in illis scilicet duabus terciis partibus premissorum que Judoco et Petro, fratribus, liberis Beatricis et quondam Nycolai die Witte predictorum per et post mortem dicti quondam Nycolai, eorum patris, iure successionis hereditarie advoluta sunt necnon eisdem per et post mortem dicte Beatricis, eorum matris, adhuc advolvenda sunt, ut dicebant, legitime supportaverunt eisdem Judoco et Petro, fratribus, simul cum toto iure, promittentes super omnia et habenda ratam servare.
Testes Berkel et Borchgreve, datum prima iulii.

R1271, fol. 407v
1 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Judocus et Petrus, fratres, hereditarie vendiderunt Huberto, filio quondam Henrici sGraets, cultellifici, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste et in Buscoducis absque omni onere precarie domini nostri archiducis ac ceteris oneribus et incommodis libere tradendum de et ex dictis duabus terciis partibus premissorum, ab eodem, promittentes, et cum eis dicti Johannes et Beatrix, eius uxor legitima, cum eodem Johanne, suo marito, tamquam cum suo tutore, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 408r
1 juli 1503

Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Et poterint redimere perpetuis temporibus simul unapariter cum et mediante quinquaginta sex consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus ac Johanni et Beatrici, eius uxori, repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores seu huiusmodi redimendi dictam redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 408r
1 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in ambobus contractibus immedate precedentibus, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannnes, filius quondam magistri Alardi Janss., promisit super omnia et habenda dictis Judoco et Petro, fratribus, quod ipse Johannes dictum censum exnunc deinceps perpetuis futuris temporibus dabit et solvet necnon redimet et aquitabit ac dare et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod dictis Judoco et Petro ad et supra se et bona pretacta dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 408r
*deze akte is onvolledig*

Nycolaus, Arnoldus et Anthonius, fratres, et Elisabeth senior, eorum soror, liberi quondam Nycolai Watermaels, filii quondam Arnoldi, cum tutore dicte Elisabeth, pro se ipsis et Elisabeth iuniore, eorum sorore, filia.

R1271, fol. 408r
3 juli 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Nycolaus, Arnoldus et Anthonius, fratres, et Elisabeth senior, eorum soror, liberi quondam Nycolai Watermaels, filii quondam Arnoldi, ab eodem quondam Nycolao Watermaels et quondam Aleyde, sua uxore, filia quondam Willelmi Ghysbrechssoen, pariter geniti, cum tutore dicte Elisabeth senioris, pro se ipsis et pro Elisabeth iuniore, eorum sorore, filia eorundem quondam Nycolai Watermaels et quondam Aleidis, coniugum, domum, aream et ortum cum suis attinentiis, sitos infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Hyntham, inter hereditatem Stephani Becker ex uno et inter hereditatem Johannis Knoden ex alio, de quibus quidem domo, area et orto cum suis attinenciis predictis dictus Nycolaus Watermaels, filius quondam Arnoldi, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Aleidis, sue uxoris, filie dicti quondam Willelmi Ghysbrechss., unam medietatem erga Arnoldum, filium eiusdem quondam Willelmi, acquisierat, prout in litteris, atque reliqua medietas prefato Nycolao Watermaels, tamquam marito et tutori legitimo dicte Aleidis, sue uxoris, per et post mortem dicti quondam Willelmi Ghysbrechs et quondam Elisabeth, sue uxoris, iure successionis hereditarie advoluta est, et qui domus, area, ortus cum suis attinentiis predictis pronunc siti sunt ibidem, inter hereditatem Lamberti dicti Loyen, fabri, ex uno et inter hereditatem Zeberti Zebertszoen, pistoris, ex alio, et tendunt a communi platea seu via

lapidea retrorsum usque ad communem viam ibidem, den Legenwech vocatam, prout et quemadmodum premissa ibidem sita sunt, dictus quondam Nycolaus Watermaels eadem possedit et in eisdem decessit, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Jacobo, filio quondam Mathei Jacopss., multori, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes cum tutore indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Elisabeth iunioris, eorum sororis, necnon ex parte dicti quondam Nycolai Watermaels, eorum patris, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum tercia iulii.

R1271, fol. 408v
3 juli 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Dictus Jacobus promisit super omnia et habenda dictis Nycolao, Arnoldo et Anthonio, fratribus, et Elisabeth seniori, eorum sorori, ad opus eorum et ad opus Elisabeth iunioris, eorum sororis predicte, duodecim libras monete Nativitatis Baptiste proxime futuro, necnon totidem libras ac quadraginta duos peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dando videlicet in hiis aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX$^{ti}$ octo stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, et alios denarios valuatos nae advenande, a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes Brecht et Berkel, datum tercia iulii.

R1271, fol. 408v
3 juli 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Dictus Jacobus promisit adhuc super omnia et habenda dictis Nycolao, Arnoldo et Anthonio, fratribus, et Elisabeth seniori ad opus eorum et ad opus dicte Elisabeth iunioris sex libras monete predicte a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra duos annos totidem libras, ac quadraginta duos consimiles peters a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra tres annos persolvendos.
Testes, datum iam supra.

R1271, fol. 408v
3 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Alsoe Bertha van der Doert, anders geheiten Kemerlinx, hair saken aengaende zeker sculden diese tachter is aen enen, geheiten Willemen Tap, denwelcken zij tot Roesmalen voir scouthet ende scepenen aldaer dairvoir hadde doen cummeren oft in recht betogen voir dieselve scepenen van Roesmalen, in presencien desselfs Willems Tap, dairinne consenterende, hadde gemechticht Yngramen van Achelen, gevende denselven Yngramen volcomen macht die voirs. penningen tot Roesmalen in recht te vervolgen ende des te moigen substitueren enen oft meer procureurs in derselven machten die saken oft penningen voirs. van boven tot beneden in recht te vervolgen, alse seeghden, soe is gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirs. Yngram, gebruyckende der machten hem als voirs. is gegeven, ende heeft gesubstitueert ende gemechticht ende mits desen substitueert ende mechtich maect heren Willemen van Dommelen, priester, ende Willemen Michielszoen, gevende ende verlenende uuyt crachten der machten voirs. denselven heren Willemen ende Willemen

Michielszoen ende elcken bysunder vrij ende volcomen macht ende sunderlinge bevele die voirs. saken ende sculden te vervolgen int recht ende allet dair inne te doen, te allegeren ende voirt te keren dat die voirs. Bertha oft die voirs. Yngram, hair constituyt, selver souden moigen doen, allegeren, procureren ende voirtkeren of se present, tegenwoirdich ende voir oigen weren.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia iulii.

R1271, fol. 408v-409r
3 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Jan, zoen wilneer Arnts Lambertszoen, een ton met oisterss vlass van vyftienhondert ende voirtaen allen zijnen huyssraet, erfhave ende gereden gueden die hy tegenwoirdelic heeft, item allen alsulckenen gedeelt ende recht als hem toebehoert in huys, erve ende hoff metter erffenisse dair aen liggende, gelegen in der prochien van Leende, voirtyts toebehoerende den voirs. Arnden Lambertss., zijnen vader, als hij seeghden, heeft hij wittelic ende erflic opgedragen Geritden Toelinck, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum tercia iulii.

R1271, fol. 408v
3 juli 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum Johannes, filius Rutgeri de Boextel, assignasset et dedisset ad opus altaris Domini Nostri Jhesu Christi gloriosissimeque Virginis Marie ac beate Katherine, siti in ecclesia de Gemonden, decem scuta vetera supra bona sua iacentia in Gemonden predicta, annuatim et hereditarie capienda et levanda, ut videbatur in quodam instrumento publico desuper confecto plenius contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dominus Johannes de Ouden, tamquam rector pro tempore dicti altaris, dicta decem scuta vetera hereditarie supportavit michi ad opus Nycolai, filii Hermanni Coenen, simul cum dicto instrumento et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti altaris deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 409r
6 juli 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Dictus Nycolaus dicta decem scuta vetera hereditarie supportavit dicto domino Johanni, tamquam rectori dicti altaris, ad opus eiusdem altaris, simul cum dictis litteris, instrumento et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Heym et Borchgreve, datum sexta iulii.

R1271, fol. 409r
6 juli 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Arnoldus, filius quondam Willelmi dicti de Doerne, et Johannes, filius quondam Thome Henricxsoen, promiserunt indivisi super omnia et habenda magistro Henrico Heym, canonico in Buscoducis, decem coronas, XX$^{ti}$ quatuor stuferos vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dimidium numerum angwillarum, duas geltas seminis sinapis et duas vymas recti straminis Purificationis proxime futuro persolvendos, tali conditione annexa quod dicti Arnoldus et Johannes solvent et solvere tenebuntur investito de Vechel unum modium havene mensure de Vechel in festo beati Andree apostoli proxime futuro sic et taliter quod dicto magistro Henrico ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes Heym et Borchgreve, datum sexta iulii.

R1271, fol. 409r
6 juli 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Nycolaus de Berkel, filius Hugonis de Berkel, promisit super omnia et habenda dicto magistro Henrico, decem consimiles coronas, dimidum numerum angwillarum, duas geltas seminis sinapis et duas vymas recti straminis Purificationis proxime futuro persolvendos, tali conditione annexa quod dictus Nycolaus solvet et solvere tenebitur investito de Vechel unum modium havene mensure de Vechel in festo beati Andree apostoli proxime futuro sic et taliter quod dicto magistro Henrico ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 409v
6 juli 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Nycolaus, filius quondam Willelmi de Doerne, et Petrus Dircxs. promiserunt indivisi super omnia et habenda magistro Henrico Heym predicto decem et septem consimiles coronas, dimidium numerum angwillarum, duas geltas seminis sinapis et duas vymas recti straminis Purificationis proxime futuro persolvendos, tali annexa conditione quod dicti Nycolaus et Petrus solvent et solvere tenebuntur investito de Vechel unum modium ordei mensure de Vechel in festo beati Andree apostoli sic et taliter quod dicto magistro Henrico ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes Heym et Borchgreve, datum sexta iulii.

R1271, fol. 409v
6 juli 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Martinus, filius quondam Everardi dicti Loyen, Johannes, filius quondam Michaelis die Bever, et Petrus, filius Arnoldi dicti Roever Peterss., promiserunt indivisi super omnia et habenda dicto magistro Henrico viginti tres et dimidiam consimiles coronas, dimidium numerum angwillarum, duas geltas seminis sinapis et duas vymas recti straminis Purificationis proxime futuro persolvendos, tali annexa condicione quod dicti Martinus, Johannes et Petrus solvent et solvere tenebuntur investito de Vechel unum modium siliginis mensure de Vechel in festo beati Andree apostoli proxime futuro sic et taliter quod dicto magistro Henrico ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.

Testes, datum supra.

R1271, fol. 409v
6 juli 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Rutgerus, filius quondam Johannis de Griensvenne, promisit super omnia et habenda domino Amisio de Bladel, presbitero, ac vicecurato ecclesie de Gestel prope Herlaer, ad opus investiti eiusdem ecclesie triginta unum modios siliginis mensure de Buscoducis Purificationis proxime futuro persolvendos et in Buscoducis tradendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 409v-410r
6 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Heilwigis, relicta quondam Wolteri die Lu, filii quondam Johannis die Lu, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in medietate pecie terre, dicte die Everbest, site in parochia de Beke prope Aerle, ad locum dictum Leeck, inter hereditatem heredum quondam Johannis die Lu, filii Ade, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis Beelen ex alio, de qua quidem integra pecia terre ac certis aliis peciis et hereditatibus in eadem parochia situatis Godefridus, Johannes, Willelmus et Marcelius, fratres, necnon Alveradis et Margareta, eorum sorores, liberi dicti quondam Johannis die Lu, sex octavas partes, ad ipsos in eisdem spectantes, Ade, eorum fratri, filio dicti quondam Johannis die Lu, ad opus sui et ad opus dicti Wolteri die Lu, sui fratris, hereditarie supportaverant, prout in litteris, legitime supportavit Jacobo, suo filio, ab ipsa et dicto quondam Woltero die Lu, suo dum vixit marito, pariter genito, ad opus sui et ad opus magistri Godefridi, sui fratris, filii eorundem Heilwigis et quondam Wolteri, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 410r
6 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Adam die Lu, filius quondam Johannis die Lu, ab eodem quondam Johanne et domicella Johanna, sua uxore, pariter genitus, medietatem totamque partem et omne *(hierna ontbreekt* ius*)* ad ipsum, ut dicebat, spectantes in pecia terre, dicta die Everbest, sita in parochia de Beke prope Aerle, ad locum dictum Leeck , inter hereditatem quondam Johannis die Lu, filii Ade, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis Belen ex alio, de qua pecia terre predicta ac certis alia pecia terre arabilis et hereditabus in eadem parochia situatis Godefridus, Johannes, Willelmus et Marcelius, fratres, necnon Alveradis et Margareta, eorum sorores, liberi dicti quondam Johannis die Lu, sex octavas partes, ad ipsos in eisdem spectantes, dicto Ade, eorum fratri, ad opus sui et ad opus Wolteri die Lu, sui fratris, hereditarie supportaverant, prout in litteris, hereditarie supportavit Jacobo, filio dicti quondam Wolteri die Lu, simul cum dictis litteris aliis et iuribus occasione dicte integre pecie terre, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 410r

6 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Heilwigis, relicta quondam Wolteri die Lu, filii quondam Johannis die Lu, usufructum sibi competentem in medietate pecie terre, dicte die Everbest, site in parochia de Beke prope Aerle, ad locum dictum Leeck, inter hereditatem heredum quondam Johannis die Lu, filii Ade, ex uno et inter hereditatem heredum quondam Johannis Beelen ex alio, legitime supportasset Jacobo, suo filio, ab ipsa et dicto quondam Woltero die Lu, suo dum vixit marito, pariter genito, ad opus sui et ad opus magistri Godefridi, sui fratris, filii eorundem Heilwigis et quondam Wolteri die Lu, cumque hodierna die Adam die Lu, filius quondam Johannis die Lu, ab eodem quondam Johanne et domicella Johanna, sua uxore, pariter genitus, medietatem totamque *(sic)* et omne ius ad ipsum spectantes in pecia terre predicta hereditarie supportasset dicto Jacobo die Lu, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis idem Jacobus die Lu, filius dicti quondam Wolteri die Lu, pro seipso et pro magistro Godefrido, suo fratre, vigore supportationis sibi per prius desuper facte, ut apparebat, supradictam peciam terre, que quidem pecia terre pronunc unus campus terre pascualis, dictus den Everbeest, esse dinoscitur et situs est ibidem, inter hereditatem Symonis Goyartszoen ex uno et inter hereditatem Nycolai Steenwech ex alio et tendit ab hereditate heredum quondam Gerardi de Berkel ad communia prata, dicta die gemeyn beempden van Boordonck, in ea quarta qua idem campus ibidem est situatus, ut dicebat, hereditarie supportavit Johanni, filio Lamberti Maeszoene, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad unum grossum antiquum ascendente atque hereditario censu octo librarum monete, quem censum dictus Jacobus ex dicto campo Hillegondi, relicte quondam Arnoldi de Lyebergen, dudum hereditarie vendiderat, prius annuatim exinde e iure solvendis, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 410r
5 juli 1504[79]
Hendrik Kuijst en Matthijs Brugmans

Johannes de Berkel, in absencia Johannis, filii Lamberti Maeszoen, prebuit dictam pactionem seu campum terre et optinuit.
Testes Kuyst, Brugman, datum quinta iulii.

R1271, fol. 410r
15 november 1504[80]
Maarten van Campen en Jan van Erp

Dictus Johannes, filius quondam Lamberti Maeszoen, dictam peciam terre seu campum predictum hereditarie supportavit Johanni de Berkel simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Campen et Erp, datum XV novembris.

R1271, fol. 410v

[79] *deze datum is gereconstrueerd aan de hand van de vermelde schepenen*.
[80] *deze datum is gereconstrueerd aan de hand van de vermelde schepenen*.

6 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Johannes de Hedel super campo terre, dicto den Everbeest, sito in parochia de Beke prope Aerle, ad locum dictum Leeck, inter hereditatem Symonis Goyartszoen ex alio (*sic*) et inter hereditatem Nycolai Steenwechzoen ex alio, tendente ab hereditate heredum quondam Gerardi de Berkel ad communia prata de Boordonck, quem campum terre predictum Johannes, filius Lamberti Maeszoen, erga Jacobum, filium quondam Wolteri die Lu, filii quondam Johannis die Lu, hodierna die acquisierat, prout in litteris, atque iure ad opus dicti Johannis, filii Lamberti Maeszoene, hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum sexta iulii.

R1271, fol. 410v
6 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Hillegondis, relicta quondam Arnoldi de Lyebergen, hereditarium censum octo librarum monete, solvendum hereditarie Pasche ex campo terre pascualis, quatuor bonaria terre vel circiter continente, sito in parochia de Beeck prope Aerle, inter hereditatem puerorum, dictorum die kijnder van Zantvoirt, ex uno et inter hereditatem Nycolai Steenwech ex alio, quem censum predictum dicta Hillegondis erga Jacobum, filium quondam Wolteri die Lu, filii quondam Johannis die Lu, dudum emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio Lamberti Maeszoen, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, tali annexa conditione quod dictus Johannes ac quecumque alia persona potestatem ab eo imposterum de censu predicto habitura eundem censum dumtaxat petent, monebunt ac via iuris prosequentur ad et supra campum terre predictum et non alibi, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 410v
15 november 1504
Maarten van Campen en Jan van Erp

Dictus Johannes, filius Lamberti Maess., dictum hereditarium censum octo librarum monete predicte hereditarie supportavit Johanni de Berkel simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Campen et Erp, datum XV novembris.

R1271, fol. 410v
6 juli 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Dictus Johannes, filius Lamberti Maeszoen, promisit super omnia et habenda dicte Hillegondi, relicte quondam Arnoldi de Lyebergen, septuaginta unum peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, necnon quatuordecim consimiles stuvers Assumptionis Marie proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 410v
6 juli 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam Judoci Mannarts, et Petrus, filius quondam Willelmi Goyartss., promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus magistri Henrici Heym, canonici in Buscoducis, viginti sex coronas, XX$^{ti}$ quatuor stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, dimidium numerum angwillarum, duas geltas seminis sinapis et duas vymas recti straminis, Purificationis proxime futuro persolvendos, tali annexa conditione quod dicti Henricus et Petrus solvent et solvere tenebuntur investito de Vechel unum modium ordei mensure de Vechel in festo beati Andree apostoli proxime futuro sic et taliter quod dicto magistro Henrico ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 411r
6 juli 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Godescalcus Demars et Johannes dictus Her Goessens promiserunt indivisi super omnia et habenda Jacobo dicto van Huygenvoirt viginti peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, et unum maldrum siliginis mensure de Geldrop, Purificationis proxime futuro persolvendos et in Geldrop tradendos.
Testes Raess. et Borchgreve, datum VI$^{ta}$ iulii.

R1271, fol. 411r
6 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam Henrici Boyens, unum bonarium terre, situm in parochia de Roesmalen, in loco dicto In den Block, inter hereditatem Herberti Hals ex uno et inter hereditatem Rutgeri Berwout ex alio, tendens a communi aqueductu ad commune fossatum, dictum den Hoefgrave, quod bonarium terre predictum unacum quibusdam aliis hereditatibus dictus Henricus erga Thomam die Coster, filium quondam Theoderici, filii quondam Johannis dicti Peterszoene, et Johannem, filium quondam Gerardi dicti van Overbeke, emendo acquisierat, prout in litteris, legitime et hereditarie supportavit domicelle Elsbene, relicte quondam Rutgeri Berwout, simul cum dictis litteris et iure occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, hoc atque salvo quod ipse Henricus huiusmodi hereditariam pactionem quatuor modiorum siliginis in dictis litteris contentam exnunc deinceps perpetue dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur sic et taliter quod dicte domicelle Elsbene ad et supra se ac bonarium terre predictum dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes Berkel et Borchgreve, datum VIII$^{a}$ iulii.

R1271, fol. 411r
6 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Aelbertus, filius quondam Willelmi dicti Buyssen, promisit super omnia et habenda se daturum Arnoldo, filio quondam Arnoldi dicti Arntszoen, textori lineorum, ad spacium

septem annorum Nativitatis Baptiste ultimo preteritum sine medio sequente, quolibet primorum sex annorum quatuor florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, ac in septimo anno sex consimiles florenos Renenses Nativitatis Baptiste, et pro primo solutione Nativitatis Baptiste proxime futuro, et sic deinceps anno quolibet modo premisso, dictis annis durante.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 411r
6 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Johannes, filius quondam Theoderici Meeuss., Petrus, filius quondam Goeswini Arntszoen, et Johannes, filius quondam Arnoldi de Tuyll, promiserunt indivisi super omnia et habenda Petro de Vladeracken, domino temporali de Geffen, quindecim modios et septem sextaria siliginis mensure de Buscoducis, mediatim Andree apostoli et mediatim Purificationis proxime futuro persolvendos et in Buscoducis tradendos.
Testes Berkel et Borchgreve, datum VIII$^{a}$ iulii.

R1271, fol. 411r-411v
6 juli 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Notum sit universis quod cum Elsbena, relicta quondam Hectoris van den Berge, filii quondam Willelmi van den Berge, medietatem ac totum ius hereditarium ad ipsam spectantes in domistadio, agro terre, tres lopinatas terre vel circiter continente, et pecia pascue, dicta Wissevenne, sitis in parochia de Vucht Sancti Petri, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno et inter hereditatem Rodolphi dicti Groot Rooff ex alio; insuper in domo, area et orto, sitis in dicta parochia Sancti Petri, inter hereditatem Jacobi de Loenen ex uno et inter hereditatem Nycolai dicti Coel Knoeden ex alio; insuper in pecia terre, sita in eadem parochia, inter hereditatem Theoderici de Os ex uno et inter hereditatem Martini die Greve, filii quondam Johannis die Greve, ex alio; insuper usufructum sibi competentem in reliqua medietate premissorum legitime et hereditarie supportasset Petro, filio Theoderici de Hijnden, prout in litteris, et cum deinde Elisabeth van den Berge alias de Helmont, begina Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, condens suum testamentum, inter cetera inibi contenta unam quartam partem supradicte relique medietatis premissorum legasset Johanne, filie sue, sorore in Traiecto, ac suis liberis, reliquam quartam partem Petro Schuyten et Agneti, sue uxori, ac suis liberis; item adhuc medietatem tercie partis supradicte relique medietatis ecclesie de Maerheze et capelle in Zoerendonck pariter, atque adhuc dicta Elisabeth ordinasset aliam medietatem eiusdem tercie partis venditioni exponi,et profectum exinde provenientem dari panperibus domesticis infra opidum de Buscoducis, necnon quartam quartam partem eiusdem relique medietatis eciam vendicioni exponi et profectum exinde provenientem dari Agneti, filie sue sororis, commoranti prope Hamont, quoad summam tredecim petrorum communium, et cum residuo solvi sua debita legitima, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Petrus de Hijnden usufructum sibi, ut premittitur, supportatum ac dumtaxat sibi competentem in dicta alia medietate dicte tercie partis supradicte relique medietatis, atque in dicta quarta quarta parte eiusdem relique medietatis premissorum, legitime supportavit Johanni Wynricxs. de Maerheze et Henrico Bonarts, tamquam executoribus testamenti ac ultime voluntatis pretacte, ad opus interesse habentium iuxta tenorem testamenti predicti, simul cum dictis litteris et iure occasione, promittens super omnia ratam servare.

Testes Raess. et Millinc, datum VIII[a] iulii.

R1271, fol. 411v
6 juli 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Notum sit universis quod cum ita actum esset et relatio fiat ut in forma, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Johannes Wynricxs. et Henricus Bonarts, tamquam executores testamenti pretacti et eo nomine potentes ad infrascripta, dictam aliam medietatem dicte tercie partis supradicte relique medietatis atque dictam quartam quartam partem eiusdem relique medietatis hereditarie supportaverunt dicto Petro de Hijnden simul cum dictis litteris, instrumento, aliis munimentis et iure occasione, promittentes sub obligatione omnium bonorum ad eorum executionem spectantium ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte executionis deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 412r
10 juli 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Petrus dictus de Stryp Ariaenss., Petrus, filius quondam Henrici van der Voirt, et Nycolaus, filius quondam Engberti dicti Start, promiserunt indivisi super omnia et habenda domino Arnoldo van Meer, investito de Vucht, viginti duos et dimidium florenos Bavarie, dictos Beyersgulden, quatuordecim stuvers vel valorem pro quolibet computando in pecunia pronunc valuata, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes Raess. et Borchgreve, datum X[a] iulii.

R1271, fol. 412r
10 juli 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Michael, filius quondam Everardi de Vaerlaer, promisit ut debitor principalis michi ad opus Hillegondis, sororis dicte *(sic)* Michaelis, quod ipse dabit et solvet eidem Hillegondi, sue sorori, annuatim et vitalem pensionem quinque florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem eorundem in pecunia, quolibet termino solutionis infrascripto ad bursam communiter currente pro quolibet computando, anno quolibet vita dicte Hillegondis durante et non ultra, mediatim Purificationis et mediatim Jacobi apostoli, et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro de et ex domo et area dicti Michaelis, sita in Buscoducis, in vico Hynthamensi, inter hereditatem domini Gerardi de Eyck, canonici in Buscoducis, ex uno et fine uno et inter quendam viculum ibidem protensum ex alio, tendente cum fine anteriori ad vicum predictum, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditario censu duodecim librarum monete ac hereditaria pactione dimidii modii siliginis, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Millinc, datum supra.

R1271, fol. 412r-412v
11 juli 1503
Jan Heym en Raas Raassen

Willelmus, filius quondam Willelmi dicti Doerkens, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Beatricis, sue uxoris, filie quondam Wolteri Janss., et Wolterus, filius dicti quondam Wolteri Janszoen, hereditarie vendiderunt michi ad opus Johannis, filii quondam Wautgeri de Merlair, hereditarium censum decem florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios seu pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Margarete virginis et in Buscoducis libere tradendum de et ex medietate ad dictum Willelmum spectante, in domo, area ac hereditate sibi adiacente, sitis in parochia de Blaerthem Sancti Lamberti, ad locum dictum Gestel, inter hereditatem dicti Wolteri ex uno et inter hereditatem Elisabeth, filie dicti quondam Wolteri Janss., ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Wolteri, filii dicti quondam Wolteri Janss.; item ex quodam prato, dicto den Goer, unam et dimidiam diurnatas prati vel circiter continente, eiusdem Willelmi, sito ibidem, inter hereditatem Elisabeth Maes, begine in Herentals, ex uno et inter hereditatem Heilwigis, relicte dicti quondam Wolteri Janss., ex alio, tendente ab hereditate Henrici Happen ad hereditatem supradicti Wolteri; item adhuc ex medietate ad dictum Willelmum spectante in quodam agro, dicto dat Hoefken, sito ibidem, inter hereditatem Godefridi Willemss. ex uno et inter hereditatem Willelmi die Coster ex alio, tendente a communi via ad hereditatem Dionisii dicti Nijs van den Hout, ex illa scilicet medietate eiusdem agri que est proxime sita ad hereditatem dicti Willelmi die Coster; item ex domo, area, horreo et orto dicti Wolteri, sitis in eadem parochia, ad locum predictum, Gestel vocatum, inter hereditatem Johanne, relicte quondam Johannis de Grevenbroeck, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem dicti Willelmi et Wolteri, filii quondam Johannis Wouter Janss., ex alio, tendente a communi via ad communem plateam; item ex quodam agro terre eiusdem Wolteri, tres lopinatas terre vel circiter continente, sito ibidem, inter hereditatem Cornelii, filii quondam Willelmi Scoemekers ex uno et inter hereditatem Huberti dicti Cuylmans ex alio, tendente cum fine utroque ad communem viam ibidem; item adhuc ex reliqua medietate ad ipsum spectante in dicto agro, dat Hoefken vocato; item adhuc ex quodam agro terre, dicto die Vlassstreep, eiusdem Wolteri, sito ibidem, inter hereditatem Godefridi Willemss. ex uno et inter hereditatem Henrici Jacopss. ex alio, tendente ab hereditate Godefridi Willems predicti ad hereditatem Franconis Arntss., item adhuc ex quodam prato eiusdem Wolteri, sito ibidem, inter hereditatem Petri dicti Geuen ex uno et inter hereditatem dicti Cornelii Scoemekers ex alio, tendente ab hereditate Everardi Dirck Gielenss. ad quendam aqueductum, dictum den Ghender, ut dicebant, ab eodem, promittentes et cum eis Lambertus, filius dicti quondam Wolteri Janss., indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno denario, negenmennekens vocato, ex medietate domus, aree predicte dicti Willelmi, atque hereditaria pactione duorum modiorum siliginis ex dictis hereditatibus et bonis dicti Wolteri, prius diversis personis annuatim e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere, tali annexa conditione quod dicti venditores dictum censum redimere et acquitare poterunt perpetue, quemlibet videlicet huiusmodi florenorum cum et mediante sedecim consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, absque dolo.
Testes Heym et Raessen, datum XI$^{a}$ iulii.

R1271, fol. 412v
11 juli 1503
Jan Heym en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti venditores palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda michi ad opus dicti Johannis, filii quondam Wautgeri de Merlair, promiserunt in casu quo infra spacium duorum annorum proxime futurorum dicto Johanni non placuerit retinere censum predictum, et id dictis venditoribus intimaverit, quod tunc infra dimidium annum huiusmodi intimationem immediate subsequentem iidem venditores eundem censum rediment et acquitabunt ac redimere et acquitare tenebuntur omnibus modo et forma quibus supra, absque dolo.
Testes, datum datum *(sic)* supra.

R1271, fol. 412v-413r
11 juli 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Godefridus, filius quondam Petri Otten, piscatoris, tamquam legitimus maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Henrici, filii quondam Boudewini, filii quondam Johannis Bouwenszoen, ab eodem quondam Henrico et quondam Luytgarde, sua prima uxore, filie quondam Godefridi Yewaens, pariter genite, domum cum orto, sitam in Gestel prope cymitherium, iuxta hereditatem Coelkini dicti Persoenszoen ex uno et inter hereditatem Gybonis dicti Keyots ex alio, quam domum cum orto predictam dictus Henricus unacum hereditario censu unius libre communis pagamenti ex premissis pridem promissis erga Goeswinum Jacobi dicti Cuttelaer acquisierat, prout in litteris, que quidem domus cum orto predicti pronunc siti sunt ibidem inter peciam terre infrascriptam ex uno et inter hereditatem Lamberti Millinc ex alio et tendunt a communi platea ad Dommellam ibidem fluentem; insuper dictam peciam terre, sitam in dicta parochia de Gestel prope Herlaer, iuxta ecclesiam, inter hereditatem dicti Godefridi, filii quondam Petri Otten, piscatoris, seu inter domum et ortum predictos ex uno et inter communem plateam et pontem ac Dommellam ibidem fluentem ex alio, tendentes a communi platea ad dictam Dommellam, quam peciam terre iamdictam supradictus Godefridus, filius quondam Petri Otten, erga Judocum, Baudewinum, Johannem et Willelmum, fratres, et Johannam, eorum sororem, liberos dicti quondam Henrici, filii quondam Baudewini Janss., ab eodem quondam Henrico et Heilwige, eius ultima uxore, filia naturali quondam Danielis, filii quondam Johannis Bruystens, pariter genitos, dudum emendo acquisierat, prout in aliis litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Judoci, filii quondam Hermanni Jacops, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Elisabeth, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Henrici Bouwens ac suorum heredum et successorum deponere, exceptis oneribus in dictis litteris contentis, videlicet hereditario censu unius libre antique pecunie altari Beate Marie Virginis, sito in ecclesia de Gestel, hereditario censu duarum librarum monete altari seu rectori beate Katherine virginis et martiris in eadem ecclesia, hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis Johanni Coelborner et Willelmo de Os Dircxs., necnon septem et dimidio denariis antique pecunie domino fundi, ex premissis annuatim e iure solvendis, ut dicebat. Promisit insuper dictus Godefridus sub obligatione premissa in casu quo imposterum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam onera iamdicta, quod idem Godefridus hoc plus prefato Judoco, filio quondam Hermanni Jacopszoen, penitus deponet.
Testes Heym et Borchgreve, datum XIIII$^{ta}$ iuli.

R1271, fol. 413r
18 september 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Johannes, filius quondam Johannis sMolnerss., palam recognovit et super omnia et habenda mihi ad opus dicti Judoci promisit in casu quo imposterum iuridice inventum fuerit plus fore solvendum quam onera prescripta in iamdicto contractu narrata, quod ipse Johannes hoc plus prefato Judoco penitus deponet.
Testes Brecht et Raess., datum XVIII[a] septembris.

R1271, fol. 413r
18 september 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Supradicti Godefridus et Elisabeth, eius uxor, promiserunt super omnia et habenda dictum Johannem et eius bona de pretactis recognitione et promissione atque dampnis indempnem servare.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 413r
12 juli 1503
Jan Heym en Raas Raassen

Aelbertus, filius quondam Johannis Willemssoen, totum ius vitalis perceptionis ad ipsum spectans in annuo et vitali redditu decem florenorum, dando pro quolibet florenorum XX[ti] communes stuferos tempore solutionis infra patriam Leodiensem et Lossensem communem cursum habentes, solvendum annuatim, mediatim prima septembris et mediatim prima martii ad vitam dicti Aelberti et Gerardi, filii Gerardi Kuyst, ac alterius eorundem, quem redditum vitalem predictum iidem Aelbertus et Gerardus erga burgimagistros, iuratos, consules ac totam communitatem opidorum de Loen, Hasselt, Bilsen, Herck, Beringen et Peer necnon scultetos, scabinos ac omnes incolas patriarum de Voegelsange, de Hamme et de Peelt dudum emendo acquisierat, ut videbatur in litteris sigillis dictorum opidorum et patriarum sigillatis desuper confectis plenius contineri, legitime supportavit Godefrido, filio quondam Johannis Heer, ad opus Thome Lambrechtszoen simul cum toto iure sibi quovismodo competente in dictis litteris et cum arrestadio unius anni ultimo preteriti sibi de dicto redditu restante, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare et obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Heym et Raessen, datum XII[a] iulii.

R1271, fol. 413r-413v
13 juli 1503
Jan Heym en Raas Raassen

Egidius, filius quondam Johannis Gielis sRoyen zoen, domum, aream et ortum, sitos in parochia de Vucht Sancti Lamberti, inter hereditatem Gibonis Andrieszoen ex uno tendentes alias undique ad stegam et communem plateam, quos domum, aream et ortum predictos dictus Egidius erga Adrianum, filium quondam Wijchmanni de Vosholen, emendo acquisierat, prout in litteris; item peciam terre arabilis cum pratulo sibi finaliter adiacente, pariter duas sextariatas terre vel circiter continente, sitam in parochia de Vucht Sancti Petri, ad locum dictum den Huysacker, inter hereditatem Zegeri Arntss. ex uno et inter hereditatem Johannis Laureynss. et Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex alio, quam peciam terre cum pratulo predicto idem Egidius erga Johannem, filium quondam Henrici Zegerssoen, emendo acquisierat, prout in aliis litteris, simul cum ceteris edificiis desuper consistentibus et depost

per dictum Egidium desuper constructis, ut dicebat, hereditarie supportavit Petro, filio quondam Arnoldi dicti die Witte, et Yde, sue uxori legitime, filie quondam Nycolai Corstiaenssoen, ad opus eorum quoad eorum usufructum et ad opus suorum liberorum, ab ipsis pariter genitorum et adhuc generandorum, quoad ius hereditarium, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex sui deponere, salvo tamen dicto Egidio et Gerade, sue uxori, ac diucius viventi ex ipsis in humanis, et eisdem reservatis suis usufructu et usu in quadam parva domo contigue iuxta supradictam domum consistente atque in quodam transitu usque ad quendam puteum et ad quandam latrinam ibidem, hinc et illinc eundo et redeundo, ad eorum commodum et profectum, absque dolo, tali eciam annexa conditione quod dicti Petrus et Yda de et ex premissis sibi, ut premittitur, supportatis solvent et solvere tenebuntur unam libram cere fabrice ecclesie sancti Petri in Vucht atque dimidium stuferum fabrice ecclesie sancti Lamberti in Vucht sic et taliter quod dicto Egidio ad et supra se ac reliqua sua bona dampna exinde non eveniant in futuro, prout iidem Petrus et Yda hoc palam recognoverunt et super omnia et habenda dicto Egidio repromiserunt.
Testes Heym et Raess., datum XIII[a] iulii.

R1271, fol. 413v
13 juli 1503
Jan Heym en Raas Raassen

Dictus Petrus promisit super omnia et habenda dicto Egidio septuaginta novem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 413v
13 juli 1503
Jan Heym en Raas Raassen

Margareta, relicta quondam Johannis Mallants, dedit Johanni de Baecx ad opus sui et ad opus Huberti, filii quondam Johannis Hamers, ac alterio eorundem potestatem monendi, usque ad revocationem, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 413v
14 juli 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam Rodolphi Beverss., promisit super omnia et habenda Bruystino Wellenss. unum modium siliginis mensure de Buscoducis Purificationis proxime futuro, necnon quadraginta peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, ac septem consimiles stuvers, necnon unum modium siliginis mensure de Buscoducis a Purificationis proxime futuro ultra annum persolvendos, et siliginem in Buscoducis tradendam.
Testes Heym et Borchgreve, datum XIIII[ta] iulii.

R1271, fol. 414r
14 juli 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Henricus, filius quondam Marcelii van der Erpt, promisit super omnia et habenda dictum Henricum et eius bona de premissis atque dampnis indempnem servare.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 414r
14 juli 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Henricus, filius quondam Theoderici Mellen, domum, aream et ortum cum suis iuribus et attinentiis, sitos in Buscoducis, in quodam viculo, dicto dat Volrestraetken, inter hereditatem Gerardi Bollens ex uno et inter hereditatem Johannis Bruystens ex alio, quos domum, aream et ortum cum suis iuribus et attinentiis predictos dictus Henricus erga Rutgerum, filium quondam Hermanni sHertogen, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Laurencio, filio quondam Henrici van den Hout, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepto hereditario censu sex librarum monete quem censum dictus Henricus ex premissis Katherine, relicte quondam Johannis de Achel, dudum vendiderat aut solvere promisersat, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1271, fol.414r
13 juli 1503
Jan Heym en Petetr de Borchgreve

Heer Mattiliaen van Eynatten, commanduer tot Gemart, mechtich dairtoe uuyt crachten van sekeren brieven van consent, hem van den eerwerdigen heren heren Johan van Herck, landtcomanduer der balijen van der Byessen Duytschs oirdens, gegeven ende verleent, alst scheen, heeft geloeft jonffrouwe Heilwigen, dochter wylen Jans Pels, dat hy sal geven ende betalen derselver jonffrouwe Heilwigen een jairlijcke lyfpensie van darthien Rijnsgulden, twentich stuvers oft die werde dair voir in penningen nu gevalueert voir elcken der voirs. Rijnsgulden te rekenen, alle jair ten leven der voirs. jonffrouwe Heilwigen ende nyet langer, in den hoichtyde van sint Jacop apostel ende voir den iersten termyn van betalinge van den hoichtyde van sint Jacob apostel nu naestcomende over een jaer, van ende uuyt allen ende enyegelijcken gueden, renten, chynsen ende pachten, toebehoende den huyse van Gemart voirs., zoe waer die zijn gelegen, vergeldende oft bevonden zullen werden, ende heeft voirts geloeft die voirs. heere Mattiliaen uuyt crachten der machten voirs. op verbyntenisse van allen den gueden des voirs. huys van Gemart, nu hebbende ende vercrigende, dat hij der voirs. jonffrouwe Heilwigen hair leven gedurende van der voirs. lyfpensie sculdige ende gerechte sal doen wairscap, ende dat hy die voirs. gueden, chynsen, renten ende pachten des huys voirs. voir die betalinge der voirs. lyfpensie duerende den leven der voirs. jonffrouwe Heilwigen sal houden goet genoch ende waeldoegende.
Testes Heym et Raess., datum XIII[a] iulii.

R1271, fol. 414r-414v
15 juli 1503
Jan Back en Jan Heym

Henricus dictus Boyens unum campum terre de duobus campis terre, olim Johannis de Hedel, filii quondam Willelmi, sitis in loco dicto die Hoeven, videlicet eundem campum terre tria iugera terre vel circiter continentem, qui campus ibidem ibidem *(sic)* situs est ad latus versus opidum de Buscoducis, inter reliquum campum terre dicti Johannis de Hedel ex uno et inter hereditatem magistri Henrici de Kessel ex alio, tendentem ab hereditate, dicta die Koeweyde, heredum quondam Willelmi Hinckart ad hereditatem Gerardi Hermanssoen, quem unum campum terre predictum dictus Henricus erga Johannem de Hedel, filium quondam Willelmi, predictum dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Katherine, filie quondam Wolteri dicti sByen, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Johannis de Hedel ac suorum heredum deponere.
Testes Back et Heym, datum XV$^{ta}$ iulii.

R1271, fol. 414v-415r
15 juli 1503
Jan Back en Jan Heym

Notum sit universis quod cum Henricus, filius quondam Henrici Boyenss., palam recognovisset se ad opus sui et ad opus Johannis de Hedel, filii quondam Willelmi, sub sua certa custodia tenere et habere duas litteras scabinales de Buscoducis, mentionantes de medietate duodecim iugerum terre, sitorum in loco dicto die Hoeven, unam videlicet sic incipientem: Katherina, relicta quondam Walteri dicti Bac de Broechoven, cum suo tutore ad hoc ab ea electo et ei a iudice rite dato, Willelmus et Henricus, eius liberi, et Walterus, filius quondam Walteri de Aerle, maritus et tutor legitimus, ut asserebat, Luytgardis, sue uxoris, filie dictorum Katherine et quondam Walteri Bac, medietatem duodecim iugerum terre etc., et sic finentem: Testes interfuerunt scabini in Buscoducis Leonius de Erpe et Goeswinus Steenwech, datum in festo beati Laurencii martiris, anno Domini millesimo tricentesimo octogesimo sexto, et reliquam litteram sic incipientem: Margareta, filia Engberti van den Hezeacker, relicta quondam Goeswini de Beeck, in presentia et de expressis consensu et voluntate dicti Engberti, sui patris, et Goeswini van den Hezeacker, cum tutore eiusdem Margarete ad hoc ab ea electo et ei a iudice rite dato, potens ad infrascripta, ut apparebat, vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Goeswini de Beeck, medietatem duodecim iugerum terre, sitorum in loco dicto die Hoeve etc., et sic terminantem: Testes interfuerunt scabini in Buscoducis Petrus Pels et Johannes de Vladeracken, datum decima septima die mensis augusti anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, promisissetque dictus Henricus Boyens super omnia et habenda dicto Johanni de Hedell quod ipse eidem Johanni de Hedel dictas litteras scabinales traderet, porrigeret et concederet sanas et integras totiens quotiens idem Johannes dictis litteris scabinalibus indigeret ad ius suum cum eisdem litteris petens, exigens et ad opus suum perficiens, sub certa tamen conditione inibi contenta, prout in litteris, cumque vero supradicte littere scabinales, de quibus supra fit mentio, mediante quadam supportatione hodierna die facta Katherine, filie quondam Wolteri dicti sByen, ab Henrico predicto devenissent ad manus eiusdem Katherine, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Katherina cum tutore palam recognovit et super omnia et habenda dicto Henrico Boyens promisit quod ipsa dictas litteras scabinales supradicto Johanni de Hedel et eius heredibus seu potestatem ab eo habentibus de cetero tradet, porriget et concedet, ut premittitur, sic et taliter quod dicto Henrico ad et supra et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 415r

15 juli 1503
Jan Back en Jan Heym

Wolterus van der Rullen, tamquam provisor *(hierna ontbreekt* pro*)* tempore conventus fratrum minorum de observantia in Buscoducis, et eo nomine potens ad infracripta, ut dicebat, unam libram hereditarii census de hereditario censu quinque librarum monete, solvendam hereditarie Nativitatis Domini ex domo et area cum suis attinentiis, sitis in Buscoducis, ad locum dictum After die Tolbrugge, inter hereditatem Engberti dicti Engbertszoen, institoris, ex uno et inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Everardi dicti van Os, ex alio, quem censum quinque librarum predictum Luytgardis, relicta quondam Tielmanni Pijckevet, erga magistrum Henricum Pelgrom, filium Gerardi Peregrini de Driel, acquisierat, prout in litteris, et quam unam libram predictam dicta Luytgardis in suo testamento prefato conventui legaverat, ut dicebat, hereditarie supportavit michi ad opus sororum tercie regule sancti Francisci domus sancte Elisabeth, site in Buscoducis ad dictum locum After die Tolbrugge, simul cum dictis litteris, aliis, instrumento et iure occasione dicte unius libre hereditarii census, promittens sub obligatione omnium bonorum ad dictum conventum ac provisionem eiusdem spectantium ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti conventus ac fratrum eiusdem, presentium et futurorum, deponere.
Testes Back et Heym, datum supra.

R1271, fol. 415r
15 juli 1503
Jan Back en Jan Heym

Dominus Johannes Back, miles, et Wolterus van der Rullen, tamquam provisores pro tempore Hospitalis Pauperum Mulierum fundationis quondam domini Henrici de Neynsel, siti in Buscoducis, in vico Hynthamensi, dederunt Woltero de Balen potestatem monendi duas libras antique pecunie hereditarii census, quas duas libras dictum Hospitale annuatim et hereditarie solvendas habet ex certis hereditatibus in Zoemeren situatis, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum, et cum premissis duabus libris antique pecunie faciendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Back predictus et Heym, datum supra.

R1271, fol. 415r
15 juli 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Henricus dictus van Dordrecht Janss. promisit super omnia et habenda Lamberto van den Bogart quindecim libras grossorum pecunie Flandrensis, computando sex florenos Renenses communes monete iam valuate pro qualibet huiusmodi librarum, Laurencii martiris proxime futuro persolvendas.
Testes Heym et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 415r
15 juli 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Arnoldus, filius quondam Bernardi Bernt Geritssoen, tamquam relictus quondam Ermgardis, sue uxoris, filie quondam Jacobi Spaen, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quodam manso, communiter dicto Molengrave, sito in parochia de Nulant, atque in quibuscumque

domibus et edificiis eiusdem mansi ac eciam in quibuscunque terris pratis, pascuis, mericis et aliis attinenciis eiusdem mansi, singulis et universis, quocumque locorum sitis, ut dicebat, legitime supportavit Aleidi, filie Arnoldi et quondam Ermgardis predictorum, necnon Willelmo, filio quondam Johannis Willemss., tamquam marito et tutori legitimo Ode, sue uxoris, filie eorundem Arnoldi et quondam Ermgardis, et efffestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare.
Testes, datum iam supra.

R1271, fol. 415v
15 juli 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Aleidis et Willelmus, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Ode, sue uxoris, cum tutore dicte Aleidis hereditarie vendiderunt Elisabeth, relicte quondam Arnoldi dicti die Hoessche, hereditarium censum viginti quinque librarum monete, solvendum anno quolibet hereditarie Pasche et pro primo solutionis termino Pasche proxime futuro de et ex premissisis, ab eadem, promittentes cum tutore et cum eis dictus Arnoldus indivisi super omnia et habenda warandiam et satisfacere.
Testes Heym et Borchgreve, datum XV$^{ta}$ iulii.

R1271, fol. 415v
15 juli 1503
Jan Heym en Peter de Borchgreve

Et poterint redimere perpetue simul unapariter cum qualibet vidilicet huiusmodi librarum cum et mediante sex peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerechte van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, et alios denarios quoscumque secundum presentem et modernam valuationem, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Elisabeth cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus et Arnoldo repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 415v
17 juli 1503
Raas Raassen en Gozewijn van Berkel

Petrus,[81] filius quondam Johannis dicti Heesters, promisit super omnia et habenda Agneti dicte van Tefelen sexaginta florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, ad festum Assumptionis Marie proxime futuro persolvendos.
Testes Raess. et Berkel, datum XVII$^{a}$ iulii.

R1271, fol. 415v
17 juli 1503

[81] *in de marge d.d. 28 november 1503*: XXVIII$^{a}$ novembris anno tertio de mandato dicte Agnetis et in presentia Petri Heesters Janss. presens contractus est cassatus et annihillatus.

Jan Heym en Raas Raassen

Petrus, filius quondam Johannis Peterszoen, promisit super omnia et habenda Johanni, filio quondam Arnoldi die Witte, novem lopinos siliginis mensure de Woenssel, Purificationis proxime futuro, necnon unum modium siliginis eiusdem mensure, a Purificationis proxime futuro ultra annum; item adhuc unum modium siliginis dicte mensure atque viginti quatuor peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, dando in hiis denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, et alios denarios nae advenande, a Purificationis proxime futuro ultra duos annos persolvendos, et dictam siliginem in Woenssel aut infra opidum de Eyndoven ad optionem dicti Johannis tradendam.
Testes Heym et Raess., datum supra.

R1271, fol. 415v-416r
17 juli 1503
Jan Heym en Raas Raassen

Notum sit universis quod cum Wolterus de Aerle, filius quondam Henrici de Aerle, terciam partem ad ipsum vigore testamenti ac ultime voluntatis quondam Heilwigis, relicte quondam Johannis Losscharts, primi, et quondam Gerardi Groy, secundi suorum, dum viveret, maritorum, post obitum Sophie, *(hierna ontbreekt* filie*)* quondam Henrici de Aerle, relicte quondam Wolteri Roevers, spectaturam in hereditario censu quinque librarum monete, quem censum Johannes de Breda, filius quondam Johannis de Breda, promiserat ut debitor principalis Lamberto de Doernen, filio Christiani, ad opus Sophie, filie quondam Henrici de Aerle, relicte quondam Wolteri Roevers, et ad opus Elisabeth, filie Sophie et quondam Wolteri predictorum, quod ipse daret et solveret dicte Sophie quoad vixerit ipsa et post eius decessum dicte Elisabeth anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex domo, area et domo posteriori, sitis in Buscoducis, in vico Vuchtensi, inter hereditatem Adriani Priems et Henrici Vos, filii quondam Jacobi, ex uno; cumque dictus Wolterus terciam partem ad ipsorum, ut premittitur, spectaturam in medietate que ad Gerardum et Lambertum, fratres, liberos quondam Gerardi Bathenzoen, spectabant in hereditario censu quinque aureorum denariorum antiquorum, communiter aude scilde vocatorum, quem censum Theodericus Kyevit promiserat se daturum et soluturum Johanni de Gerwen anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex tercia parte hereditatis, dicte die Grienden, site in parochia de Beke prope Aerle, inter hereditatem Thome die Hoghe ex uno; cumque vero dictus Wolterus terciam partem ad ipsum, ut premittitur, spectaturam in hereditaria pactione dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Bartholomei apostoli ex domo et orto Arnoldi Vos de Belver, sitis in parochia de Haren, in Belver predicto, inter hereditatem dicti Arnoldi ex uno atque ex dimidio bonario prati predicti Arnoldi, siti in dicta parochia de Haren, in Belver predicto; cumque dictus Wolterus terciam partem ad ipsum, ut premittitur, spectaturam in medietate septem modiorum siliginis hereditarie pactionis mensure de Buscoducis, quos septem modios siliginis hereditarie pactionis Johannes de Avenjoen promiserat se daturum et soluturum Johanni Dicbier anno quolibet hereditarie Purificationis ex bonis, olim dicti Johannis Dicbier, sitis in parochia de Bucstel, ad locum dictum Tot Tongerle, atque ex lignicrestentia, dicta houtwas, ac ceteris eorundem bonorum attinentiis, singulis et universis; cumque vero idem Wolterus terciam partem ad ipsum, ut premittitur, spectaturam in campulo terre paludialis, sito infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Pettelair, inter hereditatem liberorum quondam Theoderici van den Hoevel ex uno, hereditarie supportasset Johanni Pynappell, prout hec omnia in diversis litteris scabinorum de Buscoducis super hoc confectis plenius continetur, constitutus igitur coram scabinis

infrascriptis dictus Johannes Pynappel supradictas tercias partes sibi, ut premittitur, supportatas, hereditarie supportavit Johanni Bloyman, filio quondam Henrici Bloyman, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 416r
17 juli 1503
Jan Back en Raas Raassen

Philippus de Nuenen dedit Ambrosio, filio quondam Theoderici de Rode, potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Back et Raess., datum supra.

R1271, fol. 416r-416v
17 juli 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Wolterus, filius quondam Willelmi dicti Colensoen, hereditarie vendidit Willelmo, filio Thome Willemssoen, tinctori, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Jacobi apostoli et pro primo solutionis termino a Jacobi apostoli proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omni onere precarie domini nostri ducis ceterisque oneribus libere tradendam de et ex quodam prato, unum bonarium terre vel circiter continente, dicto communiter die Lyedonck, sito in parochia de Oirscot, in pastoria de Strathen, inter hereditatem olim Nycolai die Becker, nunc eius heredum, ex uno et inter communem plateam ex alio, tendente cum uno fine ad hereditatem liberorum quondam Johannis Ghyben; item adhuc ex quodam prato, dicto die Schumdonck, unum bonarium terre vel circiter continente, sito in parochia et pastoria predictis, inter hereditatem Arnoldo dicti Jacopszoen ex uno et inter communem plateam alias undique adiacente, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus grossis antiquis census fundi, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Berkel, datum XVII$^{a}$ iulii.

R1271, fol. 416v
17 juli 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum sexaginta sex florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptionem aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ octo stuferis, novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactum anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 416r-416v
18 juli 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Bernardus, filius quondam Willelmi die Brouwere, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Henrice, sue uxoris, filie quondam Rutgeri, filii quondam Henrici Peterszoen, medietatem annue et hereditarie pactionis unius modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Rodolphus dictus Kemerlinck promiserat se daturum et soluturum Johanni Knoep anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradituram ex quatuor strepis terre sibi coadiacentibus, sitis in parochia de Roesmalen, iuxta repagulum ibidem, dictum tHecken, inter hereditatem Gerongii dicti Berthen ex uno et inter hereditatem Johannis dicti Reyners ex alio, atque ex hereditario censu quatuor librarum monete de hereditario censu decem et septem librarum eiusdem monete, quem censum Johannes dictus Knoep ad maiorem securitatem solutionis eiusdem pactionis ad pignus imposuit, et quam medietatem pactionis predicte dictus Rutgerus, filius quondam Henrici Peterszoen, erga Johannem, filium quondam Johannis, filii quondam Theoderici dicti die Lodder, filii quondam Johannis dicti die Lodder, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni Pynappel, filio quondam Boudewini, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.
Testes Raess. et Millinck, datum XVIII[a] iulii.

R1271, fol. 416v-417r
18 juli 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Notum sit universis quod cum Henricus, filius Henrici dicti van den Lande, hereditarie vendidisset dicto Henrico van den Lande, suo patri, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex dimidio iugere terre siliginee, sito in parochia de Os, ad locum dictum Amstel, inter hereditatem Marcelii, filii quondam Ade dicti de Nysterle, ex uno et inter hereditatem quondam Gerardi dicti Goyartszoen ex alio; item ex pecia terre, unam maldratam terre siliginee vel circiter continente, sita in dicta parochia, ad locum dictum Aen die Heyde, inter hereditatem Henrici dicti Claeszoen ex uno et inter hereditatem Marcelii dicti Vilt et Elisabeth, relicte quondam Marcelii dicti Vilt, et liberorum eius ex alio, cumque Henricus, filius quondam Henrici van den Lande, et Willelmus dictus Mynnemeer, maritus et tutor legitimus Christine, sue uxoris, et Jacobus, filius quondam Gerardi Kattelair, maritus et tutor legitimus Aleidis, sue uxoris, filiarum dicti quondam Henrici van den Lande, tres quartas ad se spectantes in una tercia parte, que ad quondam Franconem, filium dicti quondam Henrici van den Lande pertinere consueverat in pactione predicta hereditarie supportassent Johanni van den Lande, filio dicti quondam Henrici van den Lande, cumque Henricus, filius quondam Henrici dicti van den Lande, terciam partem ad ipsum spectantem in eadem pactione hereditarie supportasset eidem Johanni van den Lande, cumque vero Franco van den Lande, filius quondam Henrici van den Lande, et Johannes die Smyt, maritus et tutor legitimus Ode, sue uxoris, filie dicti quondam Henrici van den Lande, quecumque bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata, ipsis ac dicte Ode de morte quondam Johannis van den Lande, avunculi dum vixit dictorum Franconis et Ode, et quondam Hillegonde, sue uxoris, iure succesione hereditarie advoluta, ac ipsis per eundem quondam Johannem van den Lande in suo testamento legata, hereditarie supportassent Rutgero, filio quondam Henrici Peterss., et cum deinde Gerardus et Franco, fratres, liberi quondam Jacobi Kattelaere, ab eodem quondam Jacobo et quondam Aleyde, sua uxore, filia quondam Henrici van den Lande pariter

geniti, et Willelmus, filius quondam Johannis de Byechelaere, maritus et tutor legitimus Agnetis, sue uxoris, filie dicti quondam Jacobi Kattelaere, medietatem ad ipsos spectantem in pactione predicta hereditarie supportassent dicto Rutgero, prout hec omnia in diversis litteris continentur, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Bernardus, filius quondam Willelmi die Brouwer, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Henrice, sue uxoris, filie dicti quondam Rutgeri, filii quondam Henrici Peterssoen, dictam pactionem unius modii siliginis mensure predicte hereditarie supportavit dicto Johanni Pynappel, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 417r
20 juli 1503
Jan Back en Jan Heym

Petrus, filius quondam Nycolai Dircxsoen, Willelmus, filius quondam Johannis Willems, Gerardus, filius quondam Johannis van den Dyck, Laurencius Willems et Willelmus, filius quondam Theoderici van der Graft, promiserunt indivisi super omnia et habenda Petro Colen centum et quatuor florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, a Jacobi apostoli proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes Back et Heym, datum XX$^{ta}$ iulii.

R1271, fol. 417v
20 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Mechteldis, filia quondam Florencii de Berchuysen, cum tutore, unum iuger terre, situm in parochia de Maren, ad locum dictum die Beempden, inter hereditatem altaris sanctorum Johannis Baptiste et Johannis evangeliste, siti in ecclesia de Kessel, ex uno et inter hereditatem Petri de Vladeracken ex alio, dudum venditum domino Henrico Hebscaep, presbitero, a Goeswino, filio quondam Kerisii Goessens, prout in litteris, et quod iuger terre predictum dictus dominus Henricus Hebscaep in suo testamento inter cetera inibi contenta supradicte Mechteldi legaverat et reliquerat, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, hereditarie supportavit Goeswino, filio Ghibonis dicti de Gestel, simul cum dictis litteris, instrumento et iuribus occasione, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam domini Henrici ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XX$^{ta}$ iulii.

R1271, fol. 417v
20 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dictus Goeswinus et Henricus, filius quondam Rodolphi Brants, promiserunt indivisi super omnia et habenda dicte Mechteldi viginti quatuor florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, mediatim Martini hyemalis et mediatim Pasche proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 417v

21 juli 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Willelmus, filius quondam Johannis van der Spanck, promisisset super omnia et habenda se daturum et soluturum Laurencio, filio quondam Pauli Janszoen, ad festum trium annorum Purificationis eotunc proxime futurum sine medio sequentem quolibet dictorum annorum quinque libras monete in festo Purificationis Beate Marie Virginis, et sic deinceps dicto annorum spacio durante, cumque idem Willelmus promisisset adhuc sub obligatione premissa eidem Laurencio triginta florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in moneta seu pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, a Purificationis eotunc proxime futuro ultra tres annos persolvendos, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Laurencius premissa hereditarie supportavit Marie, relicte quondam Johannis Willemszoen, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda, omnes obligationem et impetitionem deponere et defectum, si quem in premissis acciderit, supplere absque dolo.
Testes Berkel et Borchgrene, datum XXI$^{a}$ iulii.

R1271, fol. 417v-418r
21 juli 1503
Jan Back en Peter de Borchgreve

Johannes van den Hoevel, filius quondam Johannis dicti van den Hoevel, hereditarum censum duarum librarum monete, solvendum anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis, in quodam viculo dicto dat Volrestraetken, inter hereditatem quondam Andree Hoernken alias Hoppenbrouwer ex uno et inter hereditatem Gerardi die Olysleger ex alio, quem censum predictum dictus Johannes van den Hoevel erga Aleidem, filiam quondam Petri van Gasselt, filii quondam Henrici, relictam quondam Arnoldi de Uden, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus fratrum Cellitarum regule sancti Augustini, commorantium in Buscoducis, ad locum dictum den Triniteyt, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes Back et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 418r
21 juli 1503
Jan Back en Peter de Borchgreve

Johannes van den Hoevel, filius quondam Johannis dicti van den Hoevel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Margarete, sue uxoris, filie quondam Symonis, filii quondam Johannis dicti Symonszoen, hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis, ad locum dictum Opten Auden Huls, inter hereditatem Rodolphi Ghibonis dicti Bevers ex uno et inter hereditatem Arnoldi van den Zande ex alio, tendentibus a comuni fossato ad fossatum, dictum den Mortelgrave, quem censum predictum dictus Symon, filius quondam Johannis dicti Symonss., erga Rodolphum dictum van der Vloet emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus dictorum fratrum, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 418r
21 juli 1503
Jan Back en Peter de Borchgreve

Iamdictus Johannes van den Hoevel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut iam supra, hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Pasche ex domo, area et ortulo, olim Johannis, filii quondam Jacobi dicti de Engelen, sitis in Buscoducis, in viculo tendente a vico Hynthamensi, dicto In Scilderspoirt, inter hereditatem Gerardi dicti Sanders ex utroque latere, quem censum predictum dictus Symon, filius quondam Johannis dicti Symonszoen, erga dictum Johannem, filium quondam Jacobi de Engelen, maritum et tutorem legitimum Marie, sue uxoris, filie quondam Jacobi Korstiaens, relicte quondam Gerardi dicti Crodewagen, dudum emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus dictorum fratrum Cellitarum, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 418r-418v
21 juli 1503
Jan Back en Peter de Borchgreve

Gerardus, filius quondam Everardi Janssoen, promisit ut debitor principalis michi ad opus Johannis, filii naturalis dicti Gerardi, ab eodem Gerardo et Beatrice, filia quondam Henrici de Boert, pariter geniti, quod ipse dabit et solvet eidem Gerardo hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Pasche et pro primo solutionis termino Pasche proxime futuro, et in Buscoducis tradet de et ex domo, area et orto ac pecia terre sibi adiacente, maldratam terre vel circiter continente, sitis in parochia de Orthen, inter hereditatem Gerardi de Oyen ex uno et inter hereditatem Petri Otten ex alio, tendente cum utroque fine ad communitatem ibidem, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepta hereditaria pactione dimidii modii siliginis conventui fratrum Predicatorum in Buscoducis, prius annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat, et satisfacere, talibus annexis condicionibus quod dicta Beatrix, quamdiu in humanis vivet, dictam pactionem percipiet et levabit ac percipere et levare tenebitur, dicto vero Johanne natuali in humanis perseverante et non ultra, atque quod dicta pactio statim post mortem eiusdem Johannis naturalis et non prius ad dictum Gerardum promittentem, si protunc in humanis vixerit, alioquin ad suos veros et proximiores heredes protunc in humanis agentes, iure hereditario succedet et devolvetur, omnibus contradictione doloque et fraude seclusis, penitus et remotis.
Testes Back et Borchgreve, datum XXI$^{a}$ iulii.

R1271, fol. 418v
24 juli 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Dominus Martinus, presbiter, filius quondam Petri, filii quondam Martini dicti Paeuweters, et Johannes dictus Voet, filius quondam Johannis Voet, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Beatricis, sue uxoris, filie dicti quondam Petri, hereditarie vendiderunt Heilwigi, relicte quondam magistri Ghisberti, filii quondam Michaelis Luey, hereditarium censum trium florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, solvendum

hereditarie Jacobi apostoli de et ex domo, area et orto ac domo posteriori dictorum venditorum, sitis in Buscoducis, in vico Orthensi, in oppositum capelle beati Petri apostoli ibidem, inter hereditatem heredum dicti quondam Johanni Voet ex uno et inter hereditatem Guedeldis, relicte quondam Franconis de Broichoven, et eius liberorum ex alio, tendentibus a dicto vico retrorsum usque ad aquam ibidem currentem, die Dyeze vocatam, ut dicebant, ab eadem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque vitali pensione trium et dimidii florenorum Renensium, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebant, et satisfacere, atque quod ipsi nec sui post ipsos heredes et succesores posteriores pro tempore domus, aree, orti ac domus posterioris predictorum quocumque tempore futuro non presument se dictum censum redimere vigore aliquarum ordinationum, per opidum de Buscoducis super redditibus post ultimum incendium venditis dudum factarum et per principem confirmatarum seu vigore aliquarum aliarum ordinationum adhuc quovismodo concedendarum, absque dolo.
Testes interfuerunt scabini in Buscoducis Raess. et Millinc, datum vicesima quarta die mensis iulii.

R1271, fol. 419r
24 juli 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Iamdicti venditores hereditarie vendiderunt adhuc eidem Heilwigi hereditarium censum sex librarum monete, solvendum anno quolibet hereditarie Martini hyemalis et pro primo solutionis termino a Martini hyemalis proxime futuro ultra annum de et ex domo, area, orto ac domo posteriori predictis, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda per totum ut iam supra, videlicet warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis predictis oneribus, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 419r
24 juli 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Nycolaus, filius quondam Theoderici Janss., et Henricus, filius quondam Everardi Janss., commorantes in Orthen, promiserunt indivisi super omnia et habenda Leoni dicto Leeuw de Ratingen ad opus sui et ad opus Johannis Kanapart quadraginta quinque peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Andree apstoli et mediatim Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes Brecht et Berkel, datum XXVII[a] iulii.

R1271, fol. 419r
27 juli 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Jacobus, filius quondam Jacobi Corstiaenss., commorans Assuyt, promisit super omnia et habenda dicto Leoni ad opus sui et ad opus dicti Johannis Kanapart decem consimiles peters, mediatim et mediatim ut iam supra persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 419r
27 juli 1503

Jan Heym en Gerard van Berkel

Willelmus, filius quondam Henrici dicti Willemszoen, hereditarie vendidit Katherine, filie quondam Bernardi dicti Byekens, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, ad opus sui et ad opus Yde et Sophie, suarum sororum, beginarum eiusdem Curie, hereditarium censum sex librarum monete, solvendum anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro et in Buscoducis libere tradendum de et ex medietate ad dictum venditorem, ut dicebat, spectantem in domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, dimidium iuger terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Littoyen, inter communem plateam seu stegam ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Johannis Willemss. ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem conventus sancte Geertrudis in Buscoducis; item adhuc ex uno iugere terre vel circiter dicti venditoris, sito in eadem parochia, ad locum dictum Opten Uuyterwerdt, inter hereditatem dictorum liberorum ex uno et inter hereditatem Aleidis, relicte quondam Goeswini Wyntkens, et eius liberorum ex alio, tendente a quodam fossato, dicto den Wertgrave, usque ad Mosam ibidem, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditario censu trium librarum monete, hereditaria pactione dimidii modii siliginis, hereditario censu trium librarum eiusdem monete atque dimidia libra cere, diversis personis prius exinde annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Heym et Berkel, datum XXVII$^{a}$ iulii.

R1271, fol. 419r
27 juli 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Goeswinus, filius quondam Petri Goessens, et Theodericus, filius quondam Petri Bryenen, promiserunt indivisi super omnia et habenda Geerlaco de Rycstel ad opus sui et ad opus magistri Gerardi Jannessen quinque et dimidium scuta antiqua, dicta alde scilde, XXX$^{ta}$ stuvers vel valorem in pecunia tempore solutionis currente pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Domini et mediatim Penthecostes proxime futuro persolvenda.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 419v
9 augustus 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Theodericus die Cock Janss. promisit super omnia et habenda michi ad opus Leonis dicti Leeuw van Ratingen et ad opus Johannis Kanapart duodecim et dimidium peters, XIX stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Andree apostoli et mediatim Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes Brecht et Borchgreve, datum IX$^{a}$ augusti.

R1271, fol. 419v
9 augustus 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Johannes Balyart Barthoutss. et Henricus Scoenvoet Janss. promiserunt indivisi super omnia et habenda michi ad opus dicti Leonis et ad opus dicti Johannis Kanapart triginta duos consimiles peters, mediatim et mediatim ut iam supra persolvendos.

Testes, datum supra.

R1271, fol. 419v
9 augustus 1503
Gozewijn van Brecht en Peter de Borchgreve

Dictus Johannes Balyart promisit super omnia et habenda michi ad opus dicti Leonis et ad opus eiusdem Johannis tredecim consimiles peters mediatim et mediatim ut iam supra persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 419v-420r
27 juli 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Gerardus, filius quondam Egidii van der Heiden, hereditarium censum septem aureorum florenorum, Rynsgulden communiter vocatorum, viginti stuvers pro quolibet huiusmodi florenorum computando, estimando videlicet in huiusmodi solutione denarium, dictum tdobbel vueryser, ante datam presentium monetatum ad duos denarios, stuvers communiter vocatos, et quartam partem unius huiusmodi stuferi, aureum denarium, dictum die alde croene, ad XXX$^{ta}$ quatuor stuvers, auream coronam, dictam die nyewe croene, ad XXX$^{ta}$ quinque stuvers, philippus- et karolusstuvers ad decem et septem placcas Busciducenses, et aliam pecuniam valuatam secundum eandem valuationem, solvendum anno quolibet hereditarie Jacobi apostoli et in Buscoducis libere ab omnibus precariis domini nostri ducis et aliis exactionibus et incommodis tradendum ex quodam campo terre, quatuor bonaria terre vel circiter continente, Rodolphi de Ghent, filii quondam Theoderici de Ghent, sito in parochia de Scijnle, iuxta communem aquam ibidem, dictam die Aa, inter hereditatem Godefridi van der Aelsvoirt ex uno et inter hereditatem heredum quondam Huberti Stanssen ex alio; item ex quodam agro terre, septem lopinatas terre vel circiter continente, Johannis, filii quondam Arnoldi van der Haigen, sito in dicta parochia de Scijnle, iuxta ecclesiam ibidem, inter hereditatem Johannis Wouterssoen ex uno et inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Scijnle ex alio; item ex uno bonario terre vel circiter Henrici, filii quondam Gerardi van den Waude, sito in eadem parochia, ad locum dictum die Boydonck, inter hereditatem Willelmi van den Nuwenhuys, filii quondam Johannis, ex uno et uno fine et inter hereditatem Arnoldi, filii quondam Johannis van Amboy, ex alio; item ex pecia terre arabilis, septem lopinatas terre vel circiter continente, Willelmi, filii quondam Lamberti van Vorstenbossche, sita in dicta parochia, in loco dicto Int Elschit, inter hereditatem relicte quondam Johannis Bueckentop et eius liberorum ex uno et inter communem plateam ex alio et uno fine; item de et ex quodam campo terre, duo iugera terre vel circiter continente, Mathie de Herenthom, filii quondam Willelmi, Henricxzoen de Herenthom, sito in iamdicta parochia, in loco dicto In die Lyekendonck, inter hereditatem Rycoldi Ghybenzoen ex uno et inter hereditatem Adriani de Zochel Arntszoene et plurium aliorum ex alio; item ex quodam campo terre, duo et dimidium bonaria terre vel circiter continente, Reyneri, filii quondam Johannis Wouterszoen, sito in dicta parochia, in loco dicto Int Hermalen, inter hereditatem Ghysberti van den Borne Henricxzoen ex uno et inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Johannis Bollens, et eius liberorum ex alio; item ex omnibus et singulis bonis Johannis, filii dicti quondam Johannis Wouterss., ab eodem Johanne eotunc habitis et imposterum habendis, quem censum predictum dictus Gerardus, filius quondam Egidii van der Heiden, erga dictum Rodolphum de Ghent, Johannem van der Hagen, Henricum van den Waude, Willelmum van Vorstenbossche, Mathiam de Herenthom, necnon Reynerum et Johannem, fratres, emendo

acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Aleidi, sue filie, relicte quondam Henrici de Aerle, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepta tamen et dictis venditoribus reservata sua potestate redimendi censum predictum iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum, ut dicebat.
Testes Brecht et Raess., datum XXVII[a] iulii.

R1271, fol. 420r
28 juli 1503
Jan Back en Jan Heym

Dominus Johannes Krys, decanus ecclesie sancti Severini Coloniensis, dedit, contulit et concessit domino Andree die Groot, canonico in Buscoducis, plenam et liberam potestatem ac mandatum speciale monendi, levandi, percipiendi ac via iuris, si opis fuerit, assequendi quinquaginta aureos florenos, enckel gouden Rynsgulden communiter vocatos, vel valorem eorundem in alia pecunia, necnon adhuc quinquaginta consimiles aureos florenos, dudum promissos dicto domino Johanni a Johanne de Heesbeen, ad diversos terminos persolvendos iuxta continentiam litterarum scabinalium de Buscoducis desuper confectarum, atque de receptis denariis quitanciam dandi necnon cum eisdem faciendi et ordinandi que dictus dominus Johannes cum premissis faceret et ordinaret seu facere et ordinare posset, si idem dominus Johannes premissis presens et personaliter interesset, presentibus vero post revocationem eiusdem domini Johannis minime valituros.
Testes Back et Heym, datum XXVIII[a] iulii.

R1271, fol. 420r-420v
28 juli 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Theoderica, filia quondam Godefridi Keymp, relicta quondam Henrici Hollanders, cum tutore, decem et novem lopinos siliginis hereditarie pactionis mensure de Buscoducis, quos Johannes dictus Kermissen, filius quondam Arnoldi dicti Kermissen, promiserat se daturum et soluturum Johanni dicto Danels, filio quondam Petri dicti Danels, anno quolibet hereditarie Purificationis de et ex hereditatibus infrascriptis ad dictum Johannem Kermyssen spectantibus, sitis in parochia de Haren, ad locum dictum Belver, videlicet ex domistadio cum pecia terre sibi adiacente, tres lopinatas terre vel circiter continente, sitis ad locum dictum Aen den Hezeacker; item ex pecia terre, quinque lopinatas terre vel circiter continente, sita ad locum dictum tEynden Priems Steeghsken, inter hereditatem liberorum Henrici dicti Wellens ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti Appels Henricxs. et liberorum quondam Arnoldi dicti Heer Wouterss. ex alio; item ex pecia terre, dicta die Sceepleyde, eciam quinque lopinatas terre vel circiter continente, sita inter communem platam ex uno et inter hereditatem Petri dicti Colemans ex alio; item ex pecia terre, dicta den Tolhoevel, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita ad locum predictum, iuxta capellam sancti Martini; item ex pecia terre, dicta Priems Hoff, duas lopinatas terre vel circiter continente; item ex pecia prati, dicta dat Scaepswordelken, sita ibidem; item ex campulo merice, videlicet ex medietate unius et dimidii bonariorum hereditatis, sita ad locum dictum Luyssel, quos decem et novem lopinos siliginis hereditarie pactionis predictos supradicta Theoderica erga Johannem, filium quondam Henrici Keymp, filii quondam Godefridi, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Katherine, filie dicti quondam Godefridi Keymp, uxorisque legitime Henrici Goyartss., et ad opus Maioris Infirmarie Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, ab eadem Katherina, filia quondam Godefridi Keymp, quamdiu in humanis

vixerit et non ultra, et post eiusdem Katherine decessum a dicta Maiori Infirmaria hereditarie habenda et possidenda, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum XXVIII[a] iulii.

R1271, fol. 420v-421r
28 juli 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Supradicta Theoderica, filia quondam Godefridi Keymp, relicta quondam Henrici Hollanders, cum tutore, hereditariam pactionem quinque lopinorum siliginis de hereditaria pactione tredecim lopinorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto ac pecia terre sibi coadiacente, tres et dimidiam lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parochia de Haren, ad locun dictum Belver, ad locum dictum Aen den Hezeacker, inter hereditatem Gerardi dicti Lemmens et Henrici, filii quondam Petri dicti Godekens, ex uno et inter communem plateam ex alio; item ex pecia terre, quinque lopinatas terre vel circiter continente, sita ad locum dictum tEynden Priems Steeghsken, inter hereditatem liberorum quondam Henrici dicti Wellens ex uno et inter hereditatem Arnoldi dicti Appels et liberorum quondam Arnoldi dicti Heer Wouterss. ex alio; item ex pecia terre, dicta die Sceepleyde, quinque lopinatas terre vel circiter continente, sita inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Petri dicti Colemans ex alio; item ex pecia terre, dicta den Tolhoevel, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita ibidem, iuxta capellam sancti Martini; item ex pecia terre, dicta Priems Hoff, duas lopinatas terre vel circiter continente, sita inter hereditatem Johanni Kermissen ex uno et inter hereditatem Lamberti van der Ryt et Henrici, filii quondam Petri Godekenss., ex alio; item ex pecia prati, dicta dat Scaepwerdelken, sita ad locum dictum Sluyswyel, inter aquam, dictam die Aa, ex uno et inter communitatem, dictam dLaer, ex alio; item ex pecia terre mericalis, sex lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Bucstel, ad locum dictum Luyssel; insuper ex domo, area, orto ac agro terre sibi coadiacente, septem lopinatas terre vel circiter continente, sitis in dicta parochia de Haren, ad locum dictum Belver, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Philippi dicti Boeden ex alio, quam pactionem quinque lopinorum siliginis predictam dicta Theoderica erga Johannem, filium quondam Henrici Keymp, filii quondam Godefridi, dudum acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Katherine, filie dicti quondam Godefridi Keymp, uxorisque legitime Henrici Goyartszoen, et ad opus Maioris Infirmarie Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, ab eadem Katherina, quamdiu in humanis vixerit et non ultra, et post eiusdem Katherine decessum a dicta Maiori Infirmaria hereditarie habendam et possidendam, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 421r
31 juli 1503
Jan Back en Gozewijn van Brecht

Nycolaus Steenwech forestariam de Hees cum suis iuribus et attinentiis, ad dictum Nycolaum, ut dicebat, spectantem, locavit recto locationis modo Egidio, filio Arnoldi Stevenss., ab eodem Egidio ad spacium octo annorum Nativitatis Baptiste ultimo preteritum sine medio sequente habendam et possidendam pro annuo pactu undecim peters, XVIII stuvers vel valorem eorundem in moneta seu pecunia tempore solutionis communem cursum

habentem pro quolibet computando, dando et solvendo dicto Nycolao ab Egidio predicto anno quolibet mediatim Nativitatis Domini et mediatim Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis Nativitatis Domini proxime futuro, necnon pro una libra piperis, danda et solvenda eidem Nycolao ab Egidio predicto anno quolibet dictorum annorum Nativitatis Domini et pro primo solutionis termino eciam Nativitatis Domini proxime futuro, et sic deinceps anno quolibet dictis annis durantibus, conditionibus infrascriptis annexis quod dictus Egidius dicte forestarie interim deserviet sic et taliter quod dicto Nycolao dampna exinde non eveniant in futuro; item conditionatum est in casu quo dictus Egidius interim obierit, quod de cetero dicta locatio erit nulla, videlicet ad terminos subsequentes, solutione tamen dicti anni pactus quoad ratum temporis semper salva. Et secundum has conditiones dictus Nycolaus promisit super omnia et habenda ratam servare, alias obligationem et impetitionem in dicta forestaria et suis iuribus et attinentiis predictis deponere. Quo facto dictus Egidius et cum eo Johannes, filius quondam Zegeri de Brede, et Stephanus, filius quondam Judoci Stevens, promiserunt indivisi super omnia et habenda se daturos et soluturos dicto Nycolao dictum annuum pactum undecim peters et unius libre piperis anno quolibet dictorum annorum terminis solutionis predictis et dictas condiciones fideliter facere firmiterque tenere et cum effectu adimplere, dolo et fraude seclusis.
Testes Back et Brecht, datum ultima iulii.

R1271, fol. 421r
31 juli 1503
Jan Back en Gozewijn van Brecht

Jordanus, filius quondam Johannis Lemmens, promisit super omnia et habenda Willelmo, filio quondam Arnoldi van der Wyst, novem florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, Nativitatis Domini proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 421r-421v
31 juli 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Heymericus, filius quondam Arnoldi dicti Smeets, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Engele, sue uxoris, filie quondam Ghibonis Wreynssen, hereditarie vendidit Jacobo, filio quondam Petri dicti Pelgroms, hereditariam pactionem unius et dimidii modiorum *(hierna ontbreekt de graansoort)* mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum notanter et in Buscoducis de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, dicti Heymerici, venditoris, quatuordecim lopinatas terre vel circiter pariter continentibus, sitis partim in parochia de Lyeshout et in parochia de Beke prope Aerle, ad locum, dictum Op Donckersvoirt, inter hereditatem heredum quondam Arnoldi dicti Ysbouts ex uno et inter hereditatem Jordani dicti Claeszoen ex alio, tendentibus a communi platea ad communitatem de Lyeshout; item adhuc ex duobus bonariis, partim terre pascualis et partim arabilis, sitis in dicta parochia de Beke, ad locum predictum, Donckersvoirt vocatum, inter hereditatem magistri Rutgeri de Erpe ex uno et inter hereditatem dicti Jordani dicti Claeszoen ex alio, tendentibus ab hereditate dictorum heredum ad hereditatem Everardi, filii quondam Gybonis de Dynther; item ex sex lopinatis terre vel circiter, sitis in dicta parochia de Beke, ad locum dictum Op Bemmer, inter hereditatem Johannis et dicti Ghyben Wreynss. et quorundam aliorum ex uno et inter hereditatem Johannis die Bever ex alio, tendentibus cum fine utroque ad communes plateas; item adhuc ex dimidio bonario terre paludialis vel circiter,

sito in parochia et loco iamdictis, inter hereditatem dicti Johannis et quorundam aliorum ex uno et inter hereditatem Pauli dicti des Scoemekers ex alio, tendentibus ab hereditate Emondi Woutersss. ad hereditatem Huberti, filii quondam Johannis Hubertss., ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis diversis censibus fundi ad undecim stuferos ascendentibus, hereditarie pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis, hereditaria pactione unius modii siliginis mensure Pelandie, hereditaria pactione quatuor lopinorum siliginis eiusdem mensurae Pelandie, de et ex dictis domo, area, orto ac hereditatibus atque duobus bonariis terre sitis op Donckersvoirt; item adhuc ex dictis sex lopinatis terre et dimidio bonario terre hereditario censu quatuor florenorum Renensium et unius stoteri, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum ultima iulii.

R1271, fol. 421v
31 juli 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum et mediante quinquaginta tribus florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, dando in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, dictos gouden Rynsgulden, pro XX$^{ti}$ octo stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spatium unius anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 421v-422r
2 augustus 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Willelmus van Mughoevel, filius quondam Willelmi de Mughoevel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Willelme, sue uxoris, filie quondam Henrici Stoock, ab eodem quondam Henrico et quondam Heilwige, sua uxore, pariter genite, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem predictam Willelmus dictus Boekelman promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Godefrido de Rode anno quolibet hereditarie Purificationis, et in Buscoducis traditurum de et ex pecia terre, sextariatam mensure de Rode continente, sita in parochia de Rode Sancte Ode, ad locum dictum Ollant, inter hereditatem Geerlaci van den Borne ex uno et inter hereditatem Petri de Best ex alio; item ex pecia prati, sita in parochia et loco predictis, inter hereditatem Arnoldi dicti Maes ex uno et inter hereditatem Willelmi dicti Boekelman ex alio, pridem datum ad hereditarium pactum dicto Willelmo Boekelman a Godefrido de Rode predicto pro pactione predicta, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Hadewigis, filie quondam Luce van der Locht, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda augusti.

R1271, fol. 422r
2 augustus 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Johanna, filia quondam Andree dicti Vrients, et Anthonia, filia quondam Arnoldi van den Venne, ab eodem et quondam Johanna, sua uxore, pariter genita, cum tutore, super domo, area et orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sitis in parochia de Oirscot, in pastoria de Strathen, inter hereditatem Gerardi van den Venne ex uno et inter hereditatem Arnoldi, filii dicti quondam Andree Vrients, ex alio, tendente a quadam platea, dicta die Langstraet, ad hereditatem Adriani van der Doeren, ut dicebat, atque super toto iure ipsis quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus ad opus dicti Arnoldi, filii quondam Andree, hereditarie renunciaverunt et effestucando, promittens (*sic*) super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 422r
2 augustus 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Margareta, filia quondam magistri Henrici de Kessel, cum tutore, medietatem cuiusdam prati, siti in parochia de Oisterwyc, in loco dicto Udenhout, ad locum dictum Clappenschoer, inter hereditatem quondam Mette Palaerts ex uno et inter hereditates, dictas Strythoeve, ex alio, que medietas sex bonaria terre vel circiter continet et sita est iuxta dictas hereditates, Strythoeve vocatas, quam medietatem predictam dictus magister Henricus erga Henricam Bredebier per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat; item adhuc sex bonaria prati, supportata de prato predicto, que sex bonaria prati idem magister Henricus erga Johannem Poynenborch et Engbertum, filium quondam Henrici Engbertssoen, tamquam magistros et rectores Mense Sancti Spiritus in Oisterwyck acquisierat, prout in diversis litteris, hereditarie supportavit Johanni de Berkel Janss., tamquam marito et tutori legitimo domicelle Elisabeth, sue uxoris, filie Johannis dicti die Quade, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam magistri Henrici ac suorum heredum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 422r
2 augustus 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Dicta Margareta, filia quondam magistri Henrici de Kessel, cum tutore, quendam campum, olim Johannis van den Broeck, depost vero Godefridi van den Broeck, dictum den Roemputs Camp, situm in parochia de Maren, ad locum dictum Paddelaer, inter hereditatem Johannis Aelbrechs alias de Maren ex uno et inter hereditatem Rodolphi dicti Coel Gratensoenssoen et quorundam aliorum ibidem ex alio, quem campum predictum dictus magister Henricus de Kessel erga dictum Godefridum van den Broeck acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto Johanni de Berkel, tamquam marito et tutori legitimo dicte domicelle Elisabeth, sue uxoris, simul cum dictis *(hierna ontbreekt* litteris*)*, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam magistri Henrici ac suorum heredum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 422v
2 augustus 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in ambobus contractibus precedentibus immediate, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes de Berkel palam recognovit et super omnia et habenda dicte Margarete promisit quod ipse Johannes dictam Margaretam et eius bona ab omnibus impeticionibus et molestacionibus quibus imposterum per liberos reliquos dicti Johannis die Quade in iudicio vel extra iudicium impeti posset quovismodo ex causa vero dictarum supportationum per dictam Margaretam, ut premittitur, factarum atque ab omnibus dampnis eidem Margarete ea occasione quovismodo eventuris quitabit, relevabit et penitus indempnem observabit.
Testes Berkel et Borchgreve, datum secunda augusti.

R1271, fol. 422v
3 augustus 1503
Raas Raassen en Peter de Borchgreve

Ghiselbertus, filius Lodovici Gysbrechs., et Johannes dictus Ruysch Janss. promiserunt indivisi super omnia et habenda Geerlaco de Rycxtel ad opus sui et ad opus magistri Gerardi Jamess. *(sic)* viginti unum scuta antiqua, XXX$^{ta}$ stuvers vel valorem in pecunia tempore solutionis currente pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Domini et mediatim Pentecostes proxime futuro persolvenda.
Testes Raess. et Borchgreve, datum tercia augusti.

R1271, fol. 422v-423r
3 augustus 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Martinus de Elmpt, filius quondam Henrici, hereditarium censum viginti quatuor florenorum Renensium, XX$^{ti}$ novos stuvers per archiducem Philippum pronunc monetatos vel valorem eorundem in moneta infrascripta et nulla alia moneta pro quolibet huiusmodi florenorum computando, videlicet in Kaerlsche stuvers, in vuerysers, antiquis aureis communis (*sic*) et novis, monete regis Francie, gouwen andriesgulden vel coervorstenguldene dictis, van gewichte secundum presentem ordinationem monete, solvendum hereditarie Assumptionis Marie et in Buscoducis libere ab omnibus precariis et exactionibus tradendum ex domo, area et orto Johannis, filii quondam Gerardi van Scouwen, sitis in parochia de Venloen, aen die Plaetze, inter hereditatem Petri, filii quondam Johannis Mathijss., ex uno et inter hereditatem Katherine, relicte quondam Henrici Pigge, ex alio et fine uno; item ex domo, area et orto Zegeri Willemss. van Haestrecht, sitis ibidem, inter hereditatem dicti Petri ex uno et inter hereditatem Johannis, filii Johannis Henrixs., ex alio; item ex domo, area et orto Johannis, filii quondam Henrici Lambertss., sitis ibidem, ad locum dictum Craenven, inter hereditatem Johannis Loyen ex uno et inter hereditatem Arnoldi van der Heyden ex alio; item ex domo, area et orto Johannis, filii quondam Ghysberti Geerwyns, sitis ibidem, ad locum dictum Efterlinge, inter hereditatem Henrici Oerleman ex uno et inter hereditatem Wolteri Arntszoen ex alio; item ex domo, area et orto Christiani, filii Johannis Elen, sitis in dicta parochia, inter hereditatem domicellarum Katherine et Ghysberte, filiarum quondam domicelli Pauli de Haestrecht, ex uno et inter communem plateam ex alio et uno fine; item ex domo, area et orto Wolteri, filii quondam Arnoldi die Werdt, sitis ibidem op die Efterlinge, inter hereditatem Henrici Oerleman ex uno et inter hereditatem Petri van den Berge ex alio; item ex domo, area et orto Peregrini, filii quondam Henrici van der Weyde, sitis in dicta parochia, inter hereditatem Johannis van Scouwen ex uno et inter communem plateam ex alio; insuper ex duobus bonariis terre vel circiter Nycolai, filii natualis Gerardi die Werdt, sitis in dicta

parochia inter hereditatem, dictam Zoemermans hostadt, ex uno et inter hereditatem Ghysberti Loyen ex alio, quem censum predictum dictus Martinus erga dictos Johannem van Scouwen, Zegerum, Johannem, Johannem, Christianum, Wolterum, Peregrinum et Nycolaum emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Anthonio Hinckart, sculteto inferiori in Buscoducis, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, excepta redemptione desuper concessa.
Testes Berkel et Borchgrene, datum supra.

R1271, fol. 423r
2 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Gerardus, filius quondam Gerardi Erenbertss., et Theodericus, filius quondam Iohannis dicti de Hemelen, promiserunt indivisi super omnia et habenda Johanni, filio quondam Arnoldi Meliss., decem peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, et duas libras monete Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes Raess. et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 423r
7 december ~~1503~~ 1503[82]
Jan van Boert en Gerlach de Rover

Dominus Iohannes premissa legitime supportavit dicto Gerado dumtaxat, cum littteris et iure.
Testes Boert et Roever, datum VII decembris.

R1271, fol. 423r-423v
3 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Condt ende kenlic zij enenyegelicken alsoe Henrick van Cortrycke ende Cornelie van Goerle, zyn wyff, hadden bekent sculdich te wesene ende elckeen voir all Lambrechten van Os van Antwerpen, ter cause van geleenden gelde ende van lampsvellen die somme van vyfthien Rynsgulden, van veertich grooten Vleems tstuck, tot zekeren daigen te betalen, alst scheen in scepenenbrieven van Mechelen dair op gemaict volcomentliken begrepen te wesene, soe zijn gestaen voir scepenen hier onder gescreven die voirs. Lambrecht ter eenre ende Anna et Barbara, gesusteren, dochteren wilen Willems van Goerle, van denselven wylen Willemen ende Aleyten, zijnre huysvrouwen, als hy leefden, tsamen gewonnen, in den name ende vanwegen des voirs. Lamberts ende der voirs. Cornelie, zijnre huysvrouwen, ende suster der voirs. Annen ende Barbaren ter andere zijden, ende hebben oepelic bekent ende malcanderen tot behoef heuren ende anderen dair toe interest hebbende, geloeft ende consenteert, dats te wetene als dat die voirs. Lambert, hij noch nyemand van zijnren wegen, die voirs. geloefde penningen nyet en sall suecken oft volgen oft doen suecken oft volgen met rechte oft anders in enniger manieren opte voirscreven Cornelia, zoe lange die voirs. Aleydt, hair moeder, in der menschelicheit leeft, ende alsdan nae derselver Aleyten doot van denselven geloefden penningen nyet meer dan acht derselver gulden, item dat nae dode derselver Aleyten die voirs. Anna et Barbara sculdich zullen wesen het kynsgedeelt der voirs. Cornelie te houden in gewairder hant oft dat te stellen onder scepenen oft te doen beslaen tot behoef des voirs.

[82] *de datum is gereconstrueerd op basis van de vermelde schepenen.*

Lamberts omme die voirs. acht Rynsgulden dair op te moigen volgen, item dat oick dieselver Lambert die voirs. geloefde penningen, te wetene die XV Rynsguldene, bynnen twee jaren naestcomende insgelycx nyet en sal volgen oft doen volgen met recht opten voirs. Henricken van Cortrycke, ten weer dat hem bynnen denselven twee jaeren zekere marckelycke gueden van vader oft moeder aenverstorven, in welken gevalle hij, Lambert, die geheel somme opten selven Henricken alleen sal moigen vervolgen, ende in gevalle des versterfs nyet en queme, zoe zall hy, Lambert, nae denselven tween tween (*sic*) opten voirs. Henricken met recht mogen volgen oft doen volgen van der voirs. sommen van XV Rynsgulden nyet meer dan seven dergelycke gulden, ende all sonder droch ende argelist.
Testes Raess. et Berkel, datum tercia augusti.

R1271, fol. 423v
4 augustus 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Theodericus, filius quondam Arnoldi Pels, filii quondam Petri dicti Pels, tinctoris, relictus legitimus quondam Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Willelmi Heymans, potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dicte quondam Elisabeth, sue uxoris, ut apparebat, duos et dimidium aureos denarios antiquos, communiter aude scilde vocatos, hereditarii census de hereditario censu decem consimilium aureorum denariorum antiquorum, communiter aude scilde vocatorum, monete regis Francie, boni auri et iusti ponderis, seu alterius pagamenti eiusdem valoris, quem censum Theodericus de Gemart solvendum habuit anno quolibet hereditarie in festo beati Dyonisii episcopis mediatim et mediatim in festo Nativitatis beati Johannis Baptiste ex bonis eiusdem quondam Theoderici, dictis tGoet op Donghe, cum suis terris pratis, domibus ac omnibus suis attinentiis, sitis in parochia de Beke prope Aerle, inter hereditates, dictas Langebeemde, ex uno et inter communitatem ex alio, que bona cum suis terris, pratis, domibus et suis attinentiis dictus quondam Theodericus de Gemart dederat olim ad censum Theoderico dicto Kyemt pro censibus dominorum fundi et pro censu decem aureorum denariorum predicto, quem censum decem aureorum denariorum antiquorum, communiter aude scilde vocatorum, dictus Petrus Pels, tinctor, erga Godefridum, filium quondam Theoderici dicti de Ghemart, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus domicelle Luytgardis, relicte quondam Johannis de Beke, filie quondam Gerardi de Berkel, simul cum dictis litteris, aliis, instrumentis et iuribus occasione dictorum duorum et dimidii aureorum denariorum antiquorum, aude scilde vocatorum, hereditarii census, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Petri Pels, eius avi, ac suorum heredum et successorum deponere. Quo facto Willelmus, filius Theoderici et quondiam Elisabeth predictorum, super dictis duobus et dimidio aureis denariis antiquis, aude scilde vocatis, hereditarii census, atque super toto iure sibi in eisdem quovismodo competente ac imposterum competituro in dictis litteris, ad opus dicte domicelle Luytgardis hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum quarta augusti.[83]

R1271, fol. 423v-424r

[83] *in de marge d.d. 21 oktober 1503*: XXI[a] octobris anno tertio partes hincinde consenserunt et mandaverunt presentem contractum cassari et annichilari penitus et omnino, et sic cassatus et cancellatus est.

4 augustus 1503
Gerard van Berkel en Peter de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Gerisius, filius quondam Danielis, filii quondam Gerisii Danelss., unum maldrum siliginis, quod maldrum Petrus Schoen Janszoen et Johannes Byekenszoen promiserant domino Gerardo, filio quondam Wolteri dicti Geritszoen, presbitero, annuatim et hereditarie solvere Purificationis cum mensura de Berchen et in Berchen tradendum ex domo et domistadio terre in parochia de Berchen, sitis aen dat Laer, inter hereditatem Johannis Borken ex uno et inter hereditatem heredum quondam Henrici Stegen ex alio; insuper ex sua parte et porcione, sita in Geen Beemden; item ex parte et porcione ad dictum Johannem spectante in domo et orto, sitis aen dat Laer, inter hereditatem heredum quondam Henrici Stegen ex uno et Petri Claess. ex alio; insuper ex pecia terre, sita in Berchervelt, in Huyben hoeve, inter hereditatem Lamberti Jan Bollenss. ex uno et inter hereditatem heredum Johannis Peters et quorundam aliorum ex alio, hereditarie supportasset Willelmo, filio quondam Johannis Wouterszoen, fabro, prout in litteris, et quod maldrum siliginis predictum pronunc ad Judocum, filium quondam Gerisii Vilt, spectare dinoscitur, ut dicebat, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Henricus, filius quondam Ghysberti Rycoutszoen, et Margareta, relicta quondam Rycoldi Ghysbertss., cum tutore palam recognoverunt et super omnia et habenda dicto Judoco promiserunt quod ipsi tamquam proprietarii pro tempore dictorum contrapignorum dictum maldrum siliginis prefato Judoco de cetero dabunt et solvent ac dare et solvere tenebuntur termino predicto cum mensura de Buscoducis et in Buscoducis tradent et tradere tenebuntur de et ex contrapigneribus predictis, absque contradictione.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 424r
5 augustus 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Henricus, filius quondam Johannis dicti Willemss., hereditarie vendidit Arnoldo, filio quondam Arnoldi dicti Willemssoen de Haenvelt, hereditarium censum octo florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, necnon quarte partis unius huiusmodi floreni, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rynsgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ octo, novos aureos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Jacobi apostoli et in Buscoducis absque omni onere precarie domini nostri ducis ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum de et ex domo, area, aliis edificiis, orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, tres maldratas terre vel circiter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Druenen, inter hereditatem Petri Coppenss. et Johannis Heymanss. ex uno et inter hereditatem Adriani Peterss. ex alio, tendentibus a communi platea ad quasdam hereditates in parochia de Oisterwyck, ibidem situatis, ut dicebat, ab eodem, promittens et cum eo Willelmus, eius frater, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis quatuor grossis antiquis census fundi atque tribus maldris siliginis hereditarie pactionis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Heym et Berkel, datum quinta augusti.

R1271, fol. 424r

5 augustus 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum et mediante centum et quadraginta consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc tamen salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 424r
5 augustus 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Johannes Balyart Janss. promisit super omnia et habenda Aleidi, relicte quondam Henrici van den Broeck, filie quondam Henrici Bogarts, centum florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, pro una tercia parte Pasche proxime futuro et pro reliquis duabus terciis partibus a Remigii proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 424v-425r
5 augustus 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Reynerus, filius quondam Willelmi dicti Reynerssoen, hereditarie vendidit Goeswino Buck, filio quondam Henrici Buck, hereditariam pactionem quatuor modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino Purificationis proxime futuro, et in Buscoducis absque omni onere precarie domini nostri ducis ceterisque oneribus et incommodis libere tradendam de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, viginti lopinatas vel circiter pariter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Heze, inter communem viam ibidem protensam ex uno et fine uno et inter quedam prata, dicta die Loermans beempden, diversorum hominum ibidem ex alio, tendentibus cum fine reliquo ad hereditatem Martini dicti Joirdens; item adhuc ex domo, area et horreo ac orto et hereditatibus sibi adiacentibus, quinque vasatas terre vel circiter continentibus, eiusdem venditoris, sitis ibidem iuxta plateam, dictam die Vennestraet, inter hereditatem Henrici Jan Meeuss. ex uno et inter hereditatem Theoderici, filii quondam Petri Lemmens ex alio, tendentibus ab hereditate Johannis, filii quondam Arnoldi dicti de Doyenbraken ad quandam communem viam ibidem; item adhuc ex quadam alia domo, area et orto, pariter unam vasatam vel circiter continentibus, eiusdem venditoris, sitis in eadem parochia, inter hereditatem Arnoldi dicti Wespen circumquaque adiacentibus; item adhuc ex agro terre, maldratam terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sito in eadem parochia, iuxta ecclesiam de Heze ibidem, inter hereditatem Wolteri Marsmans ex uno et inter communem viam ibidem ex alio, tendente ab hereditate Ade, filii quondam Mathei Ghenen, ad hereditatem liberorum quondam Christiani dicti Smeets; item adhuc ex duobus agris terre sibi mutuo adiacentibus, eiusdem venditoris, pariter quatuor vasatas terre vel circiter continentibus, sitis ibidem, inter hereditatem olim spectantem ad Godefridum de Middegael, undique adiacente; item adhuc ex quodam alio agro terre, maldratam terre vel circiter pariter continente, eiusdem venditoris, sito ibidem, inter hereditatem Adriani, filii Gerardi Reyntkens, ex uno et inter hereditatem olim ad dictum Godefridum de Myddegael spectantem

ex alio, tendente ab hereditate liberorum quondam Johannis de Vaerlaer ad hereditatem liberorum quondam Godefridi Goebels; item adhuc ex agro terre, sextariatum terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sito ibidem, inter hereditatem Arnoldi Jordens ex uno et inter hereditatem Petri dicti Scepers ex alio, tendente ab hereditate Henrici Arntss. ad hereditatem liberorum quondam Willelmi dicti Gijsen; item ex pecia prati, maldratam terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sita in eadem parochia de Heze, in pratis dictis die Hulsbroecken, inter hereditatem vicinorum ibidem ex uno et fine uno et inter hereditatem Henrici, filii Johannis Meeuszoen, ex alio, tendente cum fine reliquo ad hereditatem fabrice ecclesie de Heze; item adhuc ex quodam prato, quatuor vasatas terre vel circiter continente, sito in eadem parochia, in pratis dictis in sHeren Eeussel aen Heescher Schoer, inter quendam aqueductum ibidem, dictum sHeren Vliet, ex uno et inter hereditatem vicinorum ibidem ex alio, tendente ad hereditatem liberorum quondam Johannis Tyelkens cum uno fine; item adhuc ex quodam prato, dicto sMarsmans beempt, duas vasatas terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sito ibidem, in loco dicto Int Elsen, inter hereditatem liberorum Gibonis Wouters ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Johannis de Vaerlaer predictorum ex alio, tendente ab hereditate Marcelii sHazen ad aqueductum predictum; item adhuc ex quodam alio prato, dicto Snoecx beempt, quatuor vasatas terre vel circiter continente, eiusdem venditoris, sito in parochia et loco iamdictis, inter hereditatem Elisabeth dicte Lyp, relicte quondam Godefridi sMolners, et eius filii ex uno et inter hereditatem dictorum liberorum quondam Johannis de Vaerlair ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem Martini, filii quondam Jordani van der Haigen; item adhuc ex quodam prato et pecia pascue, dictis Eeussel, sibi adiacentibus, duodecim lopinatas terre vel circiter pariter continentibus, eiusdem venditoris, sitis in dicta parochia, ad locum dictum Aen de Venne, inter hereditatem Willelmi van der Vlaesschen ex uno et inter hereditatem Petri, filii Arnoldi dicti Hoers, ex alio et uno fine, tendente cum fine reliquo ad quandam plateam, dictam die Bullersstraet, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis diversis censibus fundi, ad viginti unum stuferos ascendentibus, atque diversis pactionibus, ad octo modios siliginis taxatis, diversis personis ex premissis annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Heym et Berkel, datum quinta augusti.

R1271, fol. 425r
5 augustus 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetuis temporibus simul unapariter cum et mediante centum et quatuordecim aureis florenis monete quatuor electorum imperii seu alterius eorundem ante datam litterarum presencium monetatis, iusti ponderis, et cum nulla alia moneta seu pecunia, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, hoc salvo quod idem venditor huiusmodi redemptionem per spacium unius anni coram scabinis pro tempore in Buscoducis prefato Goeswino, emptori, legitime preintimabit et preintimare tenebitur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 425r
5 augustus 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu venditionis, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus venditor palam recognovit et super omnia et habenda

dicto emptori adhuc promisit quod ipse venditor semper ad requestam dicti emptoris infra annum huiusmodi requisitionem immediate subsequentem dictam pactionem redimet et acquitabit ac redimere et acquitare tenebitur cum et mediante dictis centum et quatuordecim consimilibus aureis florenis et nulla alia moneta, ut iam supra, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, omnibus contradictione, dolo et frande seclusis.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 425r
8 augustus 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Petrus, filius naturalis Nycolai Pels, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Richmoedis, sue uxoris, filie quondam Anthonii dicti Zerijs, duas libras pecunie Busciducensis hereditarii census, solvendas anno quolibus hereditarie Purificationis ex pecia prati, dicti Den Auden Beempt, siti in parochia de Scijnle, inter hereditatem domicelle Luytgardis Symons et Johannis van der Stegen ex uno et inter hereditatem Johannis de Noddevelt ex alio, quas duas libras hereditarii census predictas dominus Johannes Zerijs, presbiter, erga Johannem, filium quondam Johannis Willemssoen van Groeningen acquisierat, prout in litteris, et que due libre hereditarii census predicte dicto Petro, tamquam marito et tutori legitimo dicte Rychmoedis, sue uxoris, vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam domini Johannis Zerijs advolute sunt, ut dicebat, in quodam instrumento publico contineri, hereditarie supportavit Laurencio, filio quondam Henrici van den Hout, carpentario, simul cum dictis litteris et instrumento ac iure occasione, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impeticionem deponere et satisfacere.
Testes Raessen et Borchgreve, datum VIII[a] augusti.

R1271, fol. 425v
9 augustus 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Gerardus, dictus Reynerss., Gerardus Goertss. et Johannes Arntss. promiserunt indivisi super omnia et habenda Theoderico van der Graft Reynerss. triginta florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, Jacobi apostoli proxime futuro persolvendos.
Testes Raess. et Borchgreve, datum IX[a] augusti.

R1271, fol. 425v
9 augustus 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Johannes, filius quondam Arnoldi Dircxs. promisit super omnia et habenda Henrico, filio quondam Johannis Arntss. quinqaginta duos florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Martini hyemalis proxime futuro et mediatim a Martini hyemalis proxime futuro ultra annum persolvendos, et in Buscoducis libere tradendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 425v
9 augustus 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Wijnricus, filius naturalis quondam Johannis de Tefelen, Anthonius, filius quondam Andree Michielss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Ermgardis, sue uxoris, et Godefridus, filius Willelmi de Kuyck, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filiarum naturalium dicti quondam Johannis de Tefelen, unum hont terre vel circiter, olim dicti quondam Johannis, situm in parochia de Littoyen, ad locum dictum Opten Enghe, inter communem stegam dictam die Hegstege, ex uno et inter hereditatem fabrice ecclesie de Littoyen ex alio et uno fine ad hereditatem Johannis Kanapart, prout idem situm est, ut dicebat, hereditarie vendiderunt michi ad opus Henrici de Lent, filii quondam Johannis de Lent, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis aggeribus, dictis zegedycken, slusis, fossatis et aqueductibus infra terram situatis et ad dictum unum hont terre e iure spectantibus.
Testes Heym et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 425v
9 augustus 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Johannes, filius quondam Johannis dicti die Weyer Janss., super uno iugere, sito in parochia de Littoyen, in loco dicto In de Langbeenmden, inter hereditatem Johannis Kanapart ex uno et inter hereditatem Theoderici Clinge ex alio, tendente a quodam fossato, dicto den Poelertschen grave, ad hereditatem dicti Theoderici Clynge et Theoderici Reyntkens, quod unum iuger terre predictum Johannes dictus de Tefelen erga secundodictum Johannem die Weyer Janss. dudum acquisierat, ut dicebatur in litteris de Buscoducis contineri, atque super toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, ad opus dictorum Wynrici, Anthonii et Godefridi hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicti quondam Johannis, sui patris, ac quorumcumque heredum eiusdem quondam Johannis deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 425v-426r
9 augustus 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Laurentius, filius quondam Wautgeri dicti die Greve, hereditarie vendidit Theoderico dicto Colen die Bever hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Baptiste, et in Buscoducis libere absque omni onere precarie domini nostri ducis ceterisque oneribus et incommodis tradendam de et ex domo, area et orto ac quadam parva domuncula posteriori, dicti venditoris, sitis infra libertatem de Oisterwyck, inter hereditatem Ghijselberti, filii quondam Johannis Meliss., ex uno et inter hereditatem Huberti dicti die Clerck ex alio, tendentibus a communi platea seu via lapidea ad hereditatem Engberti, filii quondam Engberti Goessens, ut dicebat, ab eodem, promittens super (*hierna ontbreekt* omnia*)* et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis tribus denariis, peters communiter vocatis, Philippo, filio Petri Wouter sHerens., prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 426r

1 juli 1504[84]
Willem van den Bosch en Gerlach de Roevere

Dictus Theodericus premissa hereditarie supportavit Zegero Janss., pannicide, cum litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salvo dicto Laurencio suo iure redemptionis dicte pactionis iuxta continentiam litterarum desuper confectarum.
Testes Busco et Roever, datum I[a] iulii.

R1271, fol. 426r
9 augustus 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum viginti peters, XIX stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptionem aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] octo stuferis, novos florenos achiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 426r
9 augustus 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Henricus, filius quondam Johannis Dircxs., promisit super omnia et habenda Mathie, filio quondam Everardi dicti Ruysschen, tredecim et dimidium florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Domini et mediatim Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 426r
9 augustus 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Fratres Johannes Bem, prior, et Ghysbertus Toelinc, procurator conventus fratrum Cruciferorum in Buscoducis, nomine eorum ac quorumcumque conventualium eiusdem conventus, presencium et futurorum, decem lopinos siliginis hereditarie pactionis mensure de Buscoducis, solvendos hereditarie Purificationis, et in Buscoducis tradendos ex duabus peciis prati, sitis in parochia de Bucstel, et ex duabus peciis prati, sitis ad locum dictum Te Lucel, et ex pecia terre, sita ad locum dictum Tot Tongeren, et ex quibusdam aliis hereditatibus ibidem situatis, quos decem lopinos siliginis predictos Johannes dictus van der Zijdewinden, filius naturalis quondam Johannis dicti van der Zijdewijnden, erga Lambertum, filium quondam Ghiselberti, filii quondam Rodolphi dicti Roever Ghiben Roeverss., acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Geertrudi, relicte quondam Ghiselberti dicti van der Meer alias van den Leempoel, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes sub obligatione

[84] *deze datum is gereconstrueerd aan de hand van de vermelde schepenen*.

omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et ex parte dicti quondam Johannis van der Zijdewijnden et suorum heredum necnon ex parte fratris Johannis, filii quondam Johannis, filii dicti quondam Johannis van der Zijdewijnden, conventualis dicti conventus ac quorumcumque aliorum conventualium eiusdem conventus, presentium et futurorum, deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 426r-426v
9 augustus 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Jacobus, filius quondam Mathei Jacopssoen, particulam terre, sitam infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Hyntham, inter hereditatem heredum quondam Johannis de Zoemeren ex uno et inter hereditatem Jacobi dicti Peterss. ex alio, quam particulam terre predictam Gerardus, filius quondam Arnoldi dicti Noyen erga Zweneldem, relictam quondam Tielmanni dicti de Campen, olim emendo acquisierat, prout in litteris, et que particula terre predicta supradicto Jacobo e iure successionis hereditarie advoluta est, et que particula terre predicta pronunc sita est ibidem, inter hereditatem Arnoldi dicti Marsmans, filii quondam Theoderici Marsmans, ex uno et inter hereditatem Mathei Theenss. ex alio, tendente a communi stega ad communem viam ibidem, ut dicebat, hereditarie supportavit dicto Arnoldo Marsman, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, obligationem et impetitionem deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum IX[a] augusti.

R1271, fol. 426v
7 augustus 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Elisabeth, relicta quondam Arnoldi, filii quondam Willelmi dicti Noot, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quibuscumque mobilibus et hereditariis in quibus dictus quondam Arnoldus decessit et dicta Elisabeth suum ad presens habet et possidet usufructum, quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, legitime supportavit Theoderico, filio quondam Rodolphi Janss., tamquam marito et tutori legitimo Willelme, sue uxoris, filie dicti quondam Arnoldi, filii quondam Willelmi Noot, ab eodem quondam Arnoldo et quondam Margareta, sua prima uxore, pariter genite, simul cum toto iure sibi quovisimodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando promittens, cum tutore, super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Raso, datum VII augusti.

R1271, fol. 426v
7 augustus 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Dictus Theodericus promisit super omnia et habenda dicte Elisabeth decem peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Domini et mediatim Nativitatis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 426v

11 augustus 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Petrus, filius quondam Jacobi Vezelairs, aurifabri, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, octo denarios, dobbel vueryseren communiter vocatos, vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, solvendum hereditarie Jacobi apostoli et in Buscoducis libere ab omnibus precariis domini ducis, exactionibus ceterisque oneribus tradendum ex domo, area, orto ac pecia terre sibi adiacente, pariter decem lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Scijnle, ad locum dictum dElschot, inter hereditatem Willelmi Lambertss. ex uno et inter communem plateam ex alio et uno fine; item ex uno et dimidio bonariis prati, sitis ibidem inter hereditatem Johannis van den Steen, pistoris, ex uno et inter hereditatem Herberti Hals ex alio; insuper ex quinque lopinatas terre, sitis ibidem, inter hereditatem Henrici Scoemeker ex uno et inter hereditatem Willelmi van den Horrick ex alio, tendentibus cum fine utroque ad communem plateam, quem censum predictum magister Arnoldus de Weilhusen ad opus dicti Petri, filii quondam Jacobi Veselairs, aurifabri, erga Henricum, filium quondam Gerardi van den Waude, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit domino Nycolao Hoyberchs, presbitero, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, cum conditione consueta.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XI augusti.

R1271, fol. 427r
11 augustus 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum Henricus, filius quondam Gerardi van den Waude, hereditarie vendidisset magistro Arnoldo de Weilhusen ad opus Petri, filii quondam Jacobi Veselairs, aurifabri, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, octo denarios, dobbel vueryseren communiter vocatos, vel valorem eorundem in alia pagamento pro quolibet computando, solvendum hereditarie Jacobi apostoli, et in Buscoducis libere ab omnibus precariis domini ducis ceterisque oneribus tradendum, ex domo, area, orto ac pecia terre sibi adiacente, pariter decem lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Scijnle, ad locum dictum dElschot; item ex uno et dimidio bonariis prati, sitis ibidem; item adhuc ex quinque lopinatis terre, sitis ibidem, promisissetque super omnia et habenda warandiam et satisfacere, tali conditione annexa, quod dictus Henricus, venditor, dictum censum redimere et acquitare posset perpetuis temporibus cum et mediante quinquaginta consimilibus florenis Renensibus, et cum censu et arrestadiis, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Henricus, venditor, super dicta potestate redimendi et acquitandi censum predictum atque super toto iure sibi in conditione iam pretacta quovismodo competente, ad opus dicti domini Nycolai hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum heredum, successorum, proprietariorum pro tempore compignerum pretactorum deponere, et non contravenire, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 427r
11 augustus 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Aleidis, relicta quondam Arnoldi dicti Janssoen van Amboy, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in tribus strepis terre arabilis sibi mutuo coadiacentibus, quindecim lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Scijnle, ad locum dictum Int Elschot, ad locum dictum die Boydonc, inter hereditatem Willelmi dicti van den Nuwenhuyze ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus ab hereditate Henrici Geritss. van den Waude ad hereditatem, olim dicti quondam Arnoldi Janss.; item in quodam campo terre seu prati, duo bonaria terre vel circiter continente, sito ibidem, inter hereditatem Rodolphi dicti Engbertss. ex uno et inter communem plateam ex alio, tendente a dictis tribus strepis ad hereditatem Adriani de Zochel; item adhuc in maldrata terre vel circiter, sita in dicta parochia, ad locum dictum Aen den Borne, inter hereditatem liberorum quondam Henrici Pouwelss. de Gerwen ex uno et inter hereditatem heredum quondam Elisabeth dicte van der Stappen ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Sororum de Orthen, domus sancte Andree, site in Buscoducis in vico Hynthamensi, et quorundam aliorum; item adhuc in quodam campo terre, duo bonaria vel circiter continente, sito in parochia et loco iamdictis, inter hereditatem Jacobi van der Merendonck ex uno et inter hereditatem dictorum liberorum quondam Arnoldi Janss. ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad hereditatem seu campum quendam, dictum die Wydonck, Willelmi dicti van der Spanck, ut dicebat, legitime supportavit Willelmo et Petro, fratribus, liberis Aleidis et quondam Arnoldi predictorum, et effestucando promittens super omnia et habenda cum tutore ratam servare.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 427r-427v
11 augustus 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus et Petrus, fratres, hereditarie vendiderunt domino Nycolao Hoyberchs, presbitero, hereditarium censum quatuor florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ octo, novos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nywe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Assumptionis Marie, et pro primo solutionis termino ab Assumptionis Marie proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere absque omne onere precarie ceterisque exactionibus et incommodiis tradendum de et ex premissis pronunc ad ipsos spectantibus, ab eodem, promittentes et cum eis Arnoldus, filius quondam Theoderici de Zoemeren, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi, hereditario censu trium librarum monete Margarete, relicte quondam Johannis de Engelant, hereditario censu quatuor librarum eiusdem monete et sex solidorum altari beate Agathe virginis in ecclesia sancti Johannis in Buscoducis, hereditaria pactione dimidii modii siliginis cuidam Heilwigi, begine, hereditaria pactione unius modii siliginis heredibus quondam Huberti Roelofs, et hereditario censu duarum librarum monete predicte ex premissis, prius diversis personis annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes Brecht et Berkel, datum XI$^{a}$ augusti.

R1271, fol. 427v
11 augustus 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Et poterint redimere perpetue, simel unapariter cum sexaginta consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus et eorum compromittenti repromisit, hoc salvo, quod ipsi huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 427v-428r
12 augustus 1503
Gozewijn van Brecht en Raas Raassen

Willelmus[85] et Gerardus, fratres, liberi quondam Udonis de Gerwen, hereditarie vendiderunt michi ad opus magistri Willelmi de Gerwen, filii quondam Johannis de Gerwen, presbiteri, hereditarium censum sex novorum florenorum ducis Philippi, archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., dictorum nywe philippusgulden, XX$^{ti}$ quinque stuvers monete nunc currente, vel valorem eorundem in alia pecunia pro quolibet computando, solvendum hereditarie Martini hyemalis, et pro primo solutionis termino a Martini hyemalis proxime futuro ultra annum de et ex domo quadam, area, horreo, orto, dictis Ten Cruysschot, ac duobus pratis sibi coadiacentibus, dictorum venditorum, sitis in parochia de Stiphout, inter quedam bona feodalia eorundem venditorum ibidem situata, ex uno et inter hereditatem spectantem ad abbatem seu monasterium de Floreff et quorundam aliorum ibidem ex alio, tendentibus ab hereditate Godefridi dicti Smeets ad dicta bona feodalia eorundem venditorum; item adhuc de et ex quibuscumque aliis peciis et hereditatibus dictorum venditorum ibidem situatis, et ad dictam domum Ten Cruysschot spectantibus; insuper ex quodam molendino venti, sito in dicta parochia, atque ex iure molitionis et aliis iuribus eiusdem molendini, singulis et universis, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censibus fundi ex premissis annuatim prius e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod iidem venditores dictum censum redimere et acquitare poterunt perpetue cum et mediante centum consimilibus novis florenis, in valore et moneta superius specificata, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, si que protunc restiterint solvende de censu predicto, cum conditione consueta.
Testes Brecht et Raess., datum XII$^{a}$ augusti.

R1271, fol. 428r
*deze akte is onvolledig (in de marge* vacat*)*

Lambertus dictus van den Hoevel, filius quondam Lamberti, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, et ipsa Aleidis, cum eodem Lamberto, suo marito, tamquam cum suo tutore, domum et aream, sitam in Buscoducis, in vico dicto die Huls, inter hereditatem quondam Willelmi dicti Sartoris ex uno et inter hereditatem Henrici dicti Croke, carnificis, ex alio, quam domum et aream predictas supradicta Aleidis erga Willelmum, filium quondam Theoderici, filii quondam Theoderici dicti die Visscher, filii quondam Willelmi dicti die Visscher, acquisierat, prout in litteris, et que domus et area cum suis attinentiis pronunc sita est ibidem inter hereditatem Theoderici dicti de Mulsen, carnificis, ex

[85] *onder de akte fol. 408r, d.d. 21 oktober 1504*: Iidem Willelmus et Gerardus XXI$^{a}$ octobris anno tertio dictas ambas litteras desuper expeditas reportarunt et cancellarunt ac voluerunt sic dictum contractum cassatum et cancellatum esse.

uno et inter hereditatem conventus Cruciferorum in Buscoducis ex alio, tendentes a communi vico retrorsum ad quoddam fossatum, dictum den Mortelgrave, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Anthonio, filio quondam Petri dicti Lu, carnifici, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere. Promisit insuper sub obligatione premissa in casu quo infra spacium quatuor annorum proxime futurorum inventum fuerit via iuris de et ex premissis plus fore solvendum et ex parte dicti Willelmi, filii quondam Theoderici die Visscher, quam onera infrascripta, videlicet census fundi domino nostro duci, hereditarius census decem et septem solidorum communis pagamenti Johanni Reyners, carnifici, hereditarius census quinque librarum monete Gerardo dicto Musch, atque hereditarius census quatuor librarum eiusdem monete certis pauperibus in Buscoducis, annuatim exinde e iure solvendis, hoc plus deponent et deponere poterunt, dando videlicet pro denario sic plus invento sedecim consimiles denarios etc.

R1271, fol. 428r-428v
12 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Lambertus dictus van den Hoevel, filius quondam Lamberti, tamquam maritus legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, et ipsa Aleidis, cum eodem Lamberto, suo marito, tamquam cum suo tutore, domum et aream, sitam in Buscoducis, in vico dicto die Huls, inter hereditatem quondam Willelmi, sartoris, ex uno et inter hereditatem Henrici dicti Croke, carnificis, ex alio, quam domum et aream predictam supradicta Aleidis erga Willemum, filium quondam Theoderici, filii quondam Theoderici dicti die Visscher, filii quondam Willelmi dicti die Visscher, acquisierat, prout in litteris, et que domus et area cum suis attinentiis pronunc sita sunt ibidem, inter hereditatem Theoderici dicti de Mulsen, carnificis, ex uno et inter hereditatem conventus Cruciferorum in Buscoducis ex alio, et tendunt a dicto communi vico retrorsum ad quoddam fossatum, dictum den Mortelgrave, ut dicebat, simul cum dictis litteris aliis et iure, dederunt ad hereditarium censum Anthonio, filio quondam Petri Lu, carnifici, ab eodem Anthonio iure hereditario habendum et possidendum pro antiquis oneribus, videlicet censu fundi domino nostro duci, hereditario censu decem et septem solidorum communis pagamenti Johanni Reynerss., carnifici, hereditario censu quinque librarum monete Gerardo dicto Musch, atque hereditario censu quatuor librarum eiusdem monete certis pauperibus in Buscoducis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, dandis et solvendis ab alio termino et loco ad hoc debitis et consuetis, atque pro hereditario censu quatuor librarum monete predicte dando et solvendo notanter domino Willelmo de Dommelen, presbitero, ab Anthonio predicto anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et pro primo solutionis termino Nativitatis Bapiste proxime futuro de et ex premissis, promittentes super omnia et habenda ratam servare, alias obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere, Promiserunt insuper sub obligatione premissa in casu quo inventum fuerit via iuris infra spacium quatuor annorum proxime futuorum et non ultra, de et ex premissis plus fore solvendum ex parte vero dicti Willelmi, filii quondam Theoderici die Visscher, quam onera prescripta, quod ipsi Lambertus et Aleidis hoc plus prefato Anthonio penitus deponent et deponere poterunt, dando videlicet pro quolibet denario sic plus iuridice invento sedecim consimiles denarios, absque dolo. Quo facto dictus Anthonius repromisit ut debitor principalis se daturum et soluturum dicto domino Willelmo dictum hereditarium censum quatuor librarum monete predicte anno quolibet hereditarie termino solutionis predicto de et ex premissis, atque quod ipsi supradicta antiqua onera festo Nativitatis beati Johannis Baptiste ultimo pretito, secluso, ab eodem festo et exnunc deinceps de et ex premissis absque

dampnis dictorum Lamberti et Aleydis, sue uxoris, dabit et dare tenebitur, absque contradictione, cum conditione consueta.
Testes Raessen et Berkel, datum XII[a] augusti.

R1271, fol. 428v
12 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Et poterit dictus Anthonius dictum censum quatuor librarum redimere perpetue, quamlibet videlicet huiusmodi librarum cum septem peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia secundum modernam valuationem pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus dominus Willelmus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Anthonio repromisit, hoc tamen salvo quod idem Anthonius huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato domino Willelmo legitime preintimabit, et qua preintimatione facta, casu quo idem Anthonius huiusmodi redemptionem non perfecerit, quod extunc de cetero eadem redemptione erit privatus, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 428v
12 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Anthonius, filius quondam Petri Lu, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Henrici Costkens, ab eodem quondam Henrico et quondam Geertrude, sua uxore, filia quondam Willelmi Snackart, pariter genite, hereditarium censum sex aureorum florenorum, overlens Rynsgulden communiter vocatorum, XX[ti] stuvers vel valorem in alia pagamento pro quolibet computando, solvendum hereditarie Pasche, ex domo, area et orto domini Rumoldi Zavelberchs, presbiteri, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Peperstraet, inter hereditatem Arnoldi de Vucht ex uno et inter hereditatem altaris sancti Judoci superioris, siti in ecclesia sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, ex alio, quem censum predictum dicta Gertrudis, filia quondam Willelmi Snackart erga dictum dominum Rumoldum emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit dicto domino Willelmo de Dommelen, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Elisabeth, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Geertrudis ac suorum heredum deponere, cum conditione consueta.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 429r-430r
14 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Johannes, filius quondam Arnoldi, filii quondam Demari dicti De Venrode, et Hermannus, filius quondam Hermanni dicti van den Akar Jacopssoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Ulendis, sue uxoris, filie dicti quondam Arnoldi, domum, aream et ortum ac peciam terre sibi coadiacentem, partim terre arabilis et partim terre pascualis, sitos in parochia de Essche, inter hereditatem Mechteldis, filie quondam Arnoldi dicti Beys, ex uno et inter communem plateam ex alio; insuper piscatoriam, dictam tWymmelsche Geweer, cum suis iuribus et attinentiis, sitam in parochia de Essche, in aqua dicta die Aa ibidem, quos domum, aream et ortum ac peciam terre predictas atque certas diversas partes seu medietatem

dicte piscatorie unacum pactione duorum modiorum siliginis, prius exinde solvenda et depost redempta, dictus Arnoldus, filius Demari de Venrode, erga Godefridum dictum van den Broeck, filium quondam Godefridi van den Broeck, et idem Arnoldus reliquam medietatem dicte piscatorie cum suis attinentiis erga Heilwigem, filiam quondam Johannis van den Berge, acquisierat; item adhuc quendam agrum terre, novem lopinatas terre vel circiter continentem, situm in parochia de Essche predicta, ad locum dictum dat Overste Eynde, inter hereditatem Godefridi van den Broeck ex uno et inter hereditatem Petri de Goburdingen et Godefridi predicti ex alio, quem agrum terre predictum dictus Arnoldus,unacum pecia pascue infrascripta erga dictam Heilwigem acquisierat; insuper peciam prati, dictam die Zwertgrave, sitam in parochia de Essche, inter aquam dictam die Aa, ex uno et uno fine et inter hereditatem Arnoldi Demars ex alio, quam peciam prati iamdictam dictus Arnoldus Demars erga Amelium dictum die Rode, filium quondam Amelii dicti die Rode, maritum et tutorem legitimum Margarete, sue uxoris, filie quondam cuiusdam dicti Gelden, emendo acquisierat; item particulam prati, siti in eadem parochia de Essche, ad dictum locum, die Zwartgrave vocatum, inter hereditatem dicti Arnoldi, filii Demari de Venrode, ex uno et inter aquam, die Aa vocatam, ex alio et uno fine, quam particulam prati iamdictam dictus Arnoldus erga Jacobum dictum van den Aker, filium quondam Jacobi dicti van den Akar, emendo acquisierat; item medietatem cuiusdam campi, dicti die Zwartgrave, duas diurnatas feni vel circiter continentis, siti in dicta parochia de Essche, inter hereditatem Amelii dicti die Rode et Jacobi, filii quondam Jacobi dicti van den Akar, ex uno et inter hereditatem Katherine, relicte quodam dicti Jacobi van den Akar, et Wolteri dicti van den Aker ex alio, et que medietas campi iamdicti dictus Arnoldus erga Arnoldum, filium quondam Arnoldi, filii quondam Ghiselberti dicti Arntss., et Ghiselbertum, filium quondam Arnoldi dicti Quap, maritum et tutorem legitimum Mechteldis, sue uxoris, filie dicti quondam Arnoldi, filii quondam Ghiselberti, emendo acquisierat; item adhuc medietatem cuiusdam prati, die Zwertgrave vocati, siti ibidem, inter hereditatem Jacobi senioris, filii quondam Jacobi dicti van den Akar, ex uno et inter hereditatem Katherine, relicte quondam Jacobi dicti van den Akar, et eius liberorum, et Wolteri dicti van den Akar ex alio, et cum iure viandi ad primissa e iure spectante, quam medietatem iamdictam dictus Arnoldus, unacum quarta parte pecie prati, octo diurnatarum vel circiter, infrascripta erga Margaretam, filiam quondam Henrici, filii quondam Rutgeri dicti Buerincs, acquisierat, prout hec omnia in diversis litteris continentur, et qui domus, area, ortus, pecia terre sibi coadiacens, ager terre novem lopinatarum vel circiter, pecia prati, dicta die Zwertgrave, particula prati, medietas dicti campi, dicti die Zwartgrave, ac ultimodicta medietas prati predicti, pronunc sibi mutuo sunt coadiacentes et siti sunt ibidem, inter hereditatem domicelle Katherine, relicte quondam Henrici Ghysselen, et eius liberorum et Johannis Laureynss. ex uno et inter hereditatem Pauli, filii quondam Jacobi van den Akar ex alio, et tendunt a communi platea ad quoddam pratum, dictum die Zwymmel, ad aquam dictam die Aa, et ad hereditatem Adriane, relicte quondam Arnoldi van den Venne; item dictam peciam pascue, duos pastus, dictos scharen, vel circiter continentem, sitam in parochia de Haren, ad locum dictum die Rundonck, inter hereditatem heredum quondam Godefridi dicti Vos ex uno et inter hereditatem Pauli van den Nuwenhuys ex alio, et alias inter communitatem, et que pecia pascue iamdicta pronunc sita est ibidem inter hereditatem dicte domicelle Katherine et eius liberorum ex uno et uno fine et inter hereditatem Lamberti van den Hezeacker ex alio, et tendit ad communitatem, dictam die Zitart, cum reliquo fine; item dictam quartam partem pecie prati, octo diurnatas vel circiter continentem, dicti die Zwymmel, inter aquam, dictam die Aa, ex uno et inter hereditatem olim Henrici dicti Snavel et Wolteri dicti van den Akar, nunc vero dicte domicelle Katherine Ghysselen ex alio, et tendit a dicto prato, die Zwartgrave vocato, ad hereditatem heredum quondam Arnoldi Ghyben; item adhuc peciam prati, tres diurnatas prati vel circiter continentem, sitam in parochia de Essche predicta, in loco dicto In den Peynser, inter

hereditatem Pauli, filii quondam Jacobi Pouwelss., ex uno et inter hereditatem Danckolfi Michielss. et quorundam aliorum ex alio, quam peciam prati iamdictam Arnoldus, filius Demari de Venrode erga Godefridum van den Broeck, filium quondam Godefridi van den Broeck, emendo acquisierat, et que pecia prati iamdicta pronunc sita est ibidem inter hereditatem Hermanni van den Akar et Pauli Jacopss. ex uno et inter dictam aquam, die Aa vocatam, ex alio, et tendit ab hereditate Johannis Meynarts ad quoddam pratum, dictum den Endenbeempt; item peciam prati, sitam in parochia de Haren, ad locum dictum Belver, inter hereditatem heredum quondam Henrici Berwout ex uno et inter locum, dictum die Aude Aa, ex alio, quam peciam prati iamdictam dictus Arnoldus, filius quondam Demari, unacum pactione duodecim lopinorum siliginis, prius exinde solvenda et depost redempta, erga Heilwigem, filiam quondam Johannis van den Berge, filii naturalis quondam domini Eligii dicti Loy van den Berge, presbiteri, acquisierat, et que pecia prati iamdicta sita est pronunc ibidem inter hereditatem dicte domicelle Katherine et et eius liberorum ex uno et inter quendam aqueductum, dictum die Ley, ex alio, et tendit a dicta aqua, die Aa vocata, ad hereditatem Lamberti van den Hezeacker; item terciam partem, olim ad Willelmum Brocken, dehinc ad Nycolaum, eius filium, et depost ad dictum Arnoldum Demars spectantem, in tercia parte in quodam prato, dicto tGemeyn Venne, videlicet in illa tercia parte que sita est olim iuxta hereditatem Henrici dicti Storymans, nunc vero Petri, eius filii, ex uno et inter terciam partem eiusdem prati, olim ad Wolterum dictum Claessoen, nunc vero ad Adrianum Henricxs., multorem, spectantem, ex alio, tendentem a dicto aqueductu, die Ley vocato, ad communitatem seu mericam ibidem, quam terciam partem iamprimodictam dictus Arnoldus erga dictum Nycolaum, filium quondam Wolteri Brocken, maritum et tutorem legitimum Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Willelmi Woutgers, acquisierat, prout hec omnia eciam in diversis litteris continentur, quemadmodum et prout premissa cum suis iuribus et attinentiis ibidem sita sunt ad dictum quondam Arnoldum Demars spectare consueverant, et idem in eisdem decessit, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Petro die Borchgreve, filio quondam Petri, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis oneribus infrascriptis, videlicet hereditario censu decem librarum monete Jacobo van den Merendonck, hereditario censu unius libre eiusdem monete capitulo in Buscoducis, item septem et dimidio stuferis census fundi domino duci, item duobus et dimidio stuferis abbati Epternacensi, item terria parte unius libre pagamenti conventui Cruciferorum in Buscoducis, item duobus et dimidio stuferis pro feno decimali investiture de Essche, item una quarta vini fabrice ecclesie de Essche, item duobus sextariis siliginis hereditarie pactionis altari sancti Spiritus in eadem ecclesia de Essche, item uno modio siliginis hereditarie pactionis cuidam Arnoldo Hermans, commoranti in Buscoducis, atque hereditaria pactione quinque modiorum et duorum sextariorum siliginis Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, annuatim ex predictis hereditatibus e iure solvendis, ut dicebat, hoc salvo quod dicta Mensa solventi ultimodictam pactionem annuatim reddere tenebitur quatuor stuferos, item adhuc exceptis dimidio stufero domino duci, atque una blancka dicte investiture ex dicta piscatoria, eciam annuatim e iure solvendis, exceptis inquam onere conservandi unam virgatam aggeris ibidem pro una medietate cum dimidio capite pontis ibidem, dicto metten halven hoefde van den bruggen, necnon unam et dimidiam pedatas eiusdem pontis, simul aliis vicinis ibidem, atque onere adhuc conservandi septem vel octo virgatas, dictas royen, aggeris, sitas infra locum dictum die Stappe, et domum Martini de Elmpt, ut dicebat.
Testes Raessen et Berkel, datum XIIII[ta] augusti.

R1271, fol. 430r
14 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Dicti Johannes et Hermannus promiserunt indivisi super omnia et habenda dicto Petro quod ipsi quecumque onera seu arrestadia ex premissis hereditatibus et bonis annuatim e iure solvenda de quibuscumque terminis retroactis, videlicet usque festum Pasche proxime futuro inclusive, sic et taliter dabit et solvet ac dare et solvere tenebitur quod dicto Petro ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes interfuerunt scabini in Buscoducis Raessen et Berkel, datum decima quarta die mensis angusti.

R1271, fol. 430r-430v
14 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Dictus Petrus promisit super omnia et habenda dictis Johanni et Hermanno sommam vero quingentorum ac triginta novem florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia iam currente pro quolibet computando, atque duodecim et dimidii consimilium florenorum, persolvendam vero modo infrascripto, videlicet de dicta somma per quindenam ante Purificationis proxime futuro, totidem denarios, dictos hootpenningen, cum quibus redimi poterit huiusmodi census hereditarius triginta duorum florenorum Renensium, quem Mechteldis, relicta quondam Johannis Keymp, ex bonis Arnoldi Demars solvendum habet, necnon adhuc de eadem somma per quindenam ante festum Pasche proxime futuro, totidem denarios dictos hoetpenningen, cum quibus redimi poterit huiusmodi hereditarus census quatuor florenorum Renensium, quem Henricus dictus Stapparts, tinctor, ex bonis Arnoldi Demars predicti annuatim solvendum habet, atque residuum dicte somme Nativitatis Baptiste proxime futuro, et quod iidem Johannes et Hermannus supradictos denarios, hoetpenningen vocatos, temporibus predictis ulterius convertent in redemptionem censuum predictorum et alias non, atque eisdem temporibus eosdem census rediment ac tantum facient quod littere scabinales de dictis censibus mentionantes cassantur et cassate dicto Petro deliberantur et tradantur, absque dolo, prout iidem Johannes et Hermannus hoc palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda et habenda (*sic*) dicto Petro repromiserunt.
Testes Raess. et Berkel, datum XIIII$^{ta}$ augusti.

R1271, fol. 430v
17 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Daniel dictus de Vlyerden, filius quondam Danielis de Vlyerden, ab eodem et quondam Elisabeth, sua uxore, filia naturali quondam Willelmi de Petershem, canonici Oirscottensis, pariter genitus, quatuor lopinos bone et dative siliginis hereditarie pactionis mensure de Oirscot, quos Johannes, filius Henrici dicti Oemensoen, promiserat se daturum et soluturum Johanni, filio quondam Danielis de Vlyerden, ad opus dicte Elisabeth, anno quolibet hereditarie Purificationis ex domo, orto ac hereditatibus sibi adiacentibus, sitis ad locum dictum Hedel, in parochia de Oirscot, inter hereditatem liberorum quondam Willelmi van Kreyelt ex uno et inter hereditatem dicti Danielis ex alio; item ex pecia prati, sita in dicta parochia; item ex pecia pascue, dicta Eeussel, sita in dicta parochia; insuper viginti lopinos siliginis hereditarie pactionis dicte mensure, solvendos hereditarie Purificationis ex pecia terre, sita ad locum dictum Hedel, in dicta parochia, inter hereditatem liberorum Danielis de Vlyerden ex uno et uno fine; item ex pecia prati, siti ad locum dictum Hedel; item ex pecia pascue, dicta Eeussel, sita in parochia et pastoria predictis, quos quatuor et viginti lopinos siliginis hereditarie pactionis predicte supradicta Elisabeth, filia naturalis quondam domini

Willelmi predicti, prefato Danieli, suo filio, nomine dotis et in subsidium matrimonii hereditarie supportaverant, prout in litteris, hereditarie supportavit domino Martino Vlemyncx, presbitero, tamquam executori testamenti ac ultime voluntatis quondam domini Willelmi Arntss. de Leende, decani dum viveret ecclesie Oirscottensis, ad opus executionis eiusdem, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Raessen et Berkel, datum XVII[a] augusti.

R1271, fol. 430v
17 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum sexaginta quatuor peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptionem aureos florenos Renenses pro XX[ti] octo stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus dominus Martinus, tamquam executor testamenti predicti, hoc hoc (*sic*) palam recognovit et sub obligatione omnium bonorum dicte executionis prefato Danieli repromisit, hoc tamen salvo quod idem Daniel huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni dicto executori legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 430v-431r
18 augustus 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum Johannes de Turnout, filius quondam Wolteri Coppens, pelliparius, hereditarie vendidisset Anthonie, filie quondam Danielis Ansems, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Domini ex domo seu camera cum suo fundo, sita in Buscoducis, in viculo dicto die Gasthuysstraet, quo itur a vico ecclesie versus vicum Hynthamensem, inter hereditatem Maioris Hospitalis in Buscoducis ex uno et inter hereditatem Henrici die Cremer ex alio, prout in litteris, et cum deinde dicta Anthonia, dicta communiter de Breelair de Vechel, begina dum vixerat Curie Maioris Beginarum opidi Busciducensis, condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem declarans, inter cetera inibi contenta legasset Agneti, sue sorori legitime, pure propter Deum unam libram hereditarii census de dicto censu quatuor librarum, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, constituta igitur coram scabinis infrascriptis iamdicta Agnes, cum tutore, dictam unam libram hereditarii census, sibi ut premittitur legatam, hereditarie supportavit michi ad opus Wolteri dicti van der Rullen Henricxs., simul cum dictis litteris, instrumento et iure, occasione promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte Anthonie, sue sororis, ac suorum heredum deponere.
Testes Miillinc et Borchgreve, datum XVIII[a] augusti.

R1271, fol. 431r
19 augustus 1503
Jan Heym en Lambert Millinck

Notum sit universis quod cum Gerardus, filius quondam Johannis Mathijssoen van Vladeracken, promisisset ut debitor principalis super omnia et habenda et habenda (*sic*) se

daturum et soluturum Gerardo, filio quondam Mathie, filii quondam Mathie sRademeckers, et Elisabeth, sue filie, ad spacium trium annorum Nativitatis Baptiste eotunc proxime futuro, sine medio sequente quolibet dictorum annorum, tredecim libras monete Nativitatis Baptiste, et in ultimo termino dictorum annorum nonaginta unum peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, prout in litteris, constituta igitur coram scabinis infrascriptis dicta Elisabeth tredecim libras monete et nonaginta unum peters predictos de premissis legitime supportavit Lamberto van den Hezeacker, simul cum dictis litteris et iuribus.
Testes Heym et Millinc, datum XIX[a] augusti.

R1271, fol. 431r
19 augustus 1503
Jan Heym en Lambert Millinck

Dictus Lambertus promisit super omnia et habenda dicte Elisabeth tredecim libras monete et nonaginta unum peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, Nativitatis Johannis Baptiste proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 431r
21 augustus 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Godefridus, filius quondam Johannis de Loeven, pellifex, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elsbene, sue uxoris, filie quondam Theoderici Duysschen, ab eodem et quondam Mechtelde, sua uxore, pariter genite, super quibuscumque bonis, mobilibus et immobilibus, hereditariis atque paratis, que dicte Elsbene per et post mortem dictorum Theoderici et quondam Mechteldis, coniugum dum vixerant, iure successionis hereditarie advoluta sunt, quocumque locorum infra parochia de Zoemeren consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, atque super toto iure sibi ac dicte sue uxori quovismodo compentente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, ad opus Gerardi, filii quondam Johannis dicti sBrouwers, tamquam mariti et tutoris legitimi Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Theoderici et Mechteldis predictorum, hereditarie renunciavit effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris deponere.
Testes Brecht et Millinc, datum XXI[a] augusti.

R1271, fol. 431v
23 augustus 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Eerenbertus, filius quondam Wellini Erenberts, et Petrus, eius filius, promiserunt indivisi super omnia et habenda se daturos et soluturos Petro, filio quondam Wolteri dicti sHeren ad spacium sex annorum Nativitatis Domini proxime futuro sine medio sequente quolibet dictorum annorum sedecim florenos Renenses, XX[ti] stuvers vel valorem in alia pecunia pro quolibet computando, Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum, et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante, occasione locationis duorum camporum terre sibi mutuo finaliter coadiacentium, quatuor iugera terre vel circiter pariter continentium, sitorum in loco, dicto In de Akensche Hoeven, ut dicebat, tali annexa conditione quod dicti Erenbertus et Petrus, fratres, quascumque circumspectiones, dictas veechscouwen, ad dictos duos campos terre interim e

iure conservandos, absque dampnis dicti Petri, filii quondam Wolteri, custodient et conservabunt ac custodire et conservare tenebuntur, absque dolo.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXIII[a] augusti.

R1271, fol. 431v
23 augustus 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Theodericus dictus Clinge, filius quondam Johannis Clinge, promisit super omnia et habenda Arnoldo, filio quondam Johannis dicti van den Heysenvelt, unum aureum florenum, gouden overlens Rynsgulden communiter vocatum, iusti ponderis, vel XX octo novos stuvers per archiducem Philippum noviter monetatos, vel valorem eorundem in alia bona et equivalenti pecunia valuata secundum eandem valuationem pro eodem aureo floreno computando, necnon terciam partem unius consimilis aurei floreni, Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro, atque viginti unum consimiles aureos florenos ac terciam partem unius huiusmodi floreni a Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes Millinc et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 431v-432v
23 augustus 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Jacob van Doerne Willemssoen., als procureur ende in den name Jans die Bever Roelofszoen, als hy seeghden, een hoeve des voirs. Jans, met allen haeren rechten ende toebehoirten, gelegen tot Beeck bij Aerle, zoe die aldair gelegen is, ende den voirs. Jannen toebehoirt, heeft hij verpacht ter laetscappen Mathyssen zoen Peters, geheiten sHoots, tot een spacie van twelf jaeren, den hoichtyde van Pinxten naestcomende sonder myddelt naest een volgende, dats te wetene voir ende omme sestien mudden roggen ende acht mudden garsten der maten van Helmont, te geven ende te betalen den voirs. Jannen die Bever van den voirs. Mathyssen elcx jairs van den voirs. jaeren in den hoichtyde van Lichtmisse, ende voir den iersten termyn van betalingen van Lichtmisse naestcomende over een jaer, ende zoe voirtaen die voirs. jaeren geduerende, hier inne voirsiene dat Mathijs, pechter voirs., gestaen zall int ierste jaer der voirs. jaeren ende int jaer van zijnen afsceyden gestaen sal metten halven scharen die aldair wesen zullen, ende die welke half scharen die selver Mathijs den voirs. Jannnen sal laten volgen ende sculdich wesen te leveren; item noch voir ende omme achtien quarten boeteren, sess capuyn, thien smaelhoender ende vier steen vlasss, ter hekelens toe bereyt, te geven ende te betalen den voirs. Jannen alle jaer der voirs. jaeren ten gewoentlycken termynen, geloevende die voirs. Jacob, als procureur ende in den name des voirs. Jans die Bever, op verbyntenisse van zijnen gueden als dat hij in den name des voirs. Jans dese voirs. pachtinge te laetscappen den voirs. Mathijssen vast ende stedich sall houden op die conditie hier nae volgende, te weten in den iersten is vorwarde als dat die voirs. Mathijs den voirs. tyt van jaeren geduerende tot gewoentlicken termynen sal betalen die grontchynsen uuyter hoeven voirs. gaende, item voirts es vorwarde dat alle viervoetige beesten dye men opter hoeven voirs. heeft ende vervueden sal, sullen wesen half ende half, uutgenonem twe verken die de voirs. Mathijs tot hemwairt alleen sal moigen houden, ende oft hy meer verken dair op hielt, zoe zullen die meer wesen half ende halff, item die voirs. Jan sal alle iaer ten scaertyde uuyter koyen der scapen, opte voirs. hoeven wesende, moigen kyesen twee van den besten hamelen metter vollen, item noch es vorwarde dat Mathijs voirs. alle jaer sal decken opte huysinge der hoeven voirs. seven vymmen stroes, dair af Mathijs den decker veperen sal ende den montcost geven, ende Jan voirs. den selven decker die dachueren loonen, insgelycx, oft men

opte voirs. hoeve bynnen den tyde voirs. yet tymmerden, dair af sall Jan voirs. stof besorgen ende den tymmerman betalen, ende die voirs. Mathijs den montcost geven als voir, item noch es vorwarde dat Mathijs voirs. met zijnen brueders ende zwagers die huysinge metten stalle by de voirs. hoeve staende altijt alst hen belieft bynnen den tyde voirs. sullen moigen gebruycken tot hoeren scoensten ende wille, ende dat gebruyckende sal Mathijs voirs. den voirs. Jannen, zijnen brueders ende zwagers den tyde dat se dair weren, doen houden ende weyen een goede melckkoe, dair af dieselver Jan zyn brueders oft suster tprouffyt hebben zullen, item noch es vorwarde dat Mathijs voirs. alle jaere oft hem belieft voir hem selven sal moigen in die sporye meesten een rundt van zijns selfs beesten, item oick es vorwarde dat dese voirs. verpachtinge exspireren sal ten halven tyde oft ennige van hen beliefden, bij alsoe dat zij deen den anderen dat goets tyts te voerens op zullen seggen, item noch es vorwarde dat die selve Mathijs geen ander lant dan totter hoeven voirs. behoerende nyet en sal moigen toelen, noch oick egeen beesten en sal mogen verthieren oft vercopen oft afdoen sonder consent Jans voirs.; ende naegaende desen vorwarden voirs., soe heeft geloeft die voirs. Mathijs als sculder principael op hem ende allen zijn gueden, nu hebbende ende naemaels vercrigende, te geven ende te betalen den voirs. Jannen die voirs. sestien mudden roggen ende acht mudden garsten alle jair ten tyde ende termyne voirs. ende aen Leecker bruggen, opt water aldair te leveren, ende dat die voirs. Mathijs voirts betalen sal die voirs. boeter, capuyn, hoender ende vlass alle jair der voirs. jaeren ten gewoentlycken termynen als voirs. is, geloevende voirts die voirs. Jacob in den name Jans die Bever voirs. ende die voirs. Mathijs opte verbyntenisse voirs., die voirs. vorwarden ende condicien malcanderen vast te houden, getrouwelic te doen ende met werck te volbrengen sonder argelist.
Testes Millinc et Borchgreve, datum XXIII[a] augusti.

R1271, fol. 432v
26 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum Willelmus de Elsen, filius quondam Johannis, pistor, promisisset ut debitor principalis se daturum et soluturum Godefrido Zweders, filio quondam Arnoldi alias Hacken, hereditarium censum sexaginta sex librarum monete anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste ex domo et area, sita in Buscoducis, in vico Hynthamensi, ultra pontem dictum die Zwengelbrugge, inter hereditatem quondam Johannis Goyartss. ex uno et inter hereditatem Willelmi de Mairlair, sutoris, ex alio, necnon ex particula hereditatis, sita ibidem, ultra aquam ibidem fluentem, inter hereditatem heredum quondam Bartholomei de Merlair et hereditatem cuiusdam Hospitalis, dicti Koytgasthuys, ex uno et inter aquam ibidem fluentem ex alio, simul et ex attinentiis domus, aree et particule hereditatum predictarum, singulis et universis, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Godefridus Zweders sedecim libras hereditarii census de dicto censu hereditario sexaginta sex librarum monete predicte hereditarie supportavit Willelmo de Elsen predicto, simul cum dictis litteris et iuribus, occasione promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum XXVI[ta] augusti.

R1271, fol. 432v
*deze akte is onvolledig*

Notum sit universis quod cum Henricus Bloyman, maritus et tutor legitimus Katherine, sue uxoris, filie quondam Henrici de Aerle, duas.

R1271, fol. 432v-433r
26 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Johannes Bloyman, filius quondam Henrici Bloymans, ab eodem quondam Henrico et quondam Katherina, sua uxore, filia quondam Henrici de Aerle, pariter genitus, unam quartam ad ipsum, ut dicebat, spectantem in medietate hereditarii census octo librarum, sex solidorum et octo denariorum monete, quem censum Matheus dictus Posteel iunior, filius quondam Henrici dicti Posteel, promiserat se daturum et soluturum Theoderico dicto van Zonne, filio quondam Willelmi van Zonne, filii quondam Amelii de Bardwyc, anno quolibet hereditarie Baptiste ex domo et area, olim dicti quondam Amelii, sitis in Buscoducis, in vico Vuchtensi, inter hereditatem quondam Laurencii Kersmaker ex uno et inter hereditatem quondam Johannis dicti Huge, depost Gibonis, filii quondam Johannis Everitss. van Hyntham, ex alio, atque ex domo et eius area dicti quondam Amelii, sitis in Buscoducis in vico tendente a vico Vuchtensi versus pontem, dictum Heylluykens brugge, inter hereditatem Laurencii Kersmaker predicti ex uno et inter hereditatem quondam Willelmi van Nederynen, depost ad Willelmum dictum Waypoel spectantem ex alio, prout in litteris, et de qua medietate census predicti Henricus Bloyman, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Katherine, sue uxoris, et Wolterus de Aerle, filius quondam Henrici, duas quartas partes ad ipsos spectantes Johanni de Aerle, filio dicti quondam Henrici de Aerle, dudum hereditarie supportaverant, prout in aliis litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Henrici necnon Mechteldis et Vlendis, eorum sororis, liberorum quondam Henrici de Aerle, filii dicti quondam Johannis de Aerle, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 433r
26 augustus 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Dominus Johannes, filius quondam Arnoldi, filii quondam Henrici Aussemss., presbiter, hereditarie vendidit Symoni, filio quondam Wolteri dicti die Velkeneer, spintrifici, tamquam magistro et rectori pro tempore Hospitalis Pauperum Mulierum fundationis quondam Coenrardi de Driel, siti in Buscoducis, in vico Orthensi, contigue retro capellam beati Eligii ibidem, necnon magistro Arnoldo van der Cluyten et Gerardo, filio quondam Henrici Geritss. Nastelmeker, tamquam magistris et rectoribus pro tempore Hospitalis Pauperum Virorum fundationis quondam Arnoldi dicti van den Aven, siti ibidem in oppositum capelle predicte, ad opus fabrice eiusdem capelle, necnon ad opus dictorum hospitalium, hereditarium censum sex et dimidium florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente et secundum modernam valuationem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Bartholomei apostoli de et ex duabus domibus anterioribus, areis, ortis et una domo posteriori et suis attinentiis, dicti venditoris, sitis in Buscoducis, ad vicum dictum Aen de Alde Dyese, inter hereditatem magistri Henrici de Boert ex uno et inter quendam viculum ibidem protensum Arnoldi dicti Jordens ex alio, tendentibus dicto vico communi ultra Dyesam usque ad hereditatem dicti magistri Henrici de Boert, ut dicebat, ab eisdem fabrica et hospitalibus, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad unum grossum antiquum ascendente, hereditario censu quinque stuferorum et unius oirtkini ex dicta domo et area, contigue iuxta dictam hereditatem dicti magistri Henrici sita, necnon censu fundi ad unum grossum antiquum taxato, atque hereditario censu novem librarum communis pagamenti ex dicta reliqua domo et area, iuxta

dictum viculum situata, diversis personis prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod dictus dominus Johannes dictum censum redimere et acquitare poterit perpetue simul unapariter cum et mediante centum consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestdiis, prout dicti Symon, magister Arnoldus et Gerardus, nomine et ex parte fabrice capelle et hospitalium predictarum, hoc palam recognoverunt et dicto domino Johanni consentierunt.
Testes Raess. et Millinc, datum supra.

R1271, fol. 433r-433v
26 augustus 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Henricus, filius quondam Johannis Dircxsoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, filie quondam Theoderici van den Hoevel, hereditarie vendidit domino Theoderico Kyemt, presbitero, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Egidii abbatis et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditatibus, partim arabilibus et partim pascualibus sibi mutuo adiacentibus, pariter tria iugera terre vel circiter continentibus, dicti venditoris, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum die Dungen, ad locum dictum Aen de Poeldonck, inter hereditatem Ermgardis, relicte quondam Rodolphi Peterss., ex uno et inter hereditatem Connegondis, relicte quondam Johannis Jacopss., et eius liberorum ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem conventus Carthusiensis in Vucht, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepta hereditaria pactione unius modii siliginis mensure de Buscoducis Petro Engbertss., commoranti supra Dungen, prius annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat, et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes Raess. et Millinc, datum XXVI$^{ta}$ augusti.

R1271, fol. 433v
*deze akte is onvolledig*

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum et mediante triginta quatuor florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione stuferos monete, olim ducis Philippi aut Karoli, ducum dum vixerant Bourgondie, Brabantie, etc., dictos Philippus ende Karolus stuvers, quoad summam viginti quinque dictorum florenorum, necnon denarios, dictos dobbel vueryseren, quoad summam decem florenorum.

R1271, fol. 433v
26 augustus 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Et poterit redimere perpetue simul unapariter cum triginta quinque florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione stuferos monete olim ducum Philippi aut Karoli, eius filii, ducum, dum vixerant, Bourgoindie, Brabancie etc., quemlibet videlicet pro brasdenario, dictos philippus oft karolus stuvers, te weten elcken voir braspenninck, quoad summam viginti quinque dictorum florenorum, atque denarios, dictos dobbel vueryseren, quemlibet videlicet pro tribus blanccis, quoad summam decem eorundem florenorum, et nullam aliam monetam seu pecuniam, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.

Testes, datum supra.

R1271, fol. 433v
26 augustus 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Henricus, filius quondam Johannis Dircxs., commorans supra Dungen, promisit super omnia et habenda Aleydi, filie quondam Godefridi Brouwers, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, tredecim florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuver vel valorem pro quolibet computando, Martini hyemalis proxime futuro persolvendos.
Testes Millinc et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 433v-434r
29 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Petrus, filius quondam Nycolai Bougeri, vitrifex, et Theodericus de Merlair, filius quondam Bartholomei de Merlair, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, filie dicti quondam Nycolai Bougeri, duas tercias partes ad ipsos, ut dicebant, spectantes in quadam hereditate vacua, sita in Buscoducis. in vico dicto Peperstraet, inter hereditatem Nycolai dicti Oghier de Utrecht ex uno et inter vicum, dictum die Putstraet, tendentem a prescripto vico, dicto Peperstraet, versus vicum, dictum Colperstraet, ex alio, tendente a dicto vico, Peperstraet vocato, ad hereditatem Nycolai Oghier predicti, atque in suis fundamentis et muris ibidem, quam hereditatem vacuam cum suis fundamentis et muris predictis dictus Nycolaus Bougeri erga fratrem Jacobum Lisse, priorem conventus Dordracensis, ordinis Fratrum Heremitarum sancti Augustini, dudum acquisierat, ut videtur in quodam instrumento desuper confecto plenius contineri, et que vacua hereditas cum suis fundamentis et muris pronunc una domus, area et ortus esse dinoscuntur et pronunc siti sunt ibidem, inter hereditatem Mechteldis, relicte quondam Ghiselberti Toelinc, ex uno et inter dictum vicum, die Putstraet vocatum, ex alio et tendunt a dicto vico, die Peperstraet vocato, ad hereditatem dicte Mechteldis, prout ibidem sita sunt, ut dicebant, hereditarie supportaverunt Henrico de Merlair, filio dicti quondam Barthlolomei de Merlair, simul cum dicto instrumento, aliis instrumentis, litteris et iure, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicte Mechteldis, filie dicti quondam Nycolai, necnon ex parte eiusdem quondam Nycolai et suorum heredum et successorum in dictis duabus terciis partibus deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa, in casu quo inventum fuerit imposterum via iuris de et ex premissis plus fore solvendum quam census fundi atque hereditarius census decem librarum monete, annuatim exinde e iure solvendum, ut dicebant, quod dicti Petrus et Theodericus hoc plus videlicet eorum quilibet pro una tercia parte prefato Henrico deponent ac portabunt atque deponere et portare tenebuntur eorum alter, absque dolo.
Testes Raess. et Berkel datum XXIX$^{a}$ augusti.

R1271, fol. 434r
31 januari 1504[86]
Lucas van Erp en Gerlach de Roever

[86] *deze datum is gereconstrueerd aan de hand van de vermelde schepenen.*

Elisabeth,[87] relicta dicti quondam Henrici de Merlair, cum tutore, potens ad hoc vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Henrici terciam partem domus, aree et orti predictorum hereditarie supportavit dicto Theoderico de Merlair, simul cum dictis litteris, aliis, instrumento et iuribus occasione, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti Henrici, sui dum vixit mariti, deponere.
Testes Erpe et Roever, datum ultima januarii.

R1271, fol. 434r
29 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Dictus Henricus de Merlair promisit super omnia et habenda dicto Petro, vitrifici, viginti quatuor libras monete, necnon centum et sexaginta octo peters, XIX stuvers vel valorem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, a Nativitatis Baptiste proxime futuro ultra annum persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 434r
5 september 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Dictus Petrus palam recognovit se recepisse a dicto Henrico septem libras monete, necnon quadraginta novem peters de dictis XX$^{ti}$ quatuor libris ac centum et sexaginta octo peters predictis, clamans inde quitum.
Testes Millinc et Berkel, datum quinta septembris.

R1271, fol. 434r
29 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Margareta, filia quondam Pauli dicti Ammeester, lapicide de Straetsborch, cum tutore, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX$^{ti}$ octo, aureum florenum cum cruce sancti Andree, iusti ponderis, pro XX$^{ti}$ novem, novos aureos florenos per archiducem Philippum noviter monetatos, iusti ponderis, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro tribus blanccis, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Petri apostoli ad Cathedram ex duobus mansis sibi immediate coadiacentibus, olim Johannis de Os, dehinc Arnoldi, filii quondam Johannis Arntss., depost Mathie Hoefkens, filii quondam Pauli Hoefkens alias dicti Kepkens, nunc vero Petri, filii quondam Judoci Knoeden, quatuordecim bonaria vel circiter pariter continentibus, sitis in parochia de Roesmalen, ad locum dictum Heze, inter communitatem circumquaque adiacentibus, atque ex terris pratis, pascuis, mericis et lignicrescentibus ceterisque iuribus et attinentiis predictorum mansorum, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus ac reperiendis, quem censum predictum Johannes Bacx ad opus dicte Margarete erga dictum Petrum, filium quondam Judoci dicti Knoeden, tamquam maritum et tutorem legitimum Hillegondis, sue uxoris, filie dicti quondam Mathie, filii quondam Pauli Hoefkens, emendo acquisierat, prout

[87] *in de linkermarge de letter* A.

in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Victoris van der Moelen de Herentals, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens cum tutore super omnia et habenda huiusmodi supportationem et resignationem ratam servare, ac omnes obligationem et impeticionem ex parte sui deponere.
Testes Raessen et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 434r
31 januari 1504[88]
Lucas van Erp en Gerlach de Roever

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra in contractu A signato, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Theodericus van Merlair promisit ut debitor principalis dicte Elisabeth, relicte quondam Henrici de Merlair, quod ipse dabit et solvet eidem Elisabeth hereditarium censum duarum librarum monete anno quolibet hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum de et ex dicta tercia parte domus, aree et orti predictorum. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu atque hereditario censu decem librarum pagamenti ex dictis integris domo, area et orto, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Erpe et Roever, datum ultima januarii.

R1271, fol. 434v
29 augustus 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Andreas, filius quondam Pauli Roelofszoen, braxator, hereditarie vendidit magistro Johanni van der Stegen hereditarium censum quatuor peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX$^{ti}$ octo stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Petri apostoli ad vincula, de et ex domo et area ac quadam camera ac eius funde ibidem retro consistenti, ac vacua hereditate sibi adiacenti, dicti venditoris, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Postelstraet, inter hereditatem Nycolai dicti die Sloetmeker ex uno et fine uno et inter hereditatem Mechteldis, relicte quondam Johannis die Becker et eius filie ex alio, tendentibus cum fine anteriori ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impeticionem deponere, exceptis tribus libris pagamenti hereditarii census conventui Predicatorum, atque quatuor libris pagamenti hereditarii census Sororibus tercie regule sancti Francisci, commorantibus in Buscoducis, ad locum dictum After die Tolbrugge, atque hereditario censu octo petrorum dicto magistro Johanni, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raessen et Berkel, datum XXIX$^{a}$ augusti.

R1271, fol. 434v-435r
30 augustus 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Sorores Agnes Knoeden, priorissa, Elisabeth Aelberts, suppriorissa, et Jutta Sluyters, procuratrix, conventus sororum regularissarum de Bethania, siti in Buscoducis, ad locum

[88] *deze datum is gereconstrueerd aan de hand van de vermelde schepenen*.

dictum Aen den Wyntmoelenberch, in presentia et de expressis consensu et voluntate fratris Arnoldi Voss, earum confessoris, nomine earum et dicti conventus ac quarumcumque sororum eiusdem conventus, presentium et futurarum, cum tutore, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, quam pactionem Johannes die Weyer, filius quondam Johannis die Weyer, promiserat ut debitor principalis domino Sandero Pyeck de Batenborch, presbitero, ad opus Ottonis et Berthe, liberorum legitimorum dicti Sanderi, ab ipso et quondam Katherina, sua dum vixit uxore legitima, pariter genitorum, quod ipse daret et solveret dictis Ottoni et Berthe quoad vixerint ipsi seu alter eorum vixerit in humanis anno quolibet hereditarie mediatim Purificationis et mediatim Nativitatis Baptiste ex domo, area et orto et hereditatibus sibi adiacentibus, pariter quatuor vasatas terre vel circiter continentibus, eiusdem Johannis, sitis in parochia de Os, ad locum dictum Scadewyck by tHagelcruys, inter hereditatem Arnoldi Lemkenss. ex uno et inter communem plateam ex alio; item ex pecia terre, tres vasatas terre vel circiter continente, sita in parochia et loco predictis, inter hereditatem conventus de Zenuen ex uno et inter hereditatem predicti Johannis ex alio; item ex pecia terre, tredecim vasatas terre vel circiter continente, sita in parochia et loco predictis, inter hereditatem liberorum quondam Johannis Vilts ex uno et inter hereditatem primodicti Johannis ex alio, prout in litteris, hereditarie supportaverunt michi ad opus Johannis, filii dicti quondam Johannis, filii quondam Johannis die Weyer, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes cum suo tutore predicto sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum et dicti conventus et ex parte dicte Berthe, sororis professe conventus predicti, ac quarumcumque aliarum sororum eiusdem conventus, presentium et futurarum, necnon ex parte supradicti Ottonis ac suorum heredum et successorum deponere, exceptis tamen recognitione et repromissione in dictis litteris contentis.
Testes Heym et Berkel, datum penultima augusti.

R1271, fol. 434v
30 augustus 1503
Jan Heym en Lambert Millinck

Willemus de Zittart, filius quondam Marcelii de Zittart, hereditariam pactionem septem modiorum siliginis mensure de Oirle, quam pactionem Johannes, filius quondam Gerardi Stevenszoen promiserat se daturum et soluturum Woltero, filio quondam Henrici dicti de Zittart, anno quolibet hereditarie Purificationis et in parochia de Oirle trahituram ex quadam hereditate, dicta dat Westerlaer, sita in parochia de Oirle, inter communem plateam ex uno et inter hereditatem Johannis predicti ex alio; item ex pecia terre, dicta die Loeker, octo lopinatas terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, inter hereditatem Marcelii dicti Elyaes ex uno et inter hereditatem Margarete, relicte quondam Bartholomei Rutgers, et eius liberorum ex alio; item ex pecia terre, dicta den Evendriesch, sita ibidem, item ex domo, area, horreo, ovili et hereditatibus sibi adiacentibus, dictis die Vlutt, sitis ibidem, inter hereditatem primodicti Johannis ex utroque latere; item ex pecia terre, partim mericalis et partim pascualis, etiam die Vlut vocata, sita ibidem, inter hereditatem Arnoldi van den Valgaet ex uno et inter hereditatem primodicti Johannis alias undique adiacente, quam pactionem septem modiorum siliginis predictam dictus Willelmus de Zittart erga Barbaram, filiam naturalem quondam Petri de Zittart, filii quondam Wolteri de Zittart, acquisierat, prout in litteris, legitime notanter supportavit michi ad opus dicte Barbare naturalis, ab eadem Barbara, quoad eius vitam et non ultra, habendam et possidendam, simul cum dictis litteris aliis, instrumentis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, tali annexa conditione, quod dicta pactio statim post mortem dicte

Barbare et non prius ad dictum Willelmum, si protunc vixerit, alioquin ad suos heredes protunc viventes iure hereditario succedunt et devolventur, absque dolo.
Testes Heym et Millinc, datum supra.

R1271, fol. 435r-435v
30 augustus 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Sorores Agnes Knoeden, priorissa, Elisabeth Aelberts, suppriorissa, et Jutta Sluyters, procuratrix, conventus sororum regularissarum de Bethania, siti in Buscoducis, ad locum dictum Aen den Wyntmoelenberch, nomine et ex parte earum et dicti conventus et quarumcumque sororum eiusdem conventus, presentium et futurarum, in presentia et de expressis consensu et voluntate fratris Arnoldi Voss, earum confessoris, cum suis tutoribus, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam ex prato, dicto die Dysseldonck, sito in parochia de Asten, prope Bergelen, inter hereditatem Petri dicti Maeszoen van den Kaer, ex uno et inter communem vicum ex alio, tendente ab hereditate domini Willelmi de Ghent ad communitatem de Asten; item ex quarta parte que ad Johannem dictum de Redingen, filium Ysboldi de Bergelen, spectabat in manso quodam Ysboldi dicti de Bergelen, sito in parochia de Asten, ad locum dictum Op Hoesden, inter hereditatem liberorum quondam Henrici dicti Danels ad communitatem ibidem, quam pactionem Yda, filia quondam Willelmi dicti van den Venne, erga Johannem de Redingen, filium quondam Ysboldi de Bergelen, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt michi ad opus Cornelii dicti Krakelarts de Asten, filii quondam Mathie Krakelarts, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes, cum suis tutoribus, sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habendorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum et dicti conventus et quarumcumque sororum eiusdem conventus, presencium et futuarum, necnon ex parte dicte quondam Yde, filie quondam Willelmi van den Venne, et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes Heym et Berkel, datum penultima augusti.

R1271, fol. 435v
30 augustus 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Supradicte sorores cum consensu et cum tutoribus utsupra, medietatem medietatis cuiusdam campi, dicti den Zevenden Camp, novem et dimidium iugera terre continentis, siti ante Vlymen superius iuxta plateam, tendentis a quodam campo, dicto sHeren Camp, usque ad plateam, inter hereditatem quondam Arnoldi Koyts et sociorum eius ex uno et inter hereditatem Hermanni Kecheler ex alio, quam medietatem medietatis campi predictam Reymboldus, filius quondam Johannis dicti de Os, nastelmeker, erga Theodericum, Arnoldum et Johannem, fratres, liberos quondam Theoderici dicti van Capellen, filii quondam Theoderici, acquisierat; insuper medietatem medietatis campi terre predicti, siti ante Vlymen, infra libertatem opidi de Buscoducis, inter hereditatem Johannis Celensoen ex uno et inter hereditatem Hille, relicte quondam Gerardi die Bye, et eius liberorum ex alio et fine uno, tendentis cum alio fine ad communem stegam ibidem, illius scilicet medietatis campi predicti, dividentis eundem campum ex eius transverso, que sita est versus opidum de Buscoducis, quam medietatem medietatis campi predicti dictus Reymboldus erga Aleidem, relictam quondam Johannis van den Broeck, institoris, acquisierat, prout in diversis litteris, hereditarie supportaverunt michi ad opus Luce de Erpe, simul cum dictis litteris, aliis et

iuribus, promittentes cum tutoribus sub obligatione omnium bonorum dicti conventus, habitorum et habedorum, ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte earum et dicti conventus et quarumcumque sororum eiusdem conventus, presentium et futuarum, necnon ex parte dicti Reymboldi, filii quondam Johannis de Os, et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 435v
30 augustus 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Supradicte sorores, de quibus supra nominibus, dederunt fratri Arnoldo Voss, earum confessori, ad opus sui et ad opus Jacobi de Fine, Johannis de Balen, Wolteri de Balen, Petri Plichs, Marcelii de Kryeckenbeeck, Zwederi de Gerwen, Victoris van der Moelen, Wolteri dicti Hubertss. et Willelmi, filii quondam Henrici Gieliss., ac ad opus alterius eorum, potestatem monendi redditus etc. dicti conventus, usque ad revocationem priorisse, suppriorisse et procuratricis conventus predicti.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 435v-436r
31 augustus 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Willelmus et Henricus, fratres, liberi quondam Johannis Willemssoen, unum iuger terre vel circiter, situm in parochia de Littoyen, in quodam campo, dicto die Middelste Langbeemden, inter hereditatem fabrice ecclesie de Littoyen ex uno et inter hereditatem Wynrici Goyarts, rasoris pannorum, ex alio, tendente a quadam via, dicta den Litteren Tyendwech, ad quandam aliam viam, dictam den Vulkenschen wech, prout dictum iuger terre ibidem situm est, et dictus quondam Johannes Willemszoen idem possidere consueverat, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Theoderico, filio quondam Bernardi dicti Byekens, simul cum toto iure ipsis quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impeticionem ex parte eorum et ex parte dicti quondam Johannis Willemss. ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Heym et Berkel, datum ultima augusti.

R1271, fol. 436r
31 augustus 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Willelmus, relictus quondam Aleidis, sue uxoris, filie quondam Bryenonis Henricxsoen, promisit super omnia et habenda dicto Henrico, suo fratri, quod ipse Willelmus quecumque dampna que eidem Henrico imposterum evenire possent ex causa supportationis et promissionis pretactarum ex parte vero liberorum dictorum Willelmi et quondam Aleidis, sue uxoris, portabit et portare tenebitur, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 436r
31 augustus 1503

Jan Heym en Gerard van Berkel

Willelmus, filius quondam Lamberti dicti Jan Arntss., promisit ut debitor principalis Henrico, filio quondam Everardi dicti Jan Erenbertss., quod ipse dabit et solvet eidem Henrico hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis et pro primo solutionis termino notanter Purificationis proxime futuro de et ex quodam prato, unum et dimidium bonarium vel circiter continente, dicti promittentis, sito in parochia de Oirscot, in pastoria de Gunterslaer, inter hereditatem Zeberti Michielssoen ex uno et inter hereditatem Johannis van den Velde et quorundam aliorum ex alio, tendente ab hereditate Johannis Scoemekers ad quoddam pratum, dictum Mooren Boenre, ibidem, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 436r
31 augustus 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti peters, XVIII stuvers vel valorem in pecunia pronunc communiter currente pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Henricus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Willelmo repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 436r
31 augustus 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Johannes, filius Willelmi dicti de Herenthom, dedit Johanni, filio quondam Henrici de Herenthom, potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma, hoc salvo et in premissis proviso quod secundodictus Johannes Henricxs. de suis receptis et levatis iustum computum, rationem legalem ac satisfactionem realem primodicto Johanni Willems ad eius requestam semper prestabit et prestare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 436r
31 augustus 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Magister Johannes Back dedit magistro Henrico Peregrini, filio Theoderici, ad opus sui et ad opus magistri Nycolai Colen, presbiteri, Johannis van den Wouwer et Nycolai Otten, ac ad opus alterius eorundem, potestatem monendi usque ad revocationem, simul cum potestate substituendi, ut in forma.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 436v
31 augustus 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Johanna, relicta quondam Johannis de Ouden, dedit Judoco, suo filio, potestatem monendi usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Brecht et Berkel, datum ultima augusti.

R1271, fol. 436v
1 september 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Henricus, filius quondam Johannis dicti die Cremer, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Luytgardis, sue uxoris, filie quondam Godefridi dicti van den Laeck, ab eodem quondam Godefridi et quondam Heilwige dicte van der Langerrijt, sua uxore, pariter genite, quecumque bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata, que sibi et dicte Luytgardi, sue uxori, per quondam Nycolaum, filium quondam Ghysberti, cultellificis, incole dum vixerat libertatis de Oirschot, in suo testamento legata sunt atque adhuc per et post mortem Aleidis, relicte eiusdem quondam Nycolai, advolvenda sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, hereditarie supportavit domino Henrico de Essche, presbitero, simul cum toto iure ipsis quovismodo competente ac imposterum competituro in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Luytgardis, sue uxoris, necnon ex parte suorum liberorum deponere, cum conditione consueta.
Testes Millinc et Borchgreve, datum prima septembris.

R1271, fol. 436v
1 september 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Anthonius, filius quondam Petri dicti Lu, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dictebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Henrici Costkens, ab eodem quondam Henrico et quondam Geertrude, sua uxore, filia quondam Willelmi, filii naturalis quondam domini Aelberti Snackart, presbiteri, pariter genite, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, sitis in parochia de Nysterle, inter hereditatem Johannis dicti Boghart ex uno et inter communem vicum ex alio, que hereditates dicuntur die Wyenhoff, quam pactionem predictam Lambertus de Doernen, filius Christiani, ad opus dicti Willelmi, filii naturalis quondam domini Aelberti Snackart, presbiteri, erga Arnoldum dictum de Vaerlaer, filium quondam Johannis de Vaerlaer, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Cornelio, filio quondam Henrici Loekemans, calcifici, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 436v-437r
1 september 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Et poterit dictus Anthonius dictam pactionem redimere perpetue simul unapariter cum et mediante quadraginta uno peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet huiusmodi peters computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Cornelius hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto

Anthonio repromisit, hoc salvo quod idem Anthonius huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato Cornelio legitime preintimabit et preintimare tenebitur.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 437r
1 september 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Magister Henricus Ghysels attinentias cuiusdam molendini aquatilis, dicti ten Steen, videlicet domum, aream et ortum ac diversas hereditates sibi adiacentes, partim arabiles, partim paludiales et partim mericales, cum suis lignicrescentiis, sitis in parochia de Berlijkem, ad locum dictum Myddelrode, iuxta molendinum predictum, quos (*sic*) attinentias molendini predicti, videlicet domum, aream, ortum ac diversas hereditates predictas, dictus magister Henricus erga Marcelium de Kryekenbeeck per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Yevaldi dicti Yevelt Florijszoen, sartoris, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 437r
1 september 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Theoderitus Colen, tamquam receptor conventus sancte Clare in Buscoducis et eo nomine tamquam potens ad infrascripta, ut dicebat, quadraginta octo modios et quinque sextaria siliginis mensure de Buscoducis, promissos magistro Arnoldo de Weilhusen ad opus dicti conventus sancte Clare ab Adriano, filio quondam Henrici van den Waude, Arnoldo van den Waude, filio quondam Henrici van den Waude, et Petro, filio dicti quondam Arnoldi, ad certum terminum persolvendos, prout in litteris, legime supportavit Adriano, filio quondam Henrici van den Waude predicto, simul cum dictis litteris et iuribus.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 437r
1 september 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum Aleidis Taures, uxor legitima Ghysberti de Best, opidana opidi de Buscoducis, Leodiensis diocesis, condens suum testamentum ac eius ultimam et extremam voluntatem declarans, inter cetera inibi contenta dedisset et legasset Johanni Taures, suo nepoti, tamquam vero heredi, pro utilitate filiorum suorum dimidietatem utensilium, sic quod ipsa mortua sclicet Aleidis, Ghisbertus van Best, eius vir, et Johannes Taures, eius nepos, seu filius eius, dividerent utensilia ac cetera mobilia bona equaliter inter se, pars vero illa seu dimiditas dicti Ghysberti non alienaretur, sed ipse Ghysbertus haberet ius utendi ad suam vitam tantummodo, et post mortem ipsius Ghysberti cederent illa utensilia, obtenta a dicta Aleide, ad dictum Johannem Taures et eius filios, tamquam veros heredes, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Johannes Taures supradicta domus utensilia, omnia et singula, ac cetera bona mobilia pretacta sibi ac suis liberis, ut premittitur, legata, legitime et hereditarie supportavit dicto Ghysberto de Best, simul cum dicto instrumento ac iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem deponere simpliciter.

Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 437v
2 september 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Willelmus, filius quondam Ghiselberti Valkens., promisit super omnia et habenda Johanni de Balen octo florenos cum dimidio, computando XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet, estimando in huiusmodi solutione aureos florenos Renenses, dictos den gouden Rijnsgulden, ad XX$^{ti}$ octo stuvers, et alios denarios nae advenande, Dyonisii martiris proxime futuro, item unum et dimidium modios siliginis mensure de Oirle, Purificationis proxime futuro atque adhuc unum et dimidium modios siliginis eiusdem mensure, Egidii abbatis proxime futuro persolvendos, et dictam siliginem in Buscoducis tradendam.
Testes Raessen et Borchgreve, datum secunda septembris.

R1271, fol. 437v
2 september 1503
schepenbank en raad van ‘s-Hertogenbosch

Allen denghenen die deze letteren zullen sien oft horen lesen, onsen goeden vrienden saluyt. Wy scepenen ende raidt der stad van sHertogenbosch doen condt alsoe die ingeseten ende nabueren des dorps van Aerle ter eenre, ende Peter van der Hallen met zijnen adherenten ende Jan van Duynhoven ter ander zijden, aengaende hoeren twisten ende gescillen tusschen beyde wesende als van der quoten der hootpenningen, dair op die voirs. Peter van der Hallen met zijnen adherenten ende Jan van Duynhoven int afleggen der renten vesett *(aldus)*, in oirloge van Gelre gesedt zijn geweest, metgaders oick van den jairenten ter cause derselver renten van sekeren jaren overleden gevallen, dwelcke al die voirs. nabueren van Aerle heysschen, ende dwelcke die voirs. Peter van der Hallen met zijnen adherenten ende Jan van Duynhoven alsoe int geheel weigeren aen te leggene etc., gehelick ende al in ons scepenen voirs. verbleven zijn geweest omme hen dair af by onser myntliker uutspraken te verlijkene, soe eest dat wy scepenen voirs. tusschen partyen voirs. die ierst aen allen zijden gehoirt aengaende hoeren twisten ende gescillen voirs., gepronuncieert ende uuytgesproken hebben, dats te wetene dat die voirs. Peter van der Hallen met zijnen adherenten den voirs. nabueren van Aerle aenleggen ende betalen sal, te wetene in de hootpenningen die somme van elf Rijnsgulden, tstuck tot XX stuvers, ende die voirs. Jan van Duynhoven in deselve hootpenningen thien dergelijcke Rijnsgulden, ende noch eenyegelic van hen zijnen quote van den jairgelde oft jairpachten der voirs. renten als van seven jaren lestleden, bij alsoe oft hier op yet betaelt weer, dat dat aen de selve jairpachten corten sal, ende dat hier mede die partyen voirs. aengaende hoeren voirs. gescillen verleken zullen wesen.
Des torconden hebben wy scepenen ende raet voirs. den zegel ad legata der voirs. stad hier beneden op doen drucken, gegeven secunda septembris.

R1271, fol. 436v
4 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Henrica, relicta legittima quondam Pauli, filii naturalis quondam Jacobi Pauwels., potens ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Pauli, ut apparebat, nichilominus in presentia et de expressis consensu et voluntate Petri et Pauli, suorum liberorum, ad solvenda debita dicti quondam Pauli, ut dicebat, promisit ut debitrix principalis

cum tutore michi ad opus Reyneri, filii quondam Johannis Daemss. senioris, quod ipsa dabit et solvet eidem Reynero hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Marie et pro primo solutionis termino a Nativitatis Marie proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradet de et ex domo, area et orto, pridem dicti quondam Pauli, sitis in parochia de Bucstel, ad locum dictum Aen de Strijpt, in oppositum tylie ibidem, inter hereditatem domini Wolteri de Dessel, canonici Boxtellensis, ex uno et inter hereditatem Michaelis Laureynss. ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem magistri Jordani die Wolf, ut dicebat. Promisit insuper cum tutore et cum ea dicti Petrus et Paulus, fratres, eius liberi, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis duobus pullis censualibus capitulo ibidem, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum quarta septembris.

R1271, fol. 436v
*deze akte is onvolledig*

Et poterint redimere dicti Henrica, Petrus et Paulus dictum censum redimere perpetue cum viginti florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc communiter ad bursam currente pro quolibet computando, et cum censu et arrestadiis, prout dictus Reynerus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicte promittenti ac suis compromittentibus repromisit.

R1271, fol. 438r
4 september 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Willelmus, filius quondam Theoderici Jannes, tamquam relictus quondam Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Johannis dicti Herinc, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in hereditario censu quatuor librarum monete, solvendum hereditarie mediatim Nativitatis Domini et mediatim Nativitatis Baptiste ex quodam campo terre, quatuor iugera vel circiter continente, sito in parochia de Empel, ad locum dictum die Roden, inter hereditatem quondam Goeswini dicti Knoede Luytgardensoen ex uno et inter hereditatem, dictam dat Rullen, ex alio, atque ex domo, area et orto cum suis attinentiis, sitis in Buscoducis, ad vicum dictum die Aude Huls, inter hereditatem quondam Ghiselberti dicti de Spina, quem censum predictum Elisabeth, relicta quondam Johannis dicti Stoyve, erga Gerardum dictum de Eirde, maritum et tutorem legitimum Heylwigis, sue uxoris, filie Bernardi dicti Huysman, dudum acquisierat, prout in litteris, legitime supportavit Theoderico, filio Willelmi et quondam Elisabeth predictorum, necnon Henrico, filio quondam Johannis de Tulden, marito et tutori legitimo Cristine, sue uxoris, necnon Johanni, filio Henrici die Meester, pillificis, marito et tutori legitimo Aleidis, sue uxoris, filiarum eorundem Willelmi et quondam Elisabeth, sue uxoris, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum IIII$^{ta}$ septembris.

R1271, fol. 438r-438v
4 september 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Theodericus necnon Henricus, tamquam maritus et tutor legitimus dicte Christine, sue

uxoris, et Johannes, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Aleidis, sue uxoris, pro se ipsis et pro sorore Geerburge, filia Willelmi et quondam Elisabeth predictorum, conventuali conventus Sororum in Woudrichem, dictum censum quatuor librarum hereditarie supportaverunt Henrico de Uden, tamquam provisori pro tempore Hospitalis Pauperum Virorum, dicti Moensgasthuys, siti in Buscoducis, ad locum dictum den Papenhuls, ad opus dicti Hospitalis, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum Christine et Aleidis necnon ex parte dicte sororis Geerburgis ac conventus predicti atque ex parte dicte quondam Elisabeth, relicte quondam Johannis Stoyve, ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum IIII$^{ta}$ septembris.

R1271, fol. 438v
4 september 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Dictus Johannes, filius Henrici die Meester, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, dicte Aleidis, sue uxoris, palam et publice recognovit se recepisse de bonis paternis et maternis dicte Aleidis, sue uxoris, hereditarium censum quatuor librarum predictum, et quod ipse in communi divisione imposterum post obitum dicti Willelmi, patris dicte Aleidis fienda de bonis pretactis importabit et importare tenebitur consimilem hereditarium censum, aut saltem quivis dictorum Theoderici et Henrici de Tulden tantum prelevabit de premissis antequam dictus Johannes condividere poterit bona predicta, promittens super omnia dictis Theoderico et Henrico huiusmodi recognitionem ratam servare et eidem non contravenire, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 438v-439r
5 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Henricus de Uden, tamquam magister et rector fabrice ecclesie sancti Johannis evangeliste in Buscoducis, quendam mansum cum suis attinentiis et iuribus, dictum die Hoeve ten Eynde, situm in parochia de Aerle, prout idem mansus cum suis attinentiis ibidem situs est, et quidam Arnoldus dictus de Lyedrop eundem mansum sub sua ad presens habet cultura, ut dicebat, locavit recto locationis Willelmo, filio Wolteri dicti Costerszoen, ab eodem Willelmo, ad spacium quatuor annorum Penthecostes proxime futuro sine medio sequente, habendo et possidendo, pro censibus fundi annuatim exinde e iure solvendis, dando et solvendo a dicto Willelmo dicto spacio durante terminis et locis ad hoc debitis et consuetis, atque pro quindecim modiis siliginis mensure Pelandie, atque pro XX$^{ti}$ septem florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, dando et solvendo dicte fabrice a Willelmo predicto, videlicet dictam siliginem Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum et in Beeck tradendam, ad locum dictum Op Heyst, aen de brugge opt water aldaer, et dictos florenos Purificationis et pro primo solutionis termino a Purificationis proxime futuro ultra annum, et sic deinceps dictis annis durantibus, promittens sub obligatione omnium bonorum dicte fabrice, habitorum et habendorum, dicto spacio durante, warandiam pro premissis oneribus ac alias obligationem et impetitionem deponere. Quo facto dictus Willelmus et cum eo Johannes de Berkel Geritssoen repromiserunt indivisi super omnia et habenda se daturos et soluturos dicte fabrice siliginem et florenos Renenses predictos anno quolibet dictis annis durantibus, termino et locis ad hoc

debitis predictis, atque quod ipsi dictos census fundi interim dabunt necnon circumspectiones et iura vicinorum ad dictum mansum e iure conservandum spectante, conservabunt, dareque et conservare tenebuntur sic et taliter quod dicte fabrice ad et supra se et mansum predictum dampna exinde non eveniant in futuro, necnon quod ipsi ad et supra edificia mansi predicti decem vymas recti straminis annuatim tegent aut tegi procurabunt, si opus fuerit, sin autem easdem vymas dicte fabrice annuatim deliberabit, in premissis tamen salvo et conditionato quod dicta locatio ad voluntatem rectoris pro tempore dicte fabrice ad finem duorum primorum annorum exspirabit, absque dolo.
Testes Brecht et Berkel, datum V$^{ta}$ septembris.

R1271, fol. 439r
5 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Dictus Willelmus promisit super omnia et habenda dictum Johannem de Berkel et eius bona de dicta promissione atque dampnis indempnem servare.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 439r
6 september 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Deenkinus dictus Deenken, filius quondam Deenkini Geriss., hereditarie vendidit Margarete, filie quondam Willelmi dicti Willegemans, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Nativitatis Marie et pro primo solutionis termino a Nativitatis Marie proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendam de et ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, duo et dimidium iugera terre vel circiter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Berchen, ad locum dictum Op Cauwe Lille, inter hereditatem liberorum quondam Johannis Goyartss. ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Wolteri van der Stegen ex alio et fine uno, tendentibus cum fine reliquo ad communem plateam, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno et dimidio grossis antiquis census fundi domino duci, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum sexta septembris.

R1271, fol. 439r
6 september 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue, cum et mediante decem et septem florenis Renensibus, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in moneta et pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Margareta, cum tutore, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Deenkino, venditori, repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 439r
*deze akte is onvolledig*

Johannes, filius quondam Gerardi die Werdt, filii quondam Petri, ab eodem quondam Gerardo et quondam Katherina, sua prima uxore, pariter genitus, et Arnoldus, filius Petri Goyartssoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie dictorum quondam Gerardi die Werdt et quondam Katherine, sue uxoris, atque Lambertus die.

R1271, fol. 439r-439v
7 september 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Johannes, filius quondam Gerardi die Werdt, filius quondam Petri, ab eodem et quondam Katherina, sua prima uxore, pariter genitus, Arnoldus, filius Petri Goyartss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, et Lambertus die Meyer Arntss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Aleidis, sue uxoris, filiarum dictorum quondam Gerardi die Werdt et quondam Katherina, pro se ipsis et pro Katherina, prole impubere quondam Petri, filii eorundem quondam Gerardi die Werdt et quondam Katherine, sue prime uxoris, tamquam proximiores heredes dicti quondam Gerardi die Werdt, atque Christianus, filius quondam Christiani Henricxs., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Marie, sue uxoris, filie quondam Nycolai Bartrams, ab eodem quondam Nycolao et quondam Geertrude, sua uxore, filia quondam Marie, filie quondam Lamberti Tyelen uxorisque legitime, dum vixerat, dicti quondam Gerardi Werdt (*sic*), pariter genite, pro se ipso et pro Lamberto et Sebastiano, fratribus, liberis impuberibus dictorum quondam Nycolai Bartrams et quondam Geertrudis, sue uxoris, tamquam proximiores heredes dicte quondam Marie, uxoris dum vixerat dicti quondam Gerardi die Werdt, hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Martini hyemalis et in Buscoducis tradendam ex domo, area et orto ac domo posteriori Nycolai, filii Amelii van der Hostadt, sitis in Buscoducis, prope Portam Captivorum, inter hereditatem Willelmi de Boemel ex uno et fine uno et inter hereditatem Pauli de Haren ex alio, quam pactionem predictam dictus Gerardus die Werdt, filius quondam Petri, erga Beliam, filiam quondam Ghisberti Roelofszoen van der Reyndonck acquisierat, insuper hereditarium censum trium et dimidii florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, solvendum hereditarie Thome apostoli, ex medietate ad Mechteldem, relictam quondam Willelmi van den Velde, spectante, in Porta Captivorum opidi de Buscoducis, videlicet ex illa medietate dicte porte que sita est ibidem ad latus versus vicum ecclesie, necnon ex iure preconatus ceterisque iuribus et attinentiis eiusdem medietatis Porte predicte universis, item ex domo et area dicte Mechteldis, sita ibidem, subtus dictam medietatem porte iamdicte, necnon ex domo et area inhabitationis eiusdem Mechteldis, sita ibidem, ex dictam portam (*sic*) contigue eidem porte, ad latus versus dictum vicum ecclesie adiacentibus, atque ex iuribus et attinentiis earundem domorum et arearum universis, quem censum iamdictum dictus Gerardus die Werdt erga dictam Mechteldem van den Velde dudum emendo acquisierat, prout in diversis litteris, hereditarie supportaverunt michi ad opus Hospitalis Pauperum Virorum fundationis dictorum quondam Gerardi die Werdt et quondam Marie, sue uxoris, siti in Buscoducis, in vico Orthensi, prope pontem dictum die Sevensneeusche brugge, videlicet ad opus inibi pro tempore commorantium, et hoc in assignationem huiusmodi legati dicto Hospitali, per dictos quondam Gerardum die Werdt et Mariam, eius uxorem, in eorum testamento facti, videlicet de quatuordecim sextariis siliginis hereditarie pactionis ac novem stuferis cuilibet sex virorum et quatuordecim stuferis hereditarii census ancille in dicto Hospitali commoranti, omnino iuxta tenorem eiusdem testamenti et piam intentionem eorundem quondam Gerardi et Marie, sue uxoris, convertentem, simul cum dictis litteris aliis et iuribus, promittentes super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem

ex parte eorum deponere. Promiserunt insuper sub obligatione premissa dicti videlicet dicti Johannes, Arnoldus et Lambertus indivisi obligationem et impertitionem ex parte dicte Katherine, prolis impuberis, deponere atque dictus Christianus obligationem et impetitionem ex parte dictorum Lamberti et Sebastiani, fratrum, deponere. Promiserunt adhuc dicti Johannes, Arnoldus, Lambertus et Christianus indivisi sub obligatione premissa omnes obligationem et impetitionem ex parte dicti quondam Gerardi die Werdt et dicte quondam Marie, sue uxoris, ac reliquorum heredum eorundem quondam Gerardi et Marie deponere. Testes Raess. et Berkel, datum septima septembris.

R1271, fol. 440r
*deze akte is onvolledig*

Lambertus, filius quondam Arnoldi die Meyer, tamquam maritus et tutor legitimus.

R1271, fol. 440r-440v
7 september 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Johannes, filius quondam Gerardi die Werdt Peterss., ab eodem et quondam Katherina, sua prima uxore, pariter genitus, necnon dicti Arnoldus et Lambertus, tamquam mariti et tutores ut supra, pro se ipsis et pro Katherina, prole impuberi predicta, tamquam proximiores heredes dicti quondam Gerardi, atque dictus Christianus, pro se ipso et pro Lamberto et Sebastiano, fratribus predictis, tamquam proximiores heredes dicte quondam Marie, assignantes Hospitali predicto iuxta piam intentionem eorundem quondam Gerardi et Marie, legatum per eosdem quondam Gerardum et Mariam in eorum testamento factum, de quinque florenis Renensibus hereditarii census, computando pro quolibet huiusmodi florenorum XX$^{ti}$ stuferos, convertendis annuatim ad usum combustionis, dicte brande, penes quam cibaria debeant parari in eodem testamento, iuxta tenorem eiusdem testamenti, promiserunt ut debitores principales indivisi michi ad opus dicti Hospitalis quod ipsi dabunt et solvent eidem Hospitali hereditarium censum quinque florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, anno quolibet hereditarie Nativitatis Domini, et pro primo solutionis termino Nativitatis Domini proxime futuro de et ex domo, area et orto dicti Johannis, sitis in Buscoducis, in dicto vico Orthensi, ultra pontem dictum die Zevensneusche brugge, inter Dyesam ibidem fluentem ex uno et inter hereditatem Johannis Bolants, scrinipari, ex alio, tendentibus a dicto vico Orthensi ad hospitale predictum, item ex octava parte ad dictum Arnoldum spectantem, in quadam hereditate, dicta Moer, viginti lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Venloen, inter hereditatem dominii de Loen ex uno et inter hereditatem Peregrini Henricxs. ex alio, tendente ab hereditate Johannis Arntss. ad hereditatem Johannis Ghijben, item ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, unam modiatam terre vel circiter continente, dicti Lamberti, sita in dicta parochia de Venloen, inter hereditatem dicti dominii de Venloen ex uno et inter hereditatem Aleidis de Merlair, vidue, ex alio, tendente ab hereditate Gerardi die Bont ad communem plateam, item ex domo, area et orto ac hereditatibus sibi coadiacentibus, unam et dimidiam modiatas terre vel circiter pariter continentibus, dicti Christiani, sitis in eadem parochia de Venloen, inter hereditatem Johannis Meliss. ex uno et inter hereditatem Arnoldi, carpentarii, ex alio, tendente ab hereditate Rodolphi de Haestrecht ad communem plateam, ut dicebat. Promiserunt insuper indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi domino nostro duci, hereditario censu quatuor librarum monete, atque hereditario censu sex florenorum Renensium ex dictis domo, area et orto dicti Johannis, item censu fundi ex dicta octava parte dicte hereditatis, Moer vocate, item

censu fundi ex dictis domo, area, orto et hereditatibus dicti Lamberti, item censu fundi ac uno et dimidio modio ac uno vase siliginis ex dictis domo, area, orto ac hereditatibus dicti Christiani, diversis personis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditione quod cum dicti promittentes alium consimilem hereditarium censum quinque florenorum Renensium ad et supra bona contrapignora bene valentia et satis secura infra opidum de Buscoducis aut eius villicationem consistentia et situata, dicto Hospitali assignaverint et firmaverint aut firmari fecerint sic quod eidem Hospitali ratum fuerit, quod extunc de cetero et non prius dicti promittentes et eorum bona et hereditates pretactos ab ulteriori solutione primodicti census quinque florenorum Renensium erunt quiti et penitus absoluti, prout Zegerus, filius quondam Pauli die Ruyter et Martinus, filius Johannis de Geffen, tamquam magistri dicti Hospitalis, hoc palam recognoverunt et consentierunt.
Testes Raess. et Berkel, datum VII[a] septembris.

R1271, fol. 440v
7 september 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Dicti Johannes, Arnoldus, Lambertus ex una, et Christianus ex altera partibus palam recognoverunt et super omnia et habenda sibi mutuo promiserunt divisi, videlicet quod dicti Johannes, Arnoldus et Lambertus indivisi unam medietatem dicti census, et dictus Christianus reliquam medietatem eiusdem census, exnunc deinceps dabunt et solvent ac dare et solvere tenebuntur sic et taliter quod uni ab alio ad et supra se et bona sua pretacta dampna exinde non eveniant in futuro.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 440v-441r
7 september 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum Gerardus die Werdt, filius quondam Petri, et Maria, filia quondam Lamberti Tielen, uxor legitima eiusdem Gerardi, incole opidi de Buscoducis, condentes eorum testamentum ac eorum ultimam et extremam voluntatem declarantes, inter cetera inibi contenta legassent et in puram elemosinam donassent cuidam Hospitali per ipsos erecto, sito in Buscoducis, in vico Orthensi, iuxta pontem dictum die Zevensneeussche brugge, ad opus inibi pro tempore habitancium, quatuordecim sextaria siliginis hereditarie pactionis mensure de Buscoducis, videlicet ciulibet sex pauperum virorum inibi commorantium duo sextaria, et ancille eisdem sex viris servienti etiam duo sextaria siliginis, necnon adhuc ciulibet eorundem sex virorum novem stuferos hereditarii census, et dicte ancille quatuordecim stuferos hereditarii census, et quos pactionem et census predictos eisdem assignare teneretur superstes eorundem testatorum ex eorum bonis, item aduc legassent et pure propter Deum reliquissent dicto Hospitali et eiusdem inhabitatoribus quinque florenos Renenses hereditarii census, convertendos annuatim ad usum combustionis, dicte brande, penes quam cibaria debeant parari et dicti sex viri et ancilla se pariter calefacere habeant**,** quos quinque florenos superstes eorundem testatorum etiam assignare tenentur dictis personis in Hospitali pretacto pro tempore habitantibus, ut videtur in quodam instrumento publico contineri, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Zegerus, filius quondam Pauli die Ruyter, et Martinus, filius Johannis de Geffen, tamquam magistri et rectores pro tempore dicti Hospitalis, et eo nomine palam et publice recognoverunt quatenus dicto Hospitali ad opus dictorum pauperum virorum et ancille in eodem pro tempore commorantium, per Johannem, filium quondam Gerardi die Werdt predicti, Arnoldum, filium quondam Petri

Goyartssoen, tamquam maritum et tutorem legitimum Katherine, sue uxoris, et Lambertum die Meyer Arntss. tamquam maritum et tutorem legitimum Aleidis, sue uxoris, filiarum dicti quondam Gerardi die Werdt, tamquam proximiores heredes eiusdem quondam Gerardi, necnon Christianum, filium quondam Christiani Henricxs., tamquam maritum et tutorem legitimum Marie, sue uxoris, filie quondam Nycolai Bartrams, ab eodem quondam Nycolao et quondam Geertrude, sua uxore, filie supradicte quondam Marie, uxoris dum vixerat dicti quondam Gerardi die Werdt, pariter genite, tamquam heredem eiusdem quondam Marie, de premissis legatis, hodierna die coram scabinis in Buscoducis plenaria facta est firma et assignatio, primo vero de hereditaria pactione duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvenda hereditarie ex certis contrapignoribus infra dictum opidum situatis, et hoc loco dicti legati quatuordecim sextariorum siliginis hereditarie pactionis, secundo de hereditario censu trium et dimidii florenorum Renensium, computando XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet, solvendo hereditarie ex certis contrapigneribus etiam infra opidum predictum consistentibus, et hoc loco dicti legati novem stuferorum ciulibet dictorum sex virorum et quatuordecim consimilium stuferorum dicte ancille annuatim solvendorum, atque quod eidem Hospitali ad opus dictorum inibi commorantium eciam ut supra, rata et firma facta est, promissio et assignatio ad et supra certa et sufficientia contrapignora, tam infra dictum opidum, quam eciam eius villicationem consistentia de dictis quinque florenis Renensibus hereditarii census, et hec omnia iuxta tenorem testamenti predicti ac piam intentionem quondam Gerardi et Marie predictorum, clamantes igitur dicti Zegerus et Martinus, tamquam magistri predicti, ac nomine dicti hospitalis dictos heredes inde quitos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 441r
7 september 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Johannes, filius quondam Godescalci Claessoen, Gerardus Witlock Henricxsoen, Jacobus, filius quondam Johannis Meeuszoen, et Godefridus, filius quondam Johannis Claess., promiserunt ut debitores principales indivisi super omnia et habenda se daturos et soluturos Ludolpho Buck, filio quondam Ludolphi, ad spacium decem annorum, primam diem mensis aprilis proxime futuro, sine medio sequente quolibet dictorum annorum, quindecim florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia quolibet termino solutionis ad bursam in Buscoducis communiter currente pro quolibet computando, prima aprilis, et pro primo solutionis termino a prima aprilis proxime futura ultra annum, et sic deinceps dictorum annorum spacio durante, occasione locationis decem iugerum terre eiusdem Ludolphi, sitorum in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad locum dictum die Oetheren, in palude Vucht, ut dicebat.
Testes Heym et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 441r-441v
12 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Magister Johannes Sampson, filius quondam Johannis Sampsoens, relictus quondam Hillegondis, sue uxoris, filie quondam Jacobi dicti Loyers, usufructum sibi competentem in quodam manso, olim domicelle Johanne de Hauwelingen, sito in parochia de Vucht Sancti Petri, ad locum dictum Enode, videlicet in domibus, areis, ortis, terris, pratis, pascuis, mericis, lignicrescentibus ceterisque iuribus et attinentiis dicti mansi, singulis et universis, quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat, legitime

supportavit Jacobo et Nycolao, fratribus, liberorum magistri Johannis et quondam Hillegondis predictorum, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum XII[a] septembris.
Ista supportatio solum habebit sortiri effectum quoad venditionem infrascriptam.

R1271, fol. 441v
12 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Jacobus et Nycolaus hereditarie vendiderunt Willelmo Hels, filio quondam Nycolai Hels, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie Remigii confessoris et pro primo solutionis termino a Remigii confessoris proxime futuro ultra anum, et in Buscoducis libere tradendam de et ex manso et eius attinentiis predictis, ab eodem, promittentes et cum eis dictus magister Johannes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi ad viginti tres stuferos ascendente, atque tribus modiis siliginis hereditariarum pactionum, et hereditario censu decem denariorum, peters communiter vocatorum, diversis personis, necnon hereditaria pactione duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, dicto Willelmo Hels, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 441v
12 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Et poterint dicti venditores et eorum pater dictam pactionem redimere perpetue cum et mediante quadraginta peters, XVIII stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in huiusmodi redemptione aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] octo, novos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryeren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios nae advenande secundum eandem valuationem, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus et eorum patri repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 441v-442r
11 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum magister Henricus Ghyzels attinencias cuiusdam molendini aquatilis, dicti Ten Steen, videlicet domum, aream et ortum ac diversas hereditates sibi adiacentes, partim arabiles, partim paludiales et partim mericales, cum suis lignicrescentiis, sitis in parochia de Berlijkem, ad locum dictum Myddelrode, iuxta molendinum predictum, dudum supportaverat michi, Petro de Os, ad opus Yevaldi dicti Yevelt Florijszoen, sartoris, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Yevaldus supradictas attinentias sub modo et forma infrascriptis, ut dicebatur, consistentes, in primis vero domum, aream et ortum ac hereditates, partim arabiles, partim paludiales et partim pascuales, sibi

coadiacentes, duas modiatas terre arabilis, duo iugera terre paludialis, et et (*sic*) duo iugera terre pascualis, dicta den Heesterbeempt, vel circiter continentes, olim Johannis Loekens, depost Petri Michielss., et dehinc Rutgeri dicti des Vleeshouwers, sitos in dicta parochia de Berlijkem, ad locum predictum, Ten Steen vocatum, inter quandam stegam, dictam die Moelenstege, ex uno et inter quendam campum conventus sancte Clare in Buscoducis ex alio, tendentes ab hereditate abbatis de Berna ad aquam, dictam die Aa, et molendinum aquatile ibidem; item adhuc duas et dimidiam lopinatas terre vel circiter, sitas ibidem infra aggerem ibidem, dictum den Moelendyck, et quandam stegam, dictam die Myddelroetsche Stege; item decem lopinatas terre vel circiter, sitas ibidem inter quandam stegulam, dictam dat Gruyn Steegsken, ex uno et inter hereditatem Johannis Peterss. ex alio, tendentes a dicta stega, dicta die Myddelroetsche Stege, ad hereditatem conventus Cruciferorum in Buscoducis; item adhuc decem lopinatas terre vel circiter, sitas ibidem, inter hereditatem dicti abbatis ex uno et inter hereditatem conventus Cucriferorum in Buscoducis ex alio, tendentes a dicta stega, die Myddelroetsche Stege, ad hereditatem Nycolai Librechz.; item quendam aggerem, dictum den Moelendyck, cum suis lignicrescentiis, sitis ibidem, simul cum quadam alia parva lignicrescentia, cum eius fundo, ibidem situatos, ad finem hereditatis Anthonii Lu ibidem; insuper adhuc quendam campum terre, quatuor pastus, dictos scaren weyen, vel circiter continentem, situm ibidem inter hereditatem liberorum quondam Petri de Berlijkem ex uno et inter hereditatem Nycolai Librechs predicti ex alio, tendentem a dicto aggere, den Moelendijck vocato, ad communitatem; item tria iugera terre paludialis cum suis attinentiis et iuribus, sita ibidem ultra aquam, dictam die Aa, ibidem, inter hereditatem dictorum liberorum quondam Petri de Berlijkem ex uno et inter quoddam fossatum, dictum den Aagrave, ex alio, tendens ab hereditate conventus sancte Clare in Buscoducis ad dictam aquam die Aa vocatam; item adhuc domum, aream et ortum ac hereditates sibi adiacentes, sex lopinatas terre vel circiter continentes, sitos in parochia de Berlijkem predicta, iuxta conum, dictum Opten Hoock van der Hamfoirt, inter plateam, dictam die Hamfoirtsche straet, ex uno et inter hereditatem Nycolai de Gassel ex alio, tendentes a platea, dicta die Zantstraet, ad hereditatem conventus sancte Clare predicti; item adhuc quendam campum terre mericalis, quinque iugera terre vel circiter continentem, situm ibidem, inter hereditatem dictorum liberorum quondam Petri de Berlijkem ex uno et inter hereditatem heredum quondam Rodolphi die Bever ex alio, tendentem ab hereditate dicti magistri Henrici Ghijzels ad communitatem, ut dicebat, hereditarie supportavit michi ad opus Henrici et Jacobi, fratrum, et Elisabeth, eorum sororis, liberorum naturalium dicti magistri Henrici Ghyzels, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, sub condicitione tamen infrascripta, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, tali annexa conditione quod dictus magister Henricus quamdiu in humanis vixerit premissa in toto vel in parte vendere, alienare, obligare aut transportare necnon de eisdem disponere poterit et valebit iuxta libitum sue voluntatis, supportatione pretacta ac condictione dictorum suorum liberorum naturalium non obstantibus.
Testes Brecht et Berkel, datum XI[a] septembris.

R1271, fol. 442r-442v
12 september 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Zeger, zoen Jans Goyartszoen van Hedel, heeft oepenbaerlic bekent ende als sculder principael op verbyntenisse van allen zijnen gueden, hebbende ende vercrigende, den voirs. Jannen Goyartssoen, zijnen vader, geloeft in gevalle hij, Zeger, ende Aleyt, zijnen wittige huysvrou, dochter meester Willems van den Bosch, beyde aflivich worden sonder wittige geboirte nae hen levendich te lyve blijvende, dat in dien gevalle zulke gueden als hem by

denselven zijnen vader in hulpe van zijnen huwelic assigneert, geloeft ende bewesen zijn ende alsdan onvertyert, onvercoft, nyet vervreempt ende ongedisponeert zullen wesen, terstont nae dode Zegers ende Aleyts voirs. beyde, wederomme comen ende succederen zullen aen den voirs. Jannen, zijnen vader, ter tochteren recht te besittene.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XII[a] septembris.

R1271, fol. 442v
12 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Lambertus, filius quondam Jacobi Wynricxs., hereditarium censum sex librarum monete, solvendum hereditarie Nativitatis Domini ex domo, area et orto Johannis, filii quondam Symonis van der Graft, sitis in Buscoducis, in vico sancti Jacobi apostoli, inter hereditatem heredum quondam Willelmi Tymmermans ex uno et inter hereditatem reliquam hereditatem (*sic*) dicti Johannis ex alio, quem censum dictus Lambertus erga dictum Johannem, filium quondam Symonis van der Graft, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit michi ad opus Guedeldis, relicte dicti quondam Johannis, filii quondam Symonis van der Graft, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 442v
13 september 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Magister Willelmus de Busco hereditariam pactionem duorum modiorum siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis ex tribus bonariis prati, siti in parochia de Bucstel, in iurisdictione de Lyemde, in loco, dicto Wychmans broeck, inter hereditatem, dictam Parrick, domini de Bucstel, ex uno et inter stegam, dictam Wychmans broeck stege, ex alio, quam pactionem predictam dictus magister Willelmus erga Theodericum, filium quondam Willelmi van der Beeck alias dicti die Poirter, necnon Elisabeth et Mechteldem, sorores, filias quondam Theoderici van der Beeck alias die Poirtere, et Johannem, filium quondam Theoderici Slechs, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit fratri Huberto de Loen, priori pro tempore fratrum Carthusiensium, domus sancte Sophie ad Constantinopolim, site in parochia de Vucht Sancti Lamberti, ad opus eorundem fratrum, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Millinc et Borchgreve, datum XIII[a] septembris.

R1271, fol. 442v-443r
13 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Willelmus, filius quondam Henrici dicti Clynge, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Ode, sue uxoris, filie quondam Henrici dicti Beecksteyns., et Henricus, filius quondam Johannis de Brede, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Bryenonis Henricxs., hereditarie vendiderunt michi ad opus Arnoldi Paeuweter, filii quondam Henrici, hereditarium censum sex florenorum Renensium, XX[ti] stuvers vel valorem eorundem in alio pagamento seu pecunia quemadmodum pronunc valuata est pro quolibet computando, solvendum hereditarie Remigii confessoris et pro primo

solutionis termino a Remigii confessoris proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere tradendum de et ex medietate ad dictum Willelmum, ut dicebat, spectante in domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, duo hont terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Littoyen, inter hereditatem heredum quondam Gerardi Janss. ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus ab hereditate heredum quondam Lamberti Philips ad communem plateam; item ex uno iugere terre, dicti Willelmi, sito in dicta parochia, in loco dicto In sBruynen Hoeve, inter hereditatem Willelmi Lambrechs. ex uno et inter hereditatem Godefridi Ghysbertss. ex alio, tendentibus ab hereditate Udonis Janss. ad hereditatem Mechteldis, relicte quondam Johannis Clinge, et eius liberorum; item adhuc ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, dicti Henrici, sitis in eadem parochia, inter hereditatem Johannis de Lent ex uno et inter hereditatem Hadewigis, relicte dicti quondam Bryenonis Henrixs., et eius liberorum ex alio et fine uno, tendentibus cum fine reliquo ad communem plateam; item adhuc ex uno iugere terre vel circiter eiusdem Henrici, sito in eadem parochia de Littoyen, in loco, dicto In den Gansensecker, inter hereditatem fabrice ecclesie de Littoyen ex uno et inter hereditatem Mechteldis Clinge predicte ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem conventus de Porta Celi, siti prope Buscoducis, ad locum dictum die Bazeldonck, ut dicebat, ab eodem, promittentes et cum eis Johannes Kanapart indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis dimidio modio ordei hereditarie pactionis ex dictis integris domo, area et orto primodictis, item uno sextario seminis raparum, ex secundodictis domo, area et orto dicti Henrici, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali annexa conditone quod dicti venditores et eorum compromittens dictum censum redimere et acquitare poterint perpetue cum et mediante centum consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 443r
13 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Willelmus et Henricus palam recognoverunt et indivisi super omnia et habenda dicto Johanni Kanapart promiserunt quod ipsi spacio trium annorum proxime futurorum elapso, extunc in antea semper ad requestam dicti Johannis Kanapart, ad redimendum censum predictum se benivolos et paratos reddent et reddere tenebuntur, dando videlicet eidem Johanni ad opus redemptionis census predicti medietatem dictorum centum florenorum Renensium unacum censu annali ac arrestadiis eotunc restantibus, absque aliqua contradictione doloque et fraude.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 443r-433v
15 september 1503
Jan Heym en Gerard van Berkel

Sanderus, filius Rutgeri dicti Sanderszoen, promisit ut debitor principalis michi ad opus Arnolde, filie quondam Michaelis, filii quondam Arnoldi dicti Spierincx, quod ipse dabit et solvet eidem Arnolde hereditariam pactionem quinque sextariorum siliginis mensure de Buscoducis, anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste et in Buscoducis tradet de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, unam maldratam terre vel circiter continentibus, dicti promittentis, sitis in parochia de Os, in quadam platea ibidem, dictam (*sic*) die Voirstraet, inter communem plateam ex uno et uno fine et inter hereditatem Henrice,

relicte quondam Gibonis Haeck, et eius liberorum ex alio, tendentibus cum fine reliquo ad communem viam ibidem, ut dicebat. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Heym et Berkel, datum XV$^{ta}$ septembris.

R1271, fol. 443v
28 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti tribus peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia pronunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta Arnolda cum tutore hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Sandero repromisit, hoc tamen salvo quod idem Sanderus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefate Arnolde legitime preintimabit.
Testes Brecht et Berkel, datum XXVIII$^{a}$ septembris.

R1271, fol. 443v
16 september 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Henricus, filius quondam Petri de Tuyll, promisit ut debitor principalis Nycolao, filio quondam Nycolai Jan Rutgerszoen, quod ipse dabit et solvet eidem Nycolao vitalem pensionem quatuor florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, anno quolibet ad vitam dicti Nycolai et non ultra, in festo Pasche et pro primo solutionis termino Pasche proxime futuro de et ex omnibus suis bonis, habitis et habendis, quocumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat.
Testes Millinc et Borchgreve, datum XVI$^{ta}$ septembris.

R1271, fol. 443v
16 september 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Dictus Henricus promisit super omnia et habenda dicto Nycolao ad opus Elisabeth, sue uxoris legitime, filie quondam Johannis die Molneer, quatuor consimiles florenos Renenses ad festum Pasche, obitum dicti Nycolai immediate subsequens, si et inquantum dicta Elisabeth eotunc in humanis vixerit, et alias non, persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 443v
16 september 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Martinus dictus Wilboerts, colonus pro tempore mansi Henrici, filii quondam Henrici Boyens, siti in parochia de Haren, quascumque suas bestias et pecora ac bona sua parata, quocumque locorum consistentia, sita ac reperienda, ut dicebat, legitime supportavit dicto Henrico, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem deponere, tali annexa conditione postquam dictus Henricus de premissis imbursaverit seu per dictum Martinum persolutus fuerit de huiusmodi quadraginta septem et dimidio peters, computando XVIII stuvers pro quolibet, necnon duobus et dimidio modiis ac uno sextario siliginis, in quibus dictus Martinus dicto Henrico obligatur, et idem Martinus

recognovit quod tunc supportatio pretacta de cetero erit cassa ac nullius roboris, omnibus dolo et fraude seclusis.
Testes Brecht en Millinc, datum XVI[ta] septembris.

R1271, fol. 443v-444r
16 september 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Johannes, filius quondam Johannis dicti die Weyer, filii quondam Johannis, peciam terre, sextariatam terre vel circiter continentem, sitam in parochia de Os, in loco dicto In de Royen, inter hereditatem Johannis de Os Dircxs. ex uno et inter hereditatem fabrice ecclesie de Os ex alio, tendentem ab hereditate Ghiselberti, filii quondam Nycolai Beerten, ad hereditatem heredum Henrici Ghysselen cum pluribus aliis, ut dicebat, hereditarie vendidit Ghiselberto, filio Boudewini Goyarts, sartoris, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 444r
16 september 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Johannes, filius quondam Henrici Willemszoen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Johanne, sue uxoris, filie quondam Thome des Lersmekers, hereditarie vendidit Wautgero, filio quondam Gerardi dicti Meliszoen in den Wildeman, hereditarium censum duarum librarum monete, solvendum hereditarie Remigii confessoris et pro primo solutionis termino a Remigii confessoris proxime futuro ultra annum de et ex quarta parte ad dictum Johannem, ut dicebat, spectante in domo, area et orto, sitis in Buscoducis, ad finem vici Hynthamensis, inter hereditatem Petri, filii quondam Petri, pistoris, ex uno et inter hereditatem Bernardi die Brouwer, des beeldsnyders, ex alio, tendentibus a dicto vico Hynthamensi ad Diesam ibidem fluentem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis diverisis censibus ad quinque libras pagamenti hereditarii census ascendentibus, prius annuatim ex dictis integris domo, area et orto solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Millinc et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 444r
16 september 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Johannes, filius quondam Ghiselberti Boyenss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Gerardi Quappe, filii quondam Johannis Quappe, hereditarium censum quinque librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex pecia terre, quinque lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Scijnle, ad locum dictum dElschot, inter hereditatem Arnoldi Janss. van Amboy, ex uno et uno fine et inter hereditatem heredum quondam Godefridi de Engelant ex alio; insuper ex uno bonario prati ac tribus lopinatis terre sibi coadiacentibus, sitis ibidem inter hereditatem domus sororum de Orthen in Buscoducis ex uno et inter hereditatem Henrici Geritssoen ex alio, quem censum predictum Petrus, filius quondam Johannis Quappe, erga Willelmum, filium quondam Johannis van den Nuwenhuys, emendo acquisierat, prout in litteris, et qui census supradicto Johanni, tamquam marito et tutori legitimo dicte Elisabeth, sue uxoris, unacum

certis aliis censibus mediante quadam divisione hereditaria, inter ipsis et suos in hoc coheredes dudum habita, in partem cesserat, prout in litteris divisionum, hereditarie supportavit domino Nycolao Hoyberchs, presbitero, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui, dicte Elisabeth, sue uxoris, necnon ex parte dicti quondam Petri Quappe et suorum heredum deponere, cum conditione consueta.
Testes Raess. et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 444r-444v
16 september 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum Willelmus, filius quondam Johannis van den Nuwenhuys, hereditarie vendidisset Petro, filio quondam Johannis Quappe, hereditarium censum quinque librarum monete, solvendum hereditarie Purificationis ex pecia terre quinque lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Scijnle, ad locum dElschot, inter hereditatem Arnoldi Janss. van Amboy ex uno et uno fine et inter hereditatem heredum quondam Godefridi de Engelant ex alio; insuper ex uno bonario prati ac tribus lopinatis terre sibi coadiacentibus, sitis ibidem, inter hereditatem domus sororum de Orthen in Buscoducis ex uno et inter hereditatem Henrici Geritssoen ex alio, prout in litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Willelmus, venditor, palam recognovit et super omnia et habenda dicto Nycolao Hoyberchs., presbitero, tamquam proprietario pro tempore census predicti, promisit quod ipse Willelmus, venditor, eundem censum annuatim termino solutionis predicto de cetero in Buscoducis libere tradet et tradere tenebitur atque quod ipse, venditor, nec sui post ipsum successores possessores pro tempore contrapignorum predictorum numquam presument se redimere censum predictum vigore aliquarum ordinationum pridem per principem seu ducem patrie Brabantie factarum seu ordinatarum ac adhuc faciendarum aut ordinandarum, omni dolo secluso.
Testes Raess. et Berkel, datum XVI$^{ta}$ septembris.

R1271, fol. 444v
22 september 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Adrianus, filius quondam Willelmi van den Hezeacker, hereditarie vendidit Theoderico, filio quondam Johannis Scoercops, ad opus Adriane, sue matris, relicte dicti quondam Johannis, hereditarium censum duorum et dimidii aureorum florenorum, overlens Rynsgulden communiter vocatorum, viginti octo denarios, stuvers communiter vocatos, aut valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet huiusmodi floreni computando, solvendum hereditarie Remigii confessoris et pro primo solutionis termino a Remigii confessoris proxime futuro ultra annum de et ex quodam campo terre, duo iugera terre vel circiter continente, sito infra libertatem opidi de Buscoducis, extra Portam Vaccarum, inter hereditatem Goeswini van den Hezeacker ex uno et inter domum Laurencii de Eyck, presbiteri, ex alio, tendente a quadam communi stega ad hereditatem Johanne, relicte quondam Marcelii Henricxs. van Orthen, ut dicebat, ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Millinc et Borchgreve, datum XXII$^{da}$ septembris.

R1271, fol. 444v
22 september 1503

Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum quinquaginta consimilibus aureis florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Theodericus nomine et ex parte dicte Adriane, sue matris, hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Adriano, venditori, repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 444v
19 september 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Arnoldus, filius quondam Gerardi Wouterss., ab eodem et quondam Bertha, sua uxore, pariter genitus, quecumque huiusmodi bona, mobilia et immobilia, hereditaria et parata que sibi per et post mortem dictorum quondam Gerardi et Berthe, suorum parentum, seu alterius eorundem iure successionis seu via testamentarie ordinacionis advoluta sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, legitime et hereditarie supportavit Nycolao, suo fratri, filio quondam Gerardi et Berthe predictorum, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Raess. et Berkel, datum XIX septembris.

R1271, fol. 446r
*deze akte is onvolledig en niet gepasseerd (in de marge* vacat, quia invenietur passatus sub scabinali sequenti*)*

Andreas, filius quondam Johannis Roeverss., promisit super omnia et habenda Leoni dicto Leeuw van Ratingen duodecim et dimidium peters, XVIII stuvers vel valorem pro quolibet computando, mediatim Nativitatis Domini et mediatim ad Carnisprivium proxime futuro persolvendos.
Testes interfuerunt scabini in Buscoducis.

R1271, fol. 446r
19 september 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Arnolda, filia quondam Johannis dicti Heymerixs. de Os, cum suo tutore, quecumque bona, mobilia et immobilia, hereditaria atque parata que sibi per et post mortem quondam Katherine, filie dicti quondam Heymerici de Os, uxoris, dum vixit, quondam Johannis, filii quondam Benedicti dicti Bits van Brede, eius matertare, per prius et depost per et post mortem iamdicti quondam Johannis de Brede iure successionis hereditarie seu alias via testamentarie ordinatione quovismodo advoluta sunt, quocumque locorum consistentia, sita, solvenda ac reperienda, ut dicebat, hereditarie supportavit Gerardo die Haerdt, scriniparo**,** et Henrico, filio quondam Henrici Jacopss., tamquam executoribus testamenti ac ultime voluntatis dicti quondam Johannis de Brede, ad opus proximorum heredum eiusdem quondam Johannis, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris et instrumentis mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum liberorum necnon ex parte reliquorum heredum supradicte quondam Katherine deponere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XIX[a] septembris.

R1271, fol. 446r
20 september 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Martinus, filius quondam Johannis dicti Deliss., et Martinus, filius quondam Everardi dicti Loyen, hereditarie vendiderunt Gerardo de Eyck, filio quondam Rutgeri de Eyck, hereditarium censum trium et dimidii florenorum Renensium, XX$^{ti}$ stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione huiusmodi census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, pro XX$^{ti}$ octo, novos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX$^{ti}$ quinque stuferis, denarios, dictos dobbell vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios seu pecuniam nae advenande secundum presentem et modernam valuationem, solvendum hereditarie Remigii confessoris et pro primo solutionis termino a Remigii confessoris proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis absque omni onere precarie domini ducis ceterisque oneribus et incommodis libere tradendum de et ex quodam prato primodicti Martini, sex plaustratas feni vel circiter annuatim portante, sito in parochia de Vechel, iuxta plateam, dictam die Valstraet, inter hereditatem Luce Doncker ex uno et alias undique ad hereditatem Hillegondis, relicte quondam Johannis dicti Lantmeer, et eius liberorum; item ex tercia parte ad secundodictum Martinum, ut dicebat, spectante in quodam prato, duo bonaria terre vel circiter continente, ac in lignicrescenciis eiusdem, sito in eadem parochia, ad locum dictum Aent Dorhout, in loco dicto In de Eerdtsche Buenre, inter hereditatem reliquam eiusdem secundodicti Martini ex uno et inter hereditatem Katherine dicte Aben, relicte quondam Godefridi van den Schoer, et eius liberorum ex alio, tendente a communitate de Vechel ad aquam, dictam die Aa, ibidem currentem, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi ex prato secundodicto, prius annuatim e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XX$^{a}$ septembris.

R1271, fol. 446v
20 september 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Et poterint redimere perpetue simul et semel cum et mediante quinquaginta duobus consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter.
Testes Brecht et Borchgreve, datum XX$^{a}$ septembris.

R1271, fol. 446v
20 september 1503
Gozewijn van Brecht en Peter die Borchgreve

Petrus, filius Johannis de Boekel, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie quondam Anthonii Peterss., medietatem totamque partem et omne ius ad ipsum spectantem ac per et post mortem dicti quondam Anthonii sibi advolutas in domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, tres lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Bucstel, in tribunali de Lyemde, inter communem stegam, dictam die Doncker

stege, ex uno et inter hereditatem Gerardi dicti die Necker ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem conventus Carthusiensis in Vucht, ut dicebat, legitime et hereditarie supportavit Petro, filio quondam Everardi dicti Molyman, simul cum toto iure sibi quovismodo competente ac imposterum competituro in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicte sue uxoris deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 446v
22 september 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Nycolaus Bogart, filius quondam Henrici, medietatem hereditarii census sex librarum monete, solvendum hereditarie Remigii confessoris ex domo, area et orto, sitis infra libertatem de Os, ad communem plateam ibidem, dictam den Hoevel, inter hereditatem Alardi dicti Goedens ex uno et inter hereditatem Luytgardis, relicte quondam Wautgeri de Scerpensberge, et eius liberorum ex alio, quem integrum censum predictum dictus Nycolaus Bogart erga Theodericum, filium quondam Lamberti Bollekenssoen, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Henrico, suo fratri, filio dicti quondam Henrici Bogart, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus occasione, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Millinc, datum XXII$^{da}$ septembris.

R1271, fol. 446v-447r
22 september 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Dictus Nycolaus dedit, contulit et concessit Henrico, fratri suo predicto, potestatem monendi, levandi, percipiendi ac via iuris, si opus fuerit, assequendi medietatem hereditarii census sex librarum monete, solvendi hereditarie Remigii confessoris ex domo, area et orto, sitis infra libertatem de Os, ad communem plateam ibidem, dictam den Hoevel, inter hereditatem Alardi Goedens ex uno et inter hereditatem Luytgardis, relicte quondam Wautgeri de Scerpenberge, et eius liberorum ex alio, quem integrum censum iamdictum dictus Nycolaus Bogart erga Theodericum, filium quondam Lamberti Bollekenssoen, emendo acquisierat iuxta continentiam litterarum scabinalium de Buscoducis desuper confectarum, de quo quidem censu predicto dictus Nycolaus reliquam medietatem prefato Henrico hodierna die hereditarie supportaverat, et cum dicta medietate census predicti faciendi et ordinandi que dictus Nycolaus cum eadem faceret et ordinaret seu facere et ordinare posset, si idem Nycolaus premissis presens et personaliter interesset, presentibus vero post revocationem eiusdem Nycolai minime duraturis.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 447r
22 september 1503
Gozewijn van Brecht en Lambert Millinck

Dictus[89] Henricus promisit super omnia et habenda dicto Nycolao duodecim florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem pro quolibet computando, et quinque huiusmodi stuvers Purificationis proxime futuro persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 447r
22 september 1503
Lambert Millinc en Peter die Borchgreve

Heilwigis, filia quondam Arnoldi dicti Houbraken, filii quondam Henrici dicti Moedel de Houbraken, cum tutore, duos modios siliginis hereditarie pactionis mensure de Heze et de Leende, solvendam anno quolibet hereditarie Andree apostoli ex hereditatibus, dictis Papenvoirt, videlicet ex domibus, ortis, terris et pratis, dictis hereditatibus, dictis Papenvoirt, attinentibus, tendentibus ibidem iuxta aqueductum, dictum die Loep, cum uno latere usque ad dominium de Geldrop et cum alio latere iuxta hereditatem abbatisse de Bijnderen, quos duos modios siliginis hereditarie pactionis dictus Arnoldus dictus Houbraken, filius quondam Henrici dicti Moedel de Houbraken, erga Johannem, filium Henrici dicti van der Langenbraken, acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit magistro Johanni, filio quondam Johannis Coensen, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus ac arrestadiis duorum annorum ultimo preteritorum, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Arnoldi Houbraken, sui patris, ac suorum heredum et successorum deponere.
Testes Millinc et Borchgreve, datum XXII$^{da}$ septembris.

R1271, fol. 447r
22 september 1503
Lambert Millinc en Peter die Borchgreve

Johannes dictus Henricxsoen peciam terre, sitam in parochia de Erpe, in loco dicto In den Hengmortel, iuxta hereditatem Johannis Herbertss. ex uno et iuxta hereditatem Mense Sancti Spiritus in Erpe ex alio, pridem venditam primodicto Johanni a Johanne Herbertss. predicto, insuper duas libras pagamenti Busciducensis, anno quolibet Purificationis persolvendas ex pecia terre, sita ad locum locum (*sic*), dictum Op Lampelaer, in parochia de Erpe, iuxta hereditatem Arnoldi Jan Maeszoen ex uno et iuxta hereditatem heredum quondam Johannis Gerit Goyartss. ex alio, quas duas libras dictus Arnoldus, filius Johannis Maess. primodicto Johanni Henricxs. hereditarie vendiderat, ut videtur in diversis litteris de Erpe contineri, hereditarie supportavit Petro, filio quondam Godefridi Jacopss., et eidem assignavit, cum Katherina, sua uxore, filia primodicti Johannis, nomine dotis et subsidii eorum matrimonii, ab eisdem Petro et Katherina post mortem primodicti Johannis et non prius habendas, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Millinc et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 447r-447v
22 september 1503
Lambert Millinc en Peter die Borchgreve

[89] *in de marge*: Cassatum est in presentia et de mandato partium hincinde.

Arnoldus, filius quondam Bernardi Arntssen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Yngrame, sue uxoris, filie quondam Pauli dicti Hoefken, hereditarium censum quatuor librarum monete, solvendum anno quolibet hereditarie Nativitatis Baptiste ex quodam domistadio seu pecia terre, dicto Gerit Muyls hostadt, undecim lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Berchen, inter hereditatem liberorum quondam Gerardi Muyls, filii quondam Gerardi Muyls, ex uno et inter hereditatem Rutgeri, filii quondam Johannis Loekens, ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem Symonis dicti Collart, quem censum predictum dicta Yngrama erga dictum Rutgerum, filium quondam Johannis Loekens, maritum et tutorem legitimum Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Gerardi Muyls predicti, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Goeswino de Brecht, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impeticionem ex parte sui et dicte Yngrame, sue uxoris, deponere.
Testes Millinc et Borchgreve, datum XXII[da] septembris.

R1271, fol. 447v
22 september 1503
Lambert Millinc en Peter die Borchgreve

Johannes, filius quondam Henrici dicti Doncker, tamquam relictus legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in pecia terre arabilis, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia de Erpe, ad locum, dictum Aen de Wasscha, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Erpe ex uno et inter hereditatem Bartholomei Symonis ex alio, tendente ab hereditate heredum quondam Johannis Dircxs. ad hereditatem Egidii, filii quondam Arnoldi sWyzen; item adhuc in pecia terre, sextariatam terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, ad locum dictum Op Heze, inter hereditatem Henrici Hoernken ex uno et inter hereditatem Lamberti dicti Wyntkens et quorundam aliorum ex alio, tendente ab hereditate liberorum quondam Bartholomei sWevers et quorundam aliorum ad hereditatem heredum quondam Arnoldi Wautgers, ut dicebat, legitime supportavit Johanni, filio Johannis, et quondam Katherine predictorum, simul cum toto iure sibi quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 447v
23 september 1503
Jan Heym en Gozewijn van Brecht

Elisabeth, filia quondam Michaelis de Breda, relicta quondam Johannis Hals, dedit michi ad opus Martini de Campen potestatem monendi, usque ad revocationem, ut in forma.
Testes Heym et Brecht, datum XXIII[a] septembris.

R1271, fol. 447v-448r
23 september 1503
Raas Raassen en Lambert Millinck

Godefridus, filius quondam Johannis van den Camp, relictus legitimus quondam Katherine, sue uxoris, filie quondam Johannis van der Boydonck, ab eodem quondam Johanne et quondam Aleyde, sua uxore, pariter genite, hereditarium censum duodecim librarum monete, solvendum hereditarie Petri apostoli ad Cathedram ex domo, area, orto ac domo posteriori,

sitis in Buscoducis, ad locum, dictum den Auden Huls, inter hereditatem Rodolphi die Bever, filii quondam Mathie die Bever, ex utroque latere, quem censum predictum dicta Aleidis, relicta quondam Johannis van der Boydonck, erga dictum Rodolphum die Bever emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni de Vaerlaer, filio quondam Arnoldi de Vaerlaer, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et Johannis, sui filii, necnon ex parte dicte quondam Aleidis ac suorum heredum deponere.
Testes Raess. et Millinc, datum XXIII[a] septembris.

R1271, fol. 448r
23 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Lodovicus, filius quondam Johannis Loyen, et Lodovicus, filius quondam Gysberti Loyen, hereditarie vendiderunt Petro, filio quondam Nycolai de Walbeeck, fabro, hereditarium censum tredecim florenorum Renensium, XX[ti] stuvers pro quolibet computando, dando videlicet in annali solutione dicti census aureos florenos Renenses, iusti ponderis, dictos gouden Rijnsgulden, gerecht van gewichte, pro viginti octo, novos florenos archiducis Philippi, iusti ponderis, dictos nyewe philippusgulden, gerecht van gewichte, pro XX[ti] quinque stuferis, denarios, dictos dobbel vueryseren, pro duobus stuferis et quarta parte unius huiusmodi stuferi, et alios denarios seu pecuniam nae advenande secundum eandem valuationem, solvendum hereditarie Remigii confessoris et pro primo solutionis termino a Remigii confessoris proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis libere absque omni onere precarie domini nostri ducis ceterisque oneribus et incommodis tradendum de et ex domo, area et orto primodicti Lodovici, sitis in parochia de Maren, inter hereditatem heredum quondam Ottonis van der Stegen ex uno et inter hereditatem heredum quondam Thome Kouwen ex alio, tendentibus a communi platea ad quandam viam, dictam den Velbeempsche wech; item ex quodam campo terre paludialis eiusdem primodicti Lodovici, duo et dimidium iugera terre vel circiter continente, sita in dicta parochia, ad locum, dictum Opte Bemmelleyen, inter hereditatem Gerardi Everitss. ex uno et inter hereditatem Henrici dicti Otten cum quibusdam aliis ex alio, tendente a quodam fossato, dicto den Verle Grave, ad hereditatem Gerardi Goyartss.; item adhuc ex quodam alio campo terre, duo iugera terre vel circiter continente, eiusdem predicti Lodovici, sito in parochia et loco iamdictis, inter communem stegam ex uno et inter dictorum heredum quondam Thome Kouwen ex alio, tendente ab hereditate Johannis Heym ad novum fossatum ibidem; item de et ex tribus iugeribus terre minus uno hont terre vel circiter secundodicti Lodovici, sitis in dicta parochia de Maren, in quodam campo, dicto Colen Camp, inter hereditatem dictorum heredum quondam Thome Kouwen ex uno et inter hereditatem Arnoldi Dircxs. de Alem ex alio, tendente a quibusdam hereditatibus, dictis die Cort Gherden, eiusdem secundodicti Lodovici, ad quasdam alias hereditates, dictas die Groete Zantweyen, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 448r
23 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Et poterint redimere perpetue simul unapariter cum et mediante ducentis consimilibus florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc

palam recognovit et super omnia et habenda dictis venditoribus repromisit, hoc tamen salvo quod iidem venditores huiusmodi redemptionem per spacium unius anni prefato emptori legitime preintimabunt aut preintimabit eorum alter, absque dolo.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 448v
23 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in ambobus contractibus precedentibus, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis primodictus Lodovicus, filius quondam Johannis Loyen, palam recognovit et super omnia et habenda secundodicto Lodovico, filio quondam Ghijsberti Loyen, promisit quod ipse primodictus Lodovicus dictum censum exnunc deinceps dabit et solvet necnon redimet et acquitabit, dareque et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod eidem secundodicto Lodovico ad et supra se et hereditates suas pretactas ac reliqua sua bona dampna exinde non eveniant quovismodo in futuro.
Testes Brecht et Berkel, datum XXIII[a] septembris.

R1271, fol. 448v
23 september 1503
Jan Heym en Lambert Millinck

Cornelius, filius quondam Theoderici de Hijnden, tamquam maritus legitimus Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Nycolai dicti Zwanen, relicteque quondam Johannis de Eymerica Arntszoen, pannicide, et ipsa Elisabeth cum eodem Cornelio, suo marito, tamquam cum suo tutore, potentes ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dictorum Elisabeth et quondam Johannis de Eymerica, eius dum vixit mariti, ut apparebat, medietatem duorum camporum terre sibi mutuo coadiacentium, quorum unus tria et alter duo iugera terre vel circiter continent, et siti sunt in parochia de Empel ad locum, dictum Assuyt, inter hereditatem Mense Sancti Spiritus in Buscoducis ex uno et inter alium campum terre, ad fraternitatem sagittariorum in Buscoducis spectantem, de Scutcamp vocatum, ex alio, quos integros duos campos terre predictos supradictus Johannes de Eymerica Arntss. et Aleidis, eius uxor, relicta quondam Arnoldi de Reeck, erga Arnoldum Beys, filium quondam Arnoldi, dudum acquisierant, prout in litteris, hereditarie supportaverunt michi ad opus Geertrudis, relicte dicti quondam Theoderici de Hijnden, quoad eius usufructum, et ad opus trium liberorum dictorum Geertrudis et quondam Theoderici, in statu seculari et extra religionem pronunc existencium, quoad eorum ius hereditarium, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictorum quondam Johannis de Eymerica et Aleidis ac suorum heredum deponere.
Testes Heym et Millinc, datum supra.

R1271, fol. 448v
*deze akte is onvolledig (in de marge* vacat*)*

Notum sit universis quod cum Johannes, Willelmus et Nycolaus, fratres, liberi quondam Theoderici Haertscheen, filii quondam Willelmi Haertscheen senioris, Nycolaus et Arnoldus, fratres, pro se ipsis et pro domino Willelmo, eorum fratre, filio dicti quondam Jacobi Haertscheen, conventuali conventus de Porta Celi prope Buscumducis, et Johannes, filius

Christiani de Dynther, tamquam maritus et tutor legitimus Eufemie, sue uxoris, filie dicti quondam Jacobi Haertscheen.

R1271, fol. 448v-449r
23 september 1503
Jan Heym en Lambert Millinck

Notum sit universis quod cum Johannes, Willelmus et Nycolaus, fratres, liberi quondam Theoderici Haertscheen, filii quondam Willelmi Haertscheen senioris, Nycolaus et Arnoldus, fratres, liberi quondam Jacobi Haertscheen, filii dicti quondam Willelmi Haertscheen, videlicet idem Nycolaus et Arnoldus, fratres, pro se ipsis et pro domino Willelmo, eorum fratre, filio dicti quondam Jacobi Haertscheen, conventuali conventus de Porta Celi prope Buscumducis, et Johannes, filius Christiani de Dynther, tamquam maritus et tutor legitimus Eufemie, sue uxoris, filie dicti quondam Jacobi Haertscheen, quandam partem minorem cuiusdam domus et aree, site in Buscoducis, apud Forum, inter hereditatem Tyelmanni de Questenborch, vinitoris, quodam muro lapideo interiacente, ex uno et inter quendam vicum, dictum dat Spoerstraetken, ex alio, tendentis a Foro seu communi platea retrorsum usque ad hereditatem Ermgardis, relicte quondam Jacobi Haertscheen, sibi per dictos venditores venditam, illam scilicet partem minorem domus et aree predicte, que sita est ibidem, contigue iuxta hereditatem dicti Tyelmanni, simul cum medietate dicti muri lapidei et cum medietate guttarii ibidem desuper consistentis quoad usque dicta minor pars dicte domus et aree se extendit, simul etiam cum medietate cuiusdam muri lapidei ad latus versus maiorem partem dicte domus, videlicet a terra sursum usque ad solarium infernis et ab illo solario ulterius sursum cum medietate edificii, dicti bescott, ibidem consistente, et cum tectu secundum quantitatem et exigentiam dicte minoris partis domus predicte, hereditarie vendidissent Johanni de Eymerica Arntszoen, pannicide, prout in litteris, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Cornelius, filius quondam Theoderici de Hynden, tamquam maritus legitimus Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Nycolai dicti Zwanen, relicteque dicti quondam Johannis de Eymerica, et ipsa Elisabeth, cum eodem Cornelio, suo marito, tamquam cum suo tutore, potentes ad infrascripta vigore testamenti ac ultime voluntatis dictorum Elisabeth et quondam Johannis de Eymerica, sui dum vixit mariti, ut apparebat, medietatem premissorum dicto Johanni, ut premittitur, supportorum, hereditarie supportaverunt michi ad opus Geertrudis, relicte dicti quondam Theoderici de Hynden, quoad eius usufructum et ad opus trium liberorum dictorum Geertrudis et quondam Theoderici in statu seculari et extra religionem existencium, pronunc, quoad eorum ius hereditarium, simul cum dictis litteris et iuribus, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti quondam Johannis de Eymerica ac suorum heredum deponere, excepta medietate medetatis onerum in dictis litteris contentorum, videlicet medietate census fundi ac medietatem medietatis hereditari census quinque librarum pagamenti, annuatim exinde e iure solvenda, ut dicebat.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 449r
27 september 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Andreas, filius Gerardi dicti van den Horrick, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Romboldi Lambrechszoen, hereditarium censum duorum et dimidii aureorum florenorum Renensium, boni auri et iusti ponderis, vel valorem eorundem in alio pagamento, solvendum hereditarie Assumptionis Marie de et ex quodam domistadio ac hereditatibus sibi

adiacentibus, decem lopinatas terre vel circiter pariter continentibus, dicti venditoris, sitis in parochia de Vechel, ad locum dictum Aent Bueckelaer, inter hereditatem Nycolai de Berkel ex uno et uno fine et inter hereditatem domini Johannis de Bruessel, presbiteri, ex alio, tendentibus cum fine reliquo ad communem plateam; item ex medietate ad dictum venditorem, ut dicebat, spectante in quodam prato, sito in dicta parochia, iuxta ecclesiam ibidem, inter hereditatem Elisabeth, relicte quondam Willelmi Heynens., et eius liberorum ex uno et inter communem plateam ex alio, tendentibus ab hereditate Luytgardis, relicte quondam Willelmi Goyartss., et eius liberorum ad communem aquam ibidem fluentem, die Aa vocatam, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi atque uno maldro bladi, mediatim siliginis et mediatim ordei, ex domistadio et hereditatibus predictis, prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVII[a] septembris.

R1271, fol. 449v
27 september 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum et mediante triginta septem et dimidio consimilibus aureis florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVII[a] septembris.

R1271, fol. 449v
27 september 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Zegerus, filius Johannis Goyartssoen de Hedel, cum consensu magistri Willelmi de Busco, sui generi, presentis, ac cum consensu dicti Johannis Goyartszoen, patris eiusdem Zegeri, ut apparebat per certas litteras scabinales opidi de Buscoducis, hereditarie vendidit michi ad opus Henrici, Mechteldis et Aleidis, liberorum quondam Henrici de Aerle, hereditarium censum duodecim florenorum aureorum, overlens Rijnsgulden communiter vocatorum, XX[ti] stuvers monete moderni archiducis Philippi, archiducis Austrie, ducis Bourgoindie, Brabantie etc., vel valorem eorundem pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie Remigii confessoris et pro primo solutionis termino a Remigii confessoris proxime futuro ultra annum de et ex pecia terre, unum iuger et viginti novem virgatas terre continente, sita infra libertatem opidi de Buscoducis, extra portam, die Pickepoirt vocatam, iuxta primum molendinum venti versus locum, dictum die Oetheren, inter aggerem opidi ibidem ex uno et inter fossatum, dictum die Maetgrave, ex alio, tendente ab hereditate relicte et heredum quondam Petri dicti Moers ad aliud fossatum ibidem situm; item de et ex quodam prato, sito in parochia de Vucht Sancti Lamberti, in loco dicto In den Maye, inter hereditatem Zegeri Henric Zegerssoen et Jacobi Gheerwanszoene ex uno et inter hereditatem Johannis de Os ex alio ex alio (*sic*), tendente a fossato, dicto den Vestgrave, ad stegam ibidem; insuper de et ex omnibus et singulis bonis que dictus Johannes Goyartszoen dicto Zegero in subsidium sui matrimonii cum Aleide, sua uxore, filia dicti magistri Willelmi de Busco, dare, solvere et assignare promiserat, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam et satisfacere, tali conditione in premissis annexa et adiuncta quod dictus Zegerus dictum censum perpetue redimere et acquitare poterit cum et mediante ducentis huiusmodi florenis Renensibus, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout magister Willelmus de Busco predictus et Johannes Bloyman, tamquam tutores et mamburni dictorum liberorum,

pro eisdem liberis palam recognoverunt et sub obligatione omnium bonorum ad dictos liberos et ad executionem testamenti olim Henrici de Aerle spectantium dicto Zegero repromiserunt, hoc tamen salvo quod idem Zegerus huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni prefatis mamburnis legitime preintimabit.
Testes Berkel et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 449v-450r
27 september 1503
Raas Raassen en Gerard van Berkel

Petrus et Johannes, fratres, liberi quondam Petri van der Weteringe, filii quondam Arnoldi van der Weteringe, et Arnoldus, filius quondam Engberti dicti Boll, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Katherine, sue uxoris, filie dicti quondam Petri van der Weteringe, pro se ipso et pro suis fratribus et sororibus, hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex domo, area et orto ac pecia terre sibi coadiacente, septem lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Scijnle, ad locum, dictum dWybosch, inter hereditatem Jacobi dicti van den Hoevel ex uno et inter hereditatem Katherine, relicte quondam Nycolai Pouwelss., et eius liberorum ex alio; insuper ex pecia prati, unum bonarium terre vel circiter continente, siti in dicta parochia, ad locum dictum dElschot, inter hereditatem Aelberti van den Eynde ex uno et inter hereditatem heredum quondam Aleidis Hutmans ex alio, quam pactionem predictam Yda, filia quondam Arnoldi dicti van der Weteringen, begina Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, erga Henricum Scoemaker, filium quondam Henrici, emendo acquisierat, prout in litteris, et que pactio predicta dictis Petro et Johanni, fratribus, et Arnoldo, eorum sororio, ac suis fratribus et sororibus per et post mortem dicte quondam Yde iure successionis hereditarie advoluta est, ut dicebat, hereditarie supportaverunt Woltero van der Rullen, filio quondam Henrici van der Rullen, simul cum dictis litteris et iuribus, ac arrestadiis duorum annorum ultimo preteritorum, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere.
Testes Raess. et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 450r
28 september 1503
Gerard van Berkel en Peter die Borchgreve

Adrianus, filius quondam Jacobi de Tyel, promisit super omnia et habenda se daturum et soluturum domicelle Goeswine, relicte quondam Johannis Dachverlies, et Goeswino van der Sloet ad spacium sex annorum Philippi et Jacobi apostolorum ultimo preteritum sine medio sequente quolibet dictorum annorum quatuordecim florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers monete seu pecunie quolibet termino solutionis infra opidum de Zantboemel currente pro quolibet computando, Philippi et Jacobi apostolorum et pro primo solutionis termino Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro, et sic deinceps anno quolibet dicto annorum spacio durante, occasione locationis cuiusdam insule, dicte wert, communiter nuncipate den Kyfwert, site in iuridictione de Heessel, ut dicebat.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XXVIII$^{a}$ septembris.

R1271, fol. 450r
28 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Johannes, filius quondam Johannis Lemmenss., hereditariam pactionem unius et dimidii modiorum siliginis mensure de Erssel, solvendam hereditarie Purificationis et in parochia de Eerssel tradendam de et ex quodam prato, dicto den Strybeempt, sito in parochia de Hogenloen, ad locum, dictum Hoge Casterle, inter hereditatem liberorum quondam Henrici van Ranst ex uno et inter communitatem ibidem ex alio, quam pactionem predictam supradictus Johannes erga Johannem, filium quondam Petri Broeckhuys, emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Johanni, filio dicti Johannis, filii quondam Petri Broeckhuys, simul cum dictis litteris et iuribus, et cum arrestadiis unius anni, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et suorum liberorum et heredum deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 450r-450v
28 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Johannes, filius quondam Gerardi dicti Nulants, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geerburgis, sue uxoris, filie quondam Michaelis die Beer, ab eodem quondam Michaele et Jutta, sua uxore, pariter genita, unum modium siliginis annue et hereditarie pactionis, quem modium siliginis predictum Cornelius Maercelis sGrotensoen promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Jutte predicte, quoad eius usufructum, et suis liberis legitimis quoad ius hereditarium anno quolibet Purificationis de et ex domo, orto ac suis fundo et attinentiis, decem lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Enschit, ad locum, dictum dat Hoich Eynde, inter hereditatem Gertrudis, relicte quondam Johannis sGroten, et eius liberorum ex utroque later;, item adhuc ex pecia terre, unam et dimidiam lopinatas terre vel circiter, sita in parochia predicta, inter hereditatem Wytmanni sGroten ex uno et inter quasdam hereditates, dictas die Zwart Ryt, ex alio; item adhuc ex duabus lopinatis terre et quarta parte unius lopinate vel circiter, sitis in dicta parochia, inter hereditatem Aleidis, relicte Gerardi Robben, et eius liberorum ex uno et inter hereditatem Michaelis, filii quondam Johannis sBeren, ex alio; item ex pecia hereditatis, tres lopinatas terre vel circiter continente, sita in parochia predicta, inter hereditatem dicti Cornelii ex uno et inter communem plateam ex alio, ut videtur in litteris de Oisterwyck contineri, hereditarie supportavit domino Woltero Doreman, presbitero, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere et satisfacere, cum conditione consueta.
Testes Brecht et Berkel, datum XXVIII$^{a}$ septembris.

R1271, fol. 450v
28 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Et poterit redimere perpetue cum et mediante viginti sex aureis florenis Renensibus, XX$^{ti}$ octo stuvers vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus dominus Wolterus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Johanni Nulants repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 450v
28 september 1503
Lambert Millinck en Gerard van Berkel

Johannes, filius quondam Johannis dicti Peterszoen, Arnoldus, filius quondam Nycolai dicti Heynens., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Luytgardis, sue uxoris, Petrus, filius quondam Tyelmanni Arntss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, et Johannes, filius quondam Lamberti Janss., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filiarum dicti quondam Johannis Peterszoen, quatuor quintas partes totamque partem et omne ius ad ipsos, ut dicebat, spectante in quodam campo terre mericalis, octo lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia de Nysterle, ad locum, dictum Vorstenbosch, inter hereditatem liberorum quondam Elye Heynens. ex uno et inter communem plateam alias undique adiacente, ut dicebat, hereditarie supportavit michi ad opus Adriane, filie supradicti quondam Johannis Peterszoen, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, commorante in maiori infirmaria ibidem, simul cum toto iure ipsis seu eorum alteri quovismodo competente in quibuscumque litteris mentionem inde facientibus, et effestucando, promittentes indivisi super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte eorum et dictarum Luytgardis, Mechteldis et Elisabeth deponere.
Testes Millinc et Berkel, datum supra.

R1271, fol. 450v-451r
28 september 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Katherina, relicta quondam Arnoldi Jacopszoen, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in medietate cuiusdam agri terre, dicti communiter den Grooten Acker, siti in parochia de Gestel prope Herlaer, ad locum dictum die Dungen, inter hereditatem seu campum terre mericalis heredum dicti quondam Arnoldi Jacopssoen ex uno et inter hereditatem Johannis dicti van den Camp ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem iamdicti Johannis van den Camp, in illa scilicet medietate agri predicti que sita est contigue inter campum terre mericalis predictum et quandam semitam ibidem protensam, ut dicebat, legitime supportavit Petro, filio Katherine et quondam Arnoldi predictorum, et effestucando, promittens super omnia et habenda cum tutore ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Raess. et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 451r
28 september 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Supradicta Katherina, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in septima parte domus, aree et orti ac hereditatum sibi coadiacentium, tres lopinatas terre vel circiter continentium, sitorum infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum, dictum die Dungen, ad locum, dictum Aen den Keer, inter hereditatem Johannis Huybens. ex uno et inter communem plateam ex alio, tendente ab hereditate Engberti Willems ad hereditatem Henrici Hoernkens; item adhuc in septima parte cuiusdam campi terre pascualis, dicti den Aftersten Brant, siti infra dictam libertatem, ad locum predictum, die Dungen vocatum, iuxta locum, dictum By Roevers hostadt, inter hereditatem Gerardi Jacopss. ex uno et inter hereditatem Johannis Huybens. predicti ex alio et fine uno, tendente cum fine reliquo ad communem plateam; item adhuc in septima parte cuiusdam campi terre pascualis, dicti den Hellenbroeck, siti in parochia de Gestel prope Herlaer, ad locum, dictum Aen den Keer, inter hereditatem heredum quondam Willelmi Watermaels ex uno et inter hereditatem Henrici, filii quondam

Anthonii dicti Evertss., ex alio, tendente ab hereditate Zeberti Henricxs. ad hereditatem Gerardi Jacopss.; item adhuc in septima parte cuiusdam agri terre, dicti communiter den Grooten Acker, siti in parochia de Gestel predicta, ad dictum locum, Dungen vocatum, inter campum terre mericalis heredum dicti quondam Arnoldi Jacopss. ex uno et inter hereditatem Johannis van den Camp ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem iamdicti Johannis van den Camp; item adhuc in septima parte medietatis ultimodicti campi terre mericalis, siti ibidem, inter iamdictum agrum, den Grooten Acker vocatum, ex uno et inter hereditatem Engberti Willemss. et Johannis Huybens. ex alio, tendente a communi platea ad Huberti Corstiaenss., illius videlicet medietatis iamdicti campi que sita est contigue iuxta iamdictum agrum, den Grooten Acker nuncupatum, in illa videlicet septima parte premissorum que Petro, filio dictorum Katherine et quondam Arnoldi Jacopss., per et post mortem eiusdem quondam Arnoldi, sui patris, iure successionis hereditarie advoluta est, necnon eidem Petro per et post mortem dicte Katherine, sue matris, adhuc advolvendum est, ut dicebat, legitime supportavit eidem Petro, suo filio, et effestucando, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 451r-451v
28 september 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut iam immediate supra dumtaxat, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Petrus promisit ut debitor principalis Francisco, filio quondam Petri, filii quondam Johannis Vuchs, quod ipse dabit et solvet eidem Francisco hereditariam pactionem unius modii siliginis mensure de Buscoducis anno quolibet hereditarie Remigii confessoris et pro primo solutionis termino a Remigii confessoris proxime futuro ultra annum, et in Buscoducis tradet de et ex septima parte premissorum. Promisit insuper super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis uno et dimidio grossis antiquis census fundi, atque viginti libris communis pagamenti hereditariorum censuum, ac duorum maldrorum siliginis hereditariarum pactionum, necnon duodecim solidis pagamenti, ac uno denario, philippuspenninc vocato, de et ex premissis integris hereditatibus prius annuatim e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Raess. et Borchgreve, datum XXVIII septembris.

R1271, fol. 451v
28 september 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Et poterit redimere perpetue, cum quadraginta peters, XIX stuvers vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus Franciscus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto Petro repromisit.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 451v
28 september 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut in contractibus immediate precedentibus, A, b, C signatis, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Petrus palam recognovit et super omnia et habenda dicte Katherine, sue matri, promisit quod ipse eandem suam matrem, quamdiu in humanis vivet, supradictam septimam partem premissorum pacifice et quiete possidere permittet atque quod ipse dictam pactionem unius modii siliginis dabit et solvet, redimet et acquitabit ac dare et solvere necnon redimere et acquitare tenebitur deinceps sic et taliter quod dicte Katherine dampna exinde non eveniant in futuro, supportatione tamen usufructus de medietate supradicti agri, den Grooten Acker vocati, dicto Petro hodierna die dicta Katherina facta, in suis vi et robore illesa permansuris, iuxta continentiam litterarum desuper confectarum.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 451v
30 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Hubertus, filius quondam Gerardi Muyls, et Laurencius, filius quondam Gerardi Quattels, promiserunt indivisi super omnia et habenda domicelle Johanne de Spralant quinque florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem in pecunia pronunc currente pro quolibet computando, a crastina die ultra annum, totidem florenos Renenses a crastina die ultra duos annos, totidem florenos Renenses ac sexaginta sex consimiles florenos Renenses a crastina die ultra tres annos persolvendos.
Testes Brecht et Berkel, datum ultima septembris.

R1271, fol. 451v
30 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Lambertus, filius quondam Egidii Vilten, et Henricus, eius frater, et dictus Hubertus Muyls promiserunt indivisi super omnia et habenda dicte domicelle Johanne quatuor consimiles florenos Renenses a crastina die ultra annum, totidem florenos Renenses a crastina die ultra duos annos, totidem florenos Renenses et quinquaginta quatuor consimiles Renenses a crastina die proxime futura ultra tres annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 452r
30 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Elisabeth, relicta quondam Andree Templers, cum tutore, usufructum sibi, ut dicebat, competentem in medietate pecie prati, siti in parochia de Helmont, ad locum, dictum In den Weert, iuxta hereditatem Michaelis de Ayen et quorundam aliorum ex uno et iuxta hereditatem Godefridi de Eyck et quorundam aliorum ex alio, quam medietatem pecie prati predictam Theodericus, filius quondam Johannis de Bergelen, Arnoldo Snoecx van der Zantvoirt hereditarie dudum vendiderat, ut videtur in litteris scabinorum de Helmont contineri, legitime supportavit Jheronimo, filio Elisabeth et quondam Andree predictorum, simul cum dictis litteris et iure, promittens cum tutore super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Brecht et Berkel, datum ultima septembris.

R1271, fol. 452r
30 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Notum sit universis quod cum ita actum esset, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Jheronimus dictam medietatem pecie prati predicti hereditarie supportavit Willelmo, filio quondam Johannis dicti die Guylicken, simul cum dictis litteris, aliis et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui et dicti quondam Andree, eius patris, necnon ex parte quondam Arnoldi Snoecx van der Zantvoirt ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 452r
30 september 1503
Gozewijn van Brecht en Gerard van Berkel

Dictus Willelmus promisit super omnia et habenda dictis Elisabeth et Jheronimo, eius filio, triginta duos peters, decem et octo stuvers vel valorem pro quolibet computando a Purificationis proxime futuro ultra duos annos persolvendos.
Testes, datum supra.

R1271, fol. 452r
30 september 1503
Lambert Millinck en Peter die Borchgreve

Henricus Houbraken, filius quondam Johannis, hereditariam pactionem dimidii modii siliginis mensure de Buscoducis, solvendam hereditarie Purificationis et in Buscoducis tradendam de et ex domo, orto ac domistadio terre ac eorum attinentiis, sex lopinatas terre vel circiter continentibus, sitis in parochia de Hees, ad locum, dictum Op Zochel, inter hereditatem Arnoldi Willemss. ex uno et uno fine et inter communem plateam ex alio; item ex quodam campulo terre, sex lopinatas terre vel circiter continente, sito in parochia et loco predictis, inter hereditatem Johannis, filii quondam Bartholomei Arntss., ex uno et inter hereditatem Engberti Rycoutss. ex alio, quam pactionem predictam dictus Henricus Houbraken erga Arnoldum, filium Willelmi, filii Arnoldi Willemss., emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Wellino Stegeman, filio quondam Johannis Stegemans, simul cum dictis litteris et iuribus, promittens super omnia et habenda ratam servare, obligationem et impetitionem ex parte sui deponere.
Testes Millinck et Borchgreve, datum supra.

R1271, fol. 452r
30 september 1503
Raas Raassen en Peter die Borchgreve

Marcelius, filius quondam Willelmi dicti Scoefs, promisit super omnia et habenda Mechteldi, relicte quondam Theoderici dicti Scheermakers, viginti septem florenos Renenses, XX$^{ti}$ stuvers vel valorem eorundem in alia pecunia pro quolibet computando, per quatuordecim dies ante festum Purificatonis Beate Marie Virginis proxime futurum persolvendos.
Testes Raess. et Borchgreve, datum supra.